נָפַל Cecidit; dejecit, *vel* demiſit ſe, accidit: concidit, decidit, excidit, incidit, procidit, defecit, ruit, corruit, irruit. *Præter.* נָפַל procidit, 2. Sam. 19. verſ. 18., *&c.*, *& in pauſa* נָפָל, Gen. 25. v. 18., cecidit, *juxta Vulg.* objit; *Fœm.* נָפְלָה, *& in pauſa* נָפָלָה cecidit, corruet, decidet; נָפַלְתָּ, *in pauſa* נָפָלְתָּ, *& cum* ה *paragog.* וְנָפַלְתָּה cecidiſti, & cadas, corruas: *Partic.* נוֹפֵל, *&* נֹפֵל *m.*, jacens, Deut. 21. v. 1. *&c.*, profugis, dilaberis, deficis, Jerem. 37. vv. 13. 14., inferior exiſtens, Job. 12. v. 3., cadere *enim Hebræis ſignificat* abjectum, *&* contemptum, inferiorem eſſe, *ſeu* fieri; *metaphora a luctatoribus, ex quibus, qui* inferior eſt *viribus, a robuſtiore* proſternitur: *& fœm.* נֹפֶלֶת cadens; *Item*, Num. 5. v. 21., putreſcens, *juxta Vulg.*, *& verſiones Samaritanam, atque Syriacam*; *vel* contabeſcens, *juxta Joa. Simonem*; irruens, incidens, *& juxta Vulg.* invaſit, Geneſ. 15. v. 12., *item* corruens, procidens, Amoſ. 9. v. 11., jacens, Jud. 19. v. 27. *Plur.* נֹפְלִים cadentes: *Infin.* נְפוֹל cadendo, Eſth. 6. v. 13., *Cum præfix.* כִּנְפוֹל, *&* כִּנְפֹל ſicut cadere, ut cadunt; *Cum affix.* נָפְלוֹ, 1. Sam. 29. verſ. 3., *&* נִפְלוֹ, 2. Sam. 1. v. 10., deficere, cadere eum, *h. e.*, cum defecit, poſtquam cecidiſſet; נִפְלָם cadere eorum, *ſive* caſus eorum, Jerem. 49. v. 21. *Imper. plur.* נִפְלוּ cadite, Jerem. 25. v. 27., Hoſe. 10. v. 8. *Futur.* אֶפֹּל incidam, cadam, 1. Paral. 21. v. 13., וָאֶפֹּל & cecidi, Ezech. 1. v. 29., *&c.*, *& cum* ה *paragog.* אֶפְּלָה, 1. Paral. 21. v. 13., *& in pauſa* אֶפֹּלָה, 2. Sam. 24. verſ. 14., cadam; וָאֶפְּלָה & cecidi, Ezech. 9. verſ. 8., Dan. 8. verſ. 17., תִּפּוֹל, *vel* תִּפֹּל cades; יִפּוֹל, יִפֹּל, *&* יִפָּל־ cadet; וְיִפֹּל & cadet; וַיִּפֹּל, *&* וַיִּפָּל־ & cecidit; *Cum præfix.* שֶׁיִּפּוֹל, *&* שֶׁיִּפֹּל qui, *vel* quo ceciderit, Eccleſ. 4. v. 10., 11. v. 3., תִּפּוֹל, תִּפֹּל, *&* תִּפָּל־ cadet, cadat; *Cum præfix.* הֲתִפּוֹל an cadit? Amoſ. 3. v. 5., כְּשֶׁתִּפּוֹל cum irruit,

Eccl.

Eccl. 9. v. 12., *Plur. cum* ה *parageg.* נִפְּלָה cadamus, 2. Sam. 24. v. 14., 2. Reg. 7. v. 4., הֲיִפְּלוּ num cadent? Jerem. 8. v. 4. *Hiph.* הִפִּיל fecit, effecit, *aut* ſivit cadere, *vel* decidere, dejiciendum curavit, abjecit, dejecit, ejecit, injecit, projecit, proſtravit: *Item* jacta ſorte diſtribuit: *Præterit.* הִפִּיל פּוּר juſſit conjici pur, *id eſt* ſortem, Eſth. 3. v. 7., וְהִפִּיל & proſternet, Dan. 11. verſ. 12., *Cum affix.* וְהִפִּילוֹ & dejiciet eum, Deuter. 25. v. 2., *Fœm.* הִפִּילָה dejecit, proſtravit, Prov. 7. verſ. 26., *Cum affix.* הִפַּלְתָּם dejeciſti eos, Pſalm. 73. v. 18., הִפַּלְתִּי cadere feci, Joſ. 23. v. 4., Jerem. 15. v. 8., וְהִפַּלְתִּי & proſternam, Ezech. 6. v. 4., *Cum affix.* וְהִפַּלְתִּיו & dejiciam eum, 2. Reg. 19. v. 7., Iſa. 37. v. 7., וְהִפַּלְתִּים & faciam, ut corruant, Jerem. 19. v. 7., *Plural.* הִפִּילוּ jecerunt, cadere ſiverunt, *i. e.*, remiſerunt, Jud. 2. v. 19., *&c.*, וְהִפִּילוּ & abjicient, Jerem. 22. v. 7., *Cum affix.* הִפִּלֻהוּ corruere fecerunt eum, proſtraverunt, 2. Paral. 32. v. 21., הִפַּלְנוּ jecimus, Nehem. 10. verſ. 35. *Partic.* מַפִּיל dejiciens, projiciens, proſternens, 2. Reg. 6. verſ. 5., *&* *de* precante, humiliter demittens (preces), Jer. 38. verſ. 26., *ubi Vulgat. habet*, proſtravi ego (preces meas); וּמַפִּיל, Dan. 9. v. 20., & humiliter demittens; *juxta Vulg.*, & proſternerem; *juxta Paraph. Chald.* funderemque (preces): *Sed* מַפָּל *vide inter nomina*: *Plural.* מַפִּלִים procidere facientes, projicientes, proſternentes, Dan. 9. verſ. 18. *Infin.* לְהַפִּיל ad proſternendum 1. Sam. 18. v. 25., 2. Sam. 20. v. 15., Pſal. 37. v. 14., 106. vv. 26. 27., Jerem. 42. v. 9., *quibus in locis Vulg. vertit*, tradere, deſtruere, ut dejiceret, proſterneret, ut proſternerem; *&* *ſervato* Nun, *extruſoque* ה *characteriſtico*, וְלַנְפִּל, Num. 5. v. 22., & ad abjiciendum, dejiciendum; *Joa. Simon reddit*, & ad faciendum contabeſcere; *Vulgat. habet*, putreſcat; *Cum affix.* וּבְהַפִּילְכֶם & in faciendo vos cadere, & quando divideti s, *vel* ſortiemini, *&* *juxta Vulgat.* cumque cœperitis dividere, Ezech. 45. v. 1. *Imperat. cum affix.* הַפִּילֶהָ fac cadere eam, *&* *juxta Vulgat.* veniat (in partem hæreditatis), Joſ. 13. verſ. 6., *Plur.* הַפִּילוּ projicite, jacite, mittite *ſortem*, 1. Sam. 14. verſ. 42.

Futur.

Futur. אַפִּיל cadere faciam, Jerem. 3. v. 12., *ubi Vulg. clarius reddit*, (non) avertam; *item* dejiciam, proſternam, Ezech. 32. v. 12., 39. verſ. 3., תַּפִּיל projicies, projicias, mittas (ſortem), Prov. 1. v. 14., *item* dejicies, proſternes, detrahes in ruinam, Iſa. 26. verſ. 19., *&* תַּפֵּל, cadere, *i. e.*, irritum eſſe ſinas, Eſth. 6. v. 10., יַפִּיל excidere faciet, excutiet, excuſſerit, Exod. 21. v. 27., *ſed* וַיַּפֵּל & cadere fecit, & injecit, immiſit, Gen. 2. v. 21., Numer. 35. v. 23., *Cum affix.* יַפִּלֵם abjiciet eos, dejiciet eos, Pſal. 140. v. 11., וַיַּפִּילֵם & fecit cadere eos, Pſalm. 78. v. 55., *ubi Vulg. egregie vertit*, & ſorte diviſit eis (terram); תַּפִּיל *fœm.* injiciet, immittit, Prov. 19. v. 15., וַתַּפֵּל & dejecit, Dan. 8. v. 10., *Plur. cum* ה *paragog.* וְנַפִּילָה & projiciemus, & mittamus (ſortem), Jon. 1. v. 7., תַּפִּילוּ, *&* תַּפִּלוּ dejicietis, ſuccidetis, 2. Reg. 3. v. 19., *item* ruinam molimini, *juxta quosdam*, *vel juxta Vulgat.* irruitis, Job. 6. v. 27., *item* jacta ſorte diſtribuetis, mittetis in ſortem, Ezech. 47. v. 22., 48. v. 29., יַפִּילוּ cadere facient, *& juxta Vulgat.* ſucciderunt, 2. Reg. 3. v. 25., *item* projecerunt miſerunt (ſortem), Pſalm. 22. v. 19., וַיַּפִּילוּ, & projecerunt, *ſive* miſeruntque (ſortes), 1. Paral. 24. v. 31, 25. v. 8., 26. verſ. 13., Jon. 1. v. 7., *& cum* Nun *paragog.* יַפִּילוּן, Job. 29. v. 24., dejiciebant, *juxta alios* irritum faciebant, *vel* eſſe ſinebant, *al.* cadere, *i. e.*, minui ſinebant, *& juxta Vulg.* cadebat in terram. *Hitpb.* הִתְנַפֵּל proruere, proſternere ſe: *Præter.* הִתְנַפַּלְתִּי prorui, proſtravi me, *& juxta Vulg.* ſuppliciter deprecabar, Deuter. 9. v. 25. *Particip.* וּמִתְנַפֵּל, Eſdr. 10. v. 1., & proſternens ſe, proſtratus; *Vulg. reddit*, & jacente: *Inſin.* לְהִתְנַפֵּל ut irruat, Gen. 43. v. 18. *Futur.* וָאֶתְנַפַּל & prorui, Deuter. 9. verſ. 25.

נְפַל *Chald.* Cecidit, accidit, procidit, procidebat, Dan. 2. v. 46., 4. v. 28., *Plur.* נְפַלוּ ceciderunt, deciderunt, Dan. 3. v. 23., וּנְפַלוּ, Dan. 7. v. 20., *ubi mendum, pro* וּנְפַלָה *ſecundum Maſſor.*, *ſecundum vero alios pro* וּנְפַלוּ, & ceciderunt: *Partic. plural.* נָפְלִין procidentes, Dan. 3. v. 7. *Futur.* יִפֵּל procidet, prociderit, proſtraverit

rit ſe, Dan. 3. vv. 6. 10. 11., יִפֶּל־לָךְ acciderit, accidet, incidet tibi, Eſdr. 7. v. 20., *Plur.* תִּפְּלוּן procidito-te, procidetis, Dan. 3. vv. 5. 15.

נֵפֶל *m.* Abortus, abortivum, *quaſi* cadivum *dicas*: כְּנֵפֶל טָמוּן quaſi abortus abditus, Job. 3. v. 16. *Sed cum affix.* נִפְלָם caſus, ruina eorum, Jerem. 49. v. 21.

נְפִילִים, נְפִלִים *m. p.* Gigantes, Gen. 6. verſ. 4., Num. 13. v. 34., *ſic dicti, quaſi* dejectores, *quod immani ſua proceritate homines* cadere facerent, *ut ſcribit Aben Eſra: vel quaſi* defectores, *quod per impietatem à Deo deficerent: vel quaſi* irruptores, *quod violenter in homines* irruerent, *eoſque* opprimerent.

מַפָּל *m.* Quiſquiliæ, deciduum, Amos. 8. v. 6. *Plur. conſtr.* מַפְּלֵי בְשָׂרוֹ decidua, *& juxta Vulg.* membra carnis ejus, Job. 41. v. 15. *R. Levi ſcribit, eſſe partes carnis diſſilientes, & ſeparatas ab invicem, ut majorum piſcium caro, tori, muſculi.*

מַפָּלָה, & מַפֵּלָה *f.* Cadivum, id, quod corruit; *dicitur autem* de frondibus, & ramis arboris dejectæ: *Item* Caſus, ruina, *ſic* Iſa. 17. verſ. 1. *Cum præfix.* לְמַפֵּלָה in ruinam, Iſa. 23. v. 13., 25. verſ. 2. *Conſtr.* מַפֶּלֶת הָאַרְיֵה cadaver leonis, Jud. 14. v. 8. *Cum affix.* עַל־מַפַּלְתּוֹ, Ezech. 31. verſ. 13., ſuper cadivum ejus, *id eſt*, cadivum truncum ejus; *Vulg. tamen, & alii reddunt*, in ruina ejus; מַפַּלְתּוֹ cadivum ejus, *id eſt*, cadivum truncum ejus, Ezech. 31. v. 13., מַפַּלְתֵּךְ caſus tui, Ezech. 32. v. 10., מַפַּלְתֵּךְ *f.* caſus, ruina tua, Ezech. 26. verſ. 15., *&c.*, בְּמַפַּלְתָּם in ruina eorum, Prov. 29. v. 16.

* אַנְפִּין *Vide ſupra in* אֲנַף *Chald. pag.* 52.

* נוֹפֶךְ *Vide ſupra in* נוּךְ *pag.* 730.

נָפַץ Sparſus, diſperſus, diſſipatus fuit, diſperſit ſe: *Item* colliſit, alliſit, collidendo fregit: *Præter.* נָפֹץ הָעָם diſpergeret ſe, *vel*, diſpergeretur populus, 1. Sam. 13. v. 11., *petita ſignificatione a* פוּץ, *quod vide*; נָפְצָה *f.* reſperſa eſt; וּמֵאֵלֶּה נָפְצָה כָל־הָאָרֶץ, Gen. 9. v. 19., & ab his diſperſit ſe, *ſive, juxta alios*, diſperſa, *vel* diviſa, diſſeminata, *vel* reſperſa eſt *incolis* omnis terra; *LXX., & Syriaca verſio habent*, ab his diſſeminati (*homines*) ſunt ſu-

per

per omnem terram; *Vulg. eleganter reddit*, & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper univerſam terram; *Plur.* נָפְצוּ diſperguntur, diſperſæ ſunt, Iſa. 33. verſ. 3. *Partic. Pahul* נָפוּץ diſperſum, contritum, collidendo fractum, comminutum (*vas*), Jerem. 22. v. 28., *Plur. f.* וּנְפֻצוֹת & diſperſas, Iſa. 11. verſ. 12. *Et activè*, *Infin.* וְנָפוֹץ & comminuendo, collidendo, *in partes ſcil.*, *quæ hinc inde* diſperguntur, Jud. 7. v. 19.; *alii ibidem ſimpliciter reddunt*, & collidendo, & complodere. *Pih.* נִפֵּץ diſperſit, diſſipavit: *Præterit.* וְנִפֵּץ & diſſipet, allidendo *ſcil.*, Pſal. 137. v. 9., וְנִפַּצְתִּי & collidam, diſpergam, & collidendo frangam, Jerem. 51. vv. 20. 21. 22. 23., *Cum affix.* וְנִפַּצְתִּים, 1. Reg. 5. v. 23., & diſpergam, & diſſolvam ea, *i. e.*, *ligna, quæ in modum ratium connexa, & colligata erant, ibi* diſſolvam, & diſſipabo, *i. e.*, diſſoluta, & diſſipata *traham ea in littus*; *hoc itaque in loco* נִפֵּץ *ſignificat* ſolvere connexa; *Vulg. reddit*, & applicabo ea: *Infin.* נַפֵּץ diſſipare, *juxta LXX.*, & *Vulgat.* diſperſio, Dan. 12. v. 7. *Futur. cum affix.* תְּנַפְּצֵם diſperges, collidendo franges, confringes eos, Pſal. 2. v. 9., *Plur.* יְנַפֵּצוּ diſſipent, collidendo frangent, collident, Jerem. 48. v. 12. *Pyh. partic. plur. fœm.* מְנֻפָּצוֹת, Iſa. 27. v. 9., diſſipatos, alliſos, comminutos.

נֶפֶץ *m.* Diſperſio, alliſio, diſſipatio, Iſa. 30. v. 30.

נְפוֹצָה *f.* Diſperſio; *Unde plur.* נְפֹצֶת, 2. Sam. 18. v. 8., *ubi juxta Maſſor. legendum* נְפוֹצֶת; *vel juxta alios*, נְפֹצוֹת, (& factum eſt, bellum) diſperſum, *ſive* diſperſiones, *h. e.*, in diſperſiones abiit.

מַפֵּץ *m.* Malleus, *maximè bellicus verutus, quo equites utebantur ad pertundenda arma inimicorum*, Jerem. 51. v. 20., *LXX. ibidem habent* διασκορπίζεις diſpergis; *Vulg. reddit*, collidis; *forte legebant* מְפִיץ *a verbo* פוּץ.

מַפָּץ *m.* Diſſipatio: *Cum affix.* מַפָּצוֹ diſſipationis ſuæ, Ezech. 9. verſ. 2.

נפק *Chaldaic.* Egreſſus fuit, prodiit: *Præter.* נְפַק egreſſus erat, Dan. 2. v. 14., נֶפְקַת egreſſa erat, verſ. 13., *Plural.* נְפַקוּ egreſſi ſunt, Dan. 5. verſ. 5., *ubi ſecundum Maſſor.* ו *eſt loco* ה; *atque legendum* נְפַקָה, *ex tertia Plur. fœm.*

fœm. *propter Nomen ſubſequens; Alii tamen contra ſentiunt: Partic.* וְנָפֵק & prodibat, Dan. 7. verſ. 10., *Plur.* נָפְקִין egrediebantur, Dan. 3. v. 26. *Imper. plur.* פֻּקוּ egredimini, Dan. 3. v. 26. *Aphel præterit.* הַנְפֵּק exportavit, Dan. 5. verſ. 2., *&* Eſr. 5. v. 14., *Plur.* הַנְפִּקוּ exportaverant, Dan. 5. v. 3.

נִפְקָא, נִפְקְתָא *f. Chald.* Sumptus, impenſæ, Eſr. 6. v. 4.

נָפַשׁ Flavit, ſpiravit, reſpiravit; *adeoque* vivus, animatus fuit; *quia* vita *per* reſpirationem *ſe ſe prodit. In Kal inuſit. Niph. futur.* וַיִּנָּפֵשׁ, Exod. 23. v. 12., & reſpiret, recreet ſe; *LXX.*, *& Vulg. reddunt*, & ut refrigeretur; וַיִּנָּפֵשׁ, 2. Sam. 16. v. 14., *& in pauſa* וַיִּנָּפַשׁ, Exod. 31. v. 17., & reſpirans factus, recreatus eſt, animam recepit; *Sed juxta LXX.*, *& Aq.*, & quievit, reſpiravit.

נֶפֶשׁ *C., ſed f. ſæpius*, Spiratio, flatus, halitus, Job. 41. v. 13., anima, animus, Gen. 9. v. 4., 35. v. 18., *&c. Et per metonymiam*, animæ facultates, *&* affectus, *ut* voluntas, Gen. 23. v. 8., 1. Reg. 19. v. 3., *item* appetitus, concupiſcentia, deſiderium, Pſal. 24. v. 4., Iſa. 19. v. 10., *&c.*, *Item* prolungare animam *eſt* patientiam habere, *ſeu* patienter agere, Job. 6. v. 11., *Item* vita, Gen. 9. v. 5., Exod. 4. verſ. 19. *Hinc* בְּנֶפֶשׁ contra vitam, *i. e.*, cum vitæ periculo, 2. Sam. 23. v. 17., 1. Reg. 2. v. 33., *cujus contrarium eſt*, ad vitam, *ſcil. conſervandam*, Gen. 19. v. 17., 1. Reg. 19. v. 3., 2. Reg. 7. v. 7., *Item per catachreſin* corpus, *quod* animatum fuit, *ſive* cadaver, corpus exanime, Hag. 2. v. 14., Lev. 19. v. 28., *&* 21. v. 1., Num. 5. v. 2., *&* 9. v. 6. *Item per ſynecdochen totus* homo animatus, Geneſ. 12. verſ. 5., Exod. 12. v. 19., *&c. Denique* odor; *unde* בָּתֵּי נֶפֶשׁ receptacula odoris, olfactoriola, Iſa. 3. v. 20. *Hactenus Joa. Simon: Cum affix.* נַפְשׁוֹ halitus ejus, Job. 41. verſ. 12. *Plur. maſc. ſemel tantum*, אֶת־נְפָשִׁים animas, Ezech. 13. v. 20. *Fœm.* נְפָשׁוֹת animæ, Exod. 12. v. 4. *Conſtr.* נַפְשׁוֹת בֵּיתוֹ animas domus ſuæ, Geneſ. 36. verſ. 6. *Cum affix.* לְנַפְשׁוֹתָם in animas ipſorum (eſt), Prov. 1. v. 18.

נֹפֶת, נֹפֶת *Vide in* נוּף *pag.* 730., 731., *&c.*

נָפוֹת, & נֶפֶת דּוֹר Naphót, & Naphátdór, *nom. propr. urbis, ſecundum nonnullos; aliis ſunt* tractus, regiones, regio Dor, Joſ. 11. v. 2., 12. v. 23.

נֶפְתּוֹחַ Nephtoa, *nom. propr. urbis in finibus Judæ*, Joſ. 15. verſ. 9.

נַפְתּוּחִים, *vel* נַפְתֻּחִים Nephtuim, *nom. propr. viri*, Geneſ. 10. verſ. 13.

נַפְתָּלִי Nephtalí, *nom. propr. ſexti filii Jacob. ex Bela*, Gen. 30. v. 8., *item nom. propr. loci*, 1. Reg. 4. v. 15., 2. Reg. 15. v. 29.

נֵץ *m.* Accipiter, Job. 39. verſ. 26., *avis calidam regionem amans, meridiem verſus alas expandens, ut ſcribit Ab. Eſr.*, *Kimchi in Lib. Radicum notat, poſſe deduci à* נצה, *quod potens ſit ad* volandum.

* נצא *Vide mox infra in* נצה: *Vide etiam futur.* יֵצֵא.

נָצַב Poſuit, ſtatuit, fixit, erexit, *in Kal inuſit. Niphal.* נִצַּב; *ſed, quæ ad hanc radicem a Joa. Simone referuntur, vide ſupra in* יָצַב *pag.* 477., 478.

נְצִיב *m.* Poſitus, conſtitutus, *ſive* poſitum, conſtitutum *quid*: *Hinc* I. Statua, Gen. 19. v. 26., II. Statio, ſtationarii milites, præſidium militum, 1. Sam. 13. vv. 3. 4., 1. Paral. 11. v. 16. III. Præfectus *annonæ regiæ*, ſitarchus, 1. Reg. 4. v. 19. *Plur.* נְצִיבִים ſtationarii, præſidia militum, 2. Sam. 8. vv. 6. 14., 1. Paral. 18. verſ. 13., 2. Paral. 17. v. 2., *item* præfecti, 1. Reg. 4. v. 7., הַנִּצָּבִים præfecti, 2. Paral. 8. v. 10. *Conſtr.* נְצִיבֵי ſtationarii, præſidia militum, 1. Sam. 10. v. 25.

נְצִיב Netsív, & *juxta Vulg.* Neſib, *nom. propr. urbis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 43.

נִצָּב, מַצָּב, מַצֵּבָה *Vide in* יָצַב.

נִצְבָּא *f. Emph.* נִצְבְּתָא *Chald.* Firmitas, durities, Dan. 2. v. 41., *juxta Aben Eſram, & R. Saadiam; Sed a LXX. redditur*, τῆς ῥίζης radice; *a Vulg.*, plantario.

נָצָה Volavit, avolavit, celeriter latus eſt, ivit, *ac ſi haberet* נוֹצָה, *i. e.*, plumam, *vel potius* pennas, *ut notat Pagninus*: *Item* abvolando certavit, *quemadmodum duo galli* involando inter ſe dimicant, *percutientes ſe mutuis alis; hinc* נָצָה *ſignificat etiam* jurgare, objurgare, rixari, con-

conſerere manus: *Et ex uſu Chald.* vaſtari, deſtrui, deſolari, *vel* deſolare: *Nonnulli, inter quos Caſtellus, huic radici ſenſum tribuunt* exardeſcendi, *&* incendii, *q. d.*, ira incenſus eſt, igne exuſtus, *&* deſtructus eſt. *Sed, ut notat Robertſon*, volandi *ſignificatio primaria eſt; nam qui* contendit, rixatur, vaſtatur, *velut in alterum* involat; *&* depopulatio *cum* impetu *&* celeritate *fit: Præterit. plural.* נָצוּ, Thren. 4. v. 15., avolant, avolarunt, celeriter abierunt; *Vulgat. vertit*, jurgati quippe ſunt: *Infin.* כִּי נָצֹא תֵּצֵא, Jer. 48. v. 9., (*ubi* א *eſt loco* ה), quia avolando exibit; *Vulg. vertit*, quia florens egredietur; *ſenſus tamen idem exprimitur; nam, quæ* florum *inſtar* egrediuntur, cito avolant: *Kimchi in Comment. etiam* תֵּצֵא *accipit pro* תֵּצֵא, *ſive* תֵּצֶה; *unde reddit*, avolando avolabit: *Fut. plur.* תִּצֶּינָה vaſtabuntur, deſtruentur, Jerem. 4. verſ. 7. *Sed R. Moſche Kimchi, Pater R. Davidis, exponit*, florebunt, germinabunt, *à* נוץ; vaſtatæ *ſcilic.* gramen producent. *Niphal.* נִצָּה, *contracte pro* נִנְצָה, contendere, rixari, certare, concertare, vaſtari: *Partic.* נִצִּים contendentes, Exod. 2. v. 13. גַּלִּים נִצִּים in acervos vaſtos, 2. Reg. 19. v. 25., Iſa. 37. verſ. 26., *Vulg. ibidem reddit*, (in ruinam) collium pugnantium, (in eradicationem) collium compugnantium: *Futur. plural.* וְכִי־יִנָּצוּ & quum certaverint; *juxta Vulgat.* ſi rixati fuerint, ſi habuerint inter ſe jurgium, Exod. 21. v. 22., Deut. 25. verſ. 11., וַיִּנָּצוּ & concertaverunt, & rixabuntur, rixati ſunt, Levit. 24. v. 10., 2. Sam. 14. v. 6., וְכִי־יִנָּצוּ & quum certaverint, Exod. 21. v. 22. *Hiph.* הִצָּה certare, rixas movere: *Præter. plur.* הִצּוּ rixas moverunt, Num. 26. v. 9. *Infin. cum affix.* בְּהַצּוֹתוֹ, Pſalm. 60. v. 2., in certare ipſum, *h. e.*, cum certaret ipſe; *Vulg. reddit*, cum ſuccendit; *& juxta Pagninum*, quum bellum gereret; בְּהַצֹּתָם, Numer. 26. v. 9., cum rixas moviſſent ipſi, dum rixarentur ipſi; *juxta Vulg.* quando rebellaverunt.

נֹצָה *f.* Pluma, pennæ, *quaſi* volatum *dicas*, Ezech. 17. v. 7. *Cum affix.* בְּנֹצָתָהּ cum plumis ejus, Levit. 1. verſ. 16., *Chaldæus exponit* בְּאוּכְלֵיהּ cum cibo ejus, *& R. Sal. Jarchi*, עִם בְּנֵי מֵעֶיהָ cum viſceribus ejus, *ſive* ſordibus in inglu-

ingluvie, *ac* viſceribus *contentis* : וְנֹצָה, Job. 39. v. 13., & pluma, *vel juxta quoſdam* pavo, *ſive* gallus indicus, *aut* ſtruthiocamelus, *quaſi* pennatus *dictus*; *Vulg. vertit* accipitris.

נִצָּה *Vide ſupra in* נוץ : נֵץ *m. Vide ſupra pag.* 781.

מַצָּה *f.* Jurgium, Prov. 13. v. 10. *Vide & מַצַּץ*.

מַצּוּת *f. Idem* : *Plural. cum affix.* מַצֻּתֶיךָ concertationum tuarum, Iſa. 41. v. 12.

נָצַח Firmus, conſtans, continuus, perennis fuit, duravit, *ut vertit Jo. Simon. In Kal inuſit. Niph. partic. fœm.* מְשֻׁבָה נִצַּחַת, Jer. 8. v. 5., averſione pervincente, *i. e.*, pervicaciſſima, pertinaciſſima, *vel juxta Kimchium, & Ab. Eſram*, æterna, perpetua, continua, *quaſi* æternata, *a nomine* נֵצַח; *juxta LXX.* averſione impudenti; *juxta Vulgat.* averſione contentioſa: *Pih.* נִצַּח vicit, ſuperavit: præfuit, præfectus fuit: ſolicitavit, urſit. *Nam* præfectorum *eſt*, *alios virtute, & auctoritate* ſuperare, *& ad officium* urgere. *Particip.* מְנַצֵּחַ præfectus, victor; *is in re muſica dicitur* præcentor; *unde in titulis Pſalmorum*, לַמְנַצֵּחַ præfecto muſicæ, præcentori, victori: *Sed LXX. ſunt interpretati*, εἰς τὸ τέλος, *quæ a Vulgat. redduntur*, in finem; *ita & Theodor. in* Pſalm. 17., *& alii Græci*: *Plur.* מְנַצְּחִים præfecti, ſolicitatores, 2. Chron. 2. verſ. 2., וּמְנַצְּחִים & præfecti erant, præerant, 2. Paral. 34. verſ. 13. *Infinit.* לְנַצֵּחַ ut præeſſent, ut urgerent, 1. Paral. 15. verſ. 21., 23. verſ. 4., *quibus in locis Vulg. ſenſum expreſſit*; *ſed* 2. Paral. 34. v. 12., Eſdr. 3. vv. 8. 9. *reddit idem Vulg.*, ut urgerent, ut inſtarent.

נְצַח *Chald.* Vicit, ſuperavit, *q. d.*, firmus fuit, obduravit in pugna. *Unde Ithpahal partic.* מִתְנַצַּח, Dan. 6. verſ. 4., ſuperans, ſuperabat, præfectus exiſtebat.

נֵצַח, נֶצַח *m.* Æternitas, *ſic dicta*, *quaſi omnia* vincens: Robur, *quod eo* victoria *paratur*: *Item* veritas, ſinceritas, *uti videtur Joan Simoni*, *q. d.*, firmitas, *&* conſtantia in loquendo: וְגַם נֵצַח יִשְׂרָאֵל quin etiam æternitas, *vel* robur Iſraelis, 1. Sam. 15. verſ. 29., *id eſt*, æternus, *vel* robuſtus Deus Iſraelis: וְהַנֵּצַח & æternitas, 1. Paral. 29. v. 11., לְנֵצַח in æternitatem, in ſempiternum, Iſa. 34. verſ. 10., לָנֶצַח יְדַבֵּר, Prov. 21. v. 28, de veritate loquetur;

quetur ; *& juxta Vulgat.* loquetur victoriam ; *Sed* Habac. 1. v. 4., לָנֶצַח *a Vulg. redditur*, uſque in finem; *a Joan Simone*, ad veritatem ; לְנַצֵּחַ *vide ſupra in Inſin.*, עַד־נֶצַח in æternum uſque, Pſal. 49. v. 20., *& ſæpius cum* Tzere *non reperitur*. *Cum* Sægol, נֶצַח æternitas, *id eſt*, æternus, Jer. 15. v. 18. *Item*, נֶצַח in æternum, *pro* לָנֶצַח, Pſalm. 16. verſ. 11., הֲלָנֶצַח an in æternum, 2. Sam. 2. v. 26. *Cum affix.* נִצְחִי robur meum, Thren. 3. vrſe. 18., נִצְחָם robur eorum, Iſa. 63. v. 3. *Plur.* לְנֵצַח נְצָחִים in æternitatem æternitatum, Iſa. 34. v. 10.

נְצִיחַ Neſia *juxta Vulg.*, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 54.

נצל *In Kal inuſit.*, *unde Niph.* נִצַּל evaſit, eripuit ſe, ereptus fuit: *Præt. plur.* נִצַּלְנוּ eripimur, erepti ſumus, evaſimus, Jerem. 7. v. 10. *Inſin.* לְהִנָּצֵל ad eripiendum, ut eripiamur, Iſa. 20. v. 6., Habac. 2. v. 9. *Imperat.* הִנָּצֵל eripe te, temetipſum libera, Prover. 6. vv. 3. 5. *Futur. cum* ה *paragog.* אִנָּצְלָה eripiar, Pſal. 69. v. 15., תִּנָּצֵל eripieris, 2. Reg. 19. v. 11., Iſa. 37. v. 10 ... *in pauſa* תִּנָּצֵלִי eripieris, evades, liberaberis, Mich. 4. verſ. 10. *Pih.* נִצֵּל eripuit: ſpoliavit, abripuit, diripuit: *Præter. plur.* וְנִצַּלְתֶּם & ſpoliabitis, Exod. 3. v. 22. *Futur.* יְנַצְּלוּ eripient, Ezech. 14. verſ. 14. וַיְנַצְּלוּ & ſpoliaverunt, diripuerunt, 2. Paral. 20. v. 25. *Hiph.* הִצִּיל eripuit, liberavit; *& alio ſenſu* eripuit, abripuit, eruit, amputavit: *Item juxta quoſdam* ſeparavit; *& intranſitive* evaſit: *Præter.* הִצִּיל abripuit, detraxit, abſtulit, *&*, *juxta Vulg.* tulit, Gen. 31. v. 16., *& alio in ſenſu*, *videl.*, eripuit, liberavit, Exod. 12. v. 27., *&c.*, וְהִצִּיל & eripiet, liberabit, 2. Sam. 20. v. 6., Iſa. 31. v. 5., Mich. 5. v. 6., *item* & eripiat ſe, evadat; *juxta alios* & abripiet, *vel quaſi* eruet (oculos), *ſcilicet ne videamus*, *quid ille machinetur*; *Vulg. vertit*, & effugiat (nos), 2. Sam. 20. v. 6. *Cum affix* הִצִּילַנִי, *& in pauſa* הִצִּילָנִי eripuit me, 1. Sam. 17. v. 37., Pſalm. 34. v. 5., 54. v. 9., הִצִּילָנוּ eripuit nos; הִצִּילוֹ eripuit eum, Exod. 18. v. 9., הִצִּילָם eripuit eos, Pſal. 34. v. 18., וְהִצִּילָם & eripiat eos, Iſa. 19. v. 20., וְהִצַּלְתִּי & eripiam, liberabo, Exod. 6. v. 6., 1. Sam. 17. v. 35., Ezech. 13. vv. 21.

23.,

23., *item* & eripiam, *h. e.*, abripiam, auferam, *Sed juxta Vulg.* & liberabo, Hoſe. 2. v. 11, *Cum affix.* וְהִצַּלְתִּים & eripuero eos, Ezech. 34. v. 27., *Plural. cum præfix.*, הַהִצִּילוּ num eripuerunt? 2. Reg. 19. v. 12., Iſa. 36. v. 18., 37. v. 11., הִצַּלְנוּ eripuimus, 1. Sam. 30. v. 22. *Partic.* מַצִּיל liberans, eripiens, qui eripit: *Infin.* הַצִּיל, Gen. 37. v. 22., *&* הַצֵּל, 2. Reg. 18. verſ. 30., *&c.*, eripere, eripiendo; הַהַצֵּל num eripiendo? 2. Reg. 18. v. 33., *Cum* Chirek *ab initio*, וְהִצִּיל & eripiendo, Iſa. 31. v. 5., *Cum affix.* לְהַצִּילֵנִי eripere me, ut eruas me, Pſal. 40. v. 14., 70. verſ. 2., לְהַצִּילְךָ, *&* לְהַצִּלְךָ, לְהַצֶּלְךָ ad eripiendum, ad eruendum te, ut eripiam, ut eruam te; לְהַצִּילוֹ ad eripiendum eum, ut eripiam eum, Exod. 3. verſ. 8., לְהַצִּילָם eripere eos, Ezech. 7. verſ. 19. *Imper.* הַצֵּל, Prov. 24. v. 11., *& cum* ה *paragog.* הַצִּילָה, Pſal. 22. v. 21., 120. v. 2., eripe; *Cum affix.* הַצִּילֵנִי eripe me, Gen. 32. v. 11., *&c.*, הַצִּילֵנוּ eripe nos, Jud. 10. v. 15., *&c.*, *Plur.* הַצִּילוּ eripite, Pſalm. 82. v. 4., *&c.* *Futur.* אַצִּיל eripiam; וָאַצִּל & eripui; תַּצִּיל, *&* תַּצֵּל *m.* eripies; *Cum affix.* תַּצִּילֵנִי eripies me; תַּצִּילֶנּוּ eripies eum, Ezech. 33. v. 12., וַתַּצִּילֵם & eripies eos, Nehem. 9. v. 28., יַצִּיל eripiet; וְיַצֵּל & eripiet; וַיַּצֵּל & eripuit, Joſ. 9. v. 26., *&c.*, *item* & abripuit, *juxta Vulg.* tulitque, Gen. 31. v. 9., *Cum affix.* יַצִּילֵנִי eripiet me; וַיַּצִּילֵנִי, *&* וַיַּצִּלֵנִי & eripuit me, יַצִּילֶנּוּ, יַצִּילֵהוּ eripiet eum; וַיַּצִּלֵהוּ & eripiet eum; וַיַּצִּילֶהָ & eripuit eam; יַצִּילֶנָּה eripiet eam; וַיַּצִּילֵנוּ & eripuit nos; וַיַּצִּילֵם & eripuit eos; תַּצִּיל *f.* eripiet, Prov. 10. v. 2., 11. v. 4., *Cum affix.* תַּצִּילֵם eripiet eos, Prov. 11. verſ. 6., *Plur.* יַצִּילוּ eripient; *Cum affix.* יַצִּילֻךְ *f.* eripient te, Iſa. 57. v. 13., וַיַּצִּילוּהָ & eripuerunt eam, 1. Paral. 11. v. 14. *Hophal partic.* מֻצָּל ereptus, raptus, erutus, Amos. 4. v. 11., Zachar. 3. v. 2. *Hithpah. futur. plur.* וַיִּתְנַצְּלוּ & ſpoliaverunt ſe, & depoſuerunt, detraxerunt ſibi, Exod. 33. v. 6.

נְצַל *Chald.* eripuit, liberavit. *Unde Aphel partic.* וּמַצִּל & eripiens, Dan. 6. v. 28. *Infin.* לְהַצָּלָה eripere, Dan. 3. v. 29., *Cum affix.* לְהַצָּלוּתֵהּ eripere eum, ut erueret illum, Dan. 6. v. 15.

הַצָּלָה *f.* Liberatio, ereptio, Eſth. 4. v. 14., *Sed LXX. reddiderunt*, και σκέπη & tegumentum, & protectio (erit Judæis); *Vulg. habet*, & liberabuntur (Judæi).

נֵצָן *m. Inde plur.* נִצָּנִים *vide ſupra poſt* נוץ *pag.* 732.

נָצַץ Scintillare. *Partic. præſens Plur.* נֹצְצִים ſcintillantes, Ezech. 1. v. 7., *Vulg. habet*, ut ſcintillæ.

נִיצוֹץ *m.* Scintilla: לְנִיצוֹץ in ſcintillam, velut ſcintilla, Iſa. 1. v. 31., *Vulg. ibidem reddit*, ut favillæ ſtupæ.

נָצַר Cuſtodivit, ſervavit, obſervavit; *non ſolum in bonam, ſed etiam in malam partem ſumitur; unde* נָצַר *interdum ſignificat idem ac* צור, *ſive* צרר: *Item* deſolare, deſtruere, vaſtari: *Præter. fœm. cum affix.* נְצָרָתַם cuſtodit ea, Pſalm. 119. v. 129. עֵדֹתֶיךָ נָצָרְתִּי teſtimonia tua cuſtodiam, Pſal. 119. v. 22. *Partic. præſens* נוֹצֵר, & נֹצֵר, &c. *Vide inter nomina*: *Particip. Pahul* וְהַנָּצוּר, Ezech. 6. v. 12., & ſervatus, *ſed a Vulgat., aliiſque redditur*, & obſeſſus, *petita ſignificatione a* צרר, *vel* צור; *Fœm.* נְצוּרָה, Iſa. 1. v. 8., obſeſſa, *vel* inſidioſe obſervata: *Sed Vulg.*, *aliique vertunt*, (ſicut civitas), quæ vaſtatur; *Conſtr.* נְצֻרַת לֵב, Prov. 7. v. 10., & retenta, ſervata, cuſtodita corde, *i. e.*, cauta, & circumſpecta, *ſicut ea, quæ quid in corde haberet, non pandebat*; *Vulg. ibidem ſenſum optime expreſſit*; *Plural. m.* וּבַנְּצוּרִים & apud cuſtodita, *id eſt*, *idola, quæ* cuſtodiuntur *à ſuis cultoribus, non autem cuſtodiunt eos*, Iſa. 65. v. 4. *Sed R. Salomon, & Chaldæus exponunt*, apud cadavera mortuorum, *quæ Necromantæ* cuſtodire *ſolebant, ut ab iis aliquid ſciſcitarentur*: *Aben Eſra vertit*, in vaſtitatibus, locis vaſtis, *juxta illud*, עִיר נְצוּרָה civitas deſolata, Iſa. 1. v. 8. *Alii reddunt*, in locis obſervatis, *i. e.*, *in locis tetris, & abominandis, a quibus ſe conſervare oportebat, ne pollueerentur*; *Vulg. habet*, & in delubris idolorum: *Conſtr.* וּנְצִירֵי, Iſa. 49. verſ. 6. *ubi Maſſor. legendum monet*, וּנְצוּרֵי & cuſtoditos, *juxta R. Sal. At Ab. Eſra vertit*, & deſolata, & vaſtitates, *uti ſupra* Iſa. 65. verſ. 4., *Vulg. habet*, & fæces (Iſrael); *Plur. fœm.* וּנְצֻרוֹת וְלֹא יְדַעְתָּם & retenta, reſervata, cuſtodita, *i. e.*, recondita, quæ ignorabas, *ſive* neſcis, Iſa. 48. v. 6. *Inſin.* לִנְצֹר cuſtodiendo, Prov. 2. v. 8. *Imper.* נְצֹר, Pſal.

34. v. 14., Prov. 3. v. 21., 4. v. 23., 6. v. 20., *&* נְצוֹר, Nahum. 2. v. 1., *&* *defective* נְצֹר, Iſa. 8. v. 16., *&* *cum* ה *paragog.*, *&* Dageſch *euphonico* נִצְּרָה, Pſal. 141. v. 3., cuſtodi, obſerva; *Cum affix.*, *&* Dageſch *forti* affectuoſo, *ut notat Joa. Simon*, נִצְּרֶהָ ſedulo cuſtodi, *vel* firmiſſime ſerva eam, Prov. 4. verſ. 13. *Futur.* אֶצֹּר, *&* *cum* ה *paragog.* אֶצְּרָה, *&* *in pauſa* אֶצֹּרָה cuſtodiam; *Cum affix.* אֶצָּרְךָ, Jerem. 1. v. 5., formarem te, *petita ſignificatione a* יצר; *Sed* וְאֶצָּרְךָ, Iſa. 42. v. 6., 49. v. 8., & cuſtodiam te; אֶצְּרֶנָּה cuſtodiam, obſervabo eam, Pſalm. 119. v. 33., Iſa. 27. v. 3., תִּצֹּר cuſtodies, Pſalm. 64. v. 2., Iſa. 26. v. 2. *Cum affix.* תִּנְצְּרֵנִי, Pſal. 140. vv. 2. 5., *item imperfecte* תִּצְּרֵנִי, Pſal. 32. v. 7., cuſtodies me; תִּצְּרֶנּוּ cuſtodies eum, Pſal. 12. v. 8., יִצֹּר cuſtodiet, cuſtodiat, Prover. 3. verſ. 1., *Cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* יִצְּרֶנְהוּ cuſtodiet, cuſtodiebat eum, Deut. 32. v. 10., *ſed* יִצְּרֵהוּ format, *ſive* formavit illud, Iſa. 44. verſ. 12., תִּצֹּר *fœm.* cuſtodiet, Prov. 13. v. 6., *Cum affix.* *&* Nun *epenthet. per* Dageſch *forte inſerto* וְתִצְּרֶךָּ & cuſtodiet te, Prover. 4. v. 6., *&* *ſervato* Nun, *atque cum* ה *paragog.*, תִּנְצְרֶכָּה cuſtodiet te, Prover. 2. verſ. 11., *Plur.* יִצְּרוּ, Prov. 20. v. 28., *&* *ſervato* Nun, יִנְצֹרוּ, Deut. 33. v. 9., *&c.*, cuſtodient, cuſtodiunt; *Cum affix.* יִצְּרוּנִי cuſtodient me, Pſalm. 25. v. 21., 40. v. 12., יִנְצְּרֻהוּ cuſtodient eum, Pſal. 61. v. 8., תִּצֹּרְנָה, *f.*, Prov. 23. v. 26., *ita legerunt veteres*, *ita & Vulg.*, *unde verterunt*, ſervent, cuſtodiant; *ſed ſcriptum occurrit* תִּרְצֶנָה, (*a* רצה), acquieſcant, delectentur.

נֹצֵר, *&* נוֹצֵר *m.* Cuſtodiens, cuſtos, Exod. 34. v. 7., *&c.* *Cum affix.* נֹצְרָהּ cuſtodiens, cuſtodio eam, Iſa. 27. v. 3., *Plural.* נֹצְרִים בָּאִים cuſtodes veniunt, Jerem. 4. verſ. 16. *Conſtr.* נֹצְרֵי cuſtodientes, cuſtodes; לְנֹצְרֵי cuſtodientibus, Pſal. 25. v. 10.

נֵצֶר *m.* Surculus, Iſa. 60. verſ. 21., *ſic dictus*, *quod* cuſtodia *egeat*, *ne à vento dejiciatur*, *aut avellatur*. *Cum præfix.* כְּנֵצֶר, Iſa. 14. v. 19., *a LXX. redditur*, ὡς νεκρὸς ſicut mortuus; *ab Aq.* ὡς ἰχὼρ ſicut tabes; *a Sym.* ὡς ἔκτρωμα ſicut abortivum; *a Vulg.* quaſi ſtirps; *ab aliis* quaſi germen,

men, *ſive* ſurculus; מִנֵּצֶר e ſurculo, *& juxta Vulgat.* de germine, Dan. 11 v. 7.

נָצַת Accendit, incendit, ſuccendit; *& intranſitive* accendit ſe, accenſus, incenſus eſt, arſit. *Sed multa, quæ ad hanc radicem a Joa. Simone, & a quibuſdam aliis referuntur, vide ſupra in* יָצַת.

נְקִיא *Hebr.*, *&* נְקָא *Chald. vide infra in* נקה *inter nomina.*

נָקַב Fixit, incidit, perforavit, transfixit, perfodit, effodit, trajecit,; *per aphæreſin* cavavit, excavavit; *metaphorice* expreſſit, definivit, præciſe deſignavit, expreſſe nominavit; *quia, ut animadvertit Joa. Simon, res expreſſe deſignandas digito, baculo, vel ſimili modo attingere ſolemus, quaſi eas* perfodere *velimus*: *Item* maledixit, exſecratus eſt, *q. d.*, convitiis proſcidit, contumeliis laceravit, famam ſauciavit: *Præter. cum affix.* וּנְקָבָהּ & perforabit eam, 2. Reg. 18. v. 21., Iſa. 36. v. 6., נָקַבְתָּ perforaſti, Habac. 3. v. 14. *Partic. præſens* וְנֹקֵב qui execratur, *juxta Vulg.* qui blaſphemaverit, Levit. 24. v. 16. *Partic. præter.*, *ſive Pahul* נָקוּב perforatum, Hagg. 1. verſ. 6., *Plur. conſtr.* נְקֻבֵי רֵאשִׁית הַגּוֹיִם, Amos. 6. v. 1., expreſſe nominati, *h. e.*, deſignati primitiarum gentium; *quidam alii reddunt*, nuncupati ex principio, *h. e.*, *ex nomine*, *ſive appellatione* gentium; *LXX. ſunt interpretati*, vindemiarunt primitias gentium; *Vulg. habet*, optimates capita populorum: *Infin.* קֹב exſecrando, Numer. 23. verſ. 25., *quod & ad* קבב *referri poteſt. Cum præfix.*, *& affix.* בְּנָקְבוֹ quum exſecratus fuerit, Levit. 24. v. 16. *Imper.* נָקְבָה fige, nominatim exprime, definito, Geneſ. 30. v. 28. *Futur.* אֶקֹּב exſecrabor, maledicam, Lev. 23. v. 8., וָאֶקּוֹב נָוֵהוּ & exſecrabor, & exſecratus ſum habitaculum ejus, Job. 5. v. 3., *ubi Vulg. habet*, & maledixi pulchritudini ejus; תִּקֹּב־ perforabis, Job. 40. v. 26., *Sed cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* תִּקֳּבֶנּוּ exſecraberis eum, maledices ei, Numer. 23. v. 25., יִנְקָב־אָף, Job. 40. v. 24., perforabit naſum, *ſive* nares; *Joa. Simon reddit*, trajiciet, trajiciat, *ſcil. aliquis*, (imperſonaliter); *Et defective* וַיִּקֹּב & perforavit, perfodit, *juxta Vulgat.* aperuitque, 2. Reg. 12. v. 10., *Item* & exſecratus eſt, maledixit, Levit. 24. v. 11.,

31., *Cum affix.* יִקֳּבֶנּוּ, Iſa. 62. v. 2., fixerit, expreſſerit, determinaverit, deſignaverit, *ſive* nominavit, nominabit, denuntiabit illud, *ita LXX.*, *& Syriaca verſio*, *Sim.*, *Vulg.*, *Pagninus*, *aliique*; *Plur. m. cum affix.* יִקְּבֻהוּ maledicent, maledicant ei, Job. 3. v. 8., Prover. 11. v. 26., 24. v. 24. *Niph. præter. plural.* נִקְּבוּ fixi, expreſſi fuerunt, expreſſe nominati ſunt, Num. 1. v 17., 1. Paral. 12. v. 31., *&c. Vide*, *quæ ſequuntur*.

נֶקֶב *m.* Foramen, fiſtula, *quaſi* perforata *dicta*; *nam & intus* perforata, *ac* excavata *eſt*, *& plura inſuper in latere habet* foramina: *Plur.* נְקָבִים; *unde cum affix.* וּנְקָבֶיךָ & fiſtularum tuarum, *juxta Vulg.* & foramina tua, Ezech. 28. v. 13.

נֶקֶב Neceb, *nom. propr. urbis in Tribu Nephthali*, Joſ. 19. verſ. 33.

נְקֵבָה *f.* Fœmina, *ſexus nomen tam in brutis*, *quam in hominibus*, Lev. 3. v. 1., וּנְקֵבָה & fœminam, Gen. 1. v. 27., לַנְּקֵבָה fœminæ, Levit. 12. v. 7., *&c.*

מַקֶּבֶת *f.* Perforatio, excavatio: *Item*, malleus, *proprie una parte* acutus *ad* perforandum *aptus*; *latius deinde pro quovis* malleo *ſumitur*: אֶל־מַקֶּבֶת בּוֹר ad excavationem foveæ, *juxta Vulg.* ad cavernam laci, Iſa. 51. v. 1., אֶת־הַמַּקֶּבֶת malleum, Jud. 4. verſ. 21. *Plural.* וּמַקָּבוֹת & mallei, 1. Reg. 6. v. 7., וּבַמַּקָּבוֹת & malleis, Iſa. 44. v. 12., Jer. 10. v. 4.

נָקַד Punctavit, punctis notavit, ſignavit, maculavit, *ita apud Chald.*, *& Talmudicos*; *Sed apud Arabes* pupugit, *&* diſcrevit: *Unde partic. præſens* נֹקֵד *m.*, 2. Reg. 3. v. 4., pecuarius, *proprie* ovium, *quod eæ* punctari, *& certis* ſignis notari *ſolent*, *ut cognoſcantur*; *Sym. reddit*, τρέφων βοσκήματα nutriens pecudes; *Vulg. habet*, nutriebat pecora multa: *Plur.* בַּנֹּקְדִים, Amos. 1. v. 1., inter pecuarios; *Aq. vertit.* ἐν ποιμνοτροφοῖς in ovium nutritoribus; *Sym.*, *Vulg.*, *aliique habent*, in pecuariis, in paſtoribus.

נָקֹד *m.* Punctatus, punctatum, punctis reſperſum; *LXX.*, *Vulg.*, *aliiſque eſt* varius, reſperſus maculis, fuſcus, furvus, Gen. 30. vv. 32. 33. *Plur. m.* נְקֻדִּים punctulis reſperſi, punctati, punctata, *& juxta Vulg.* varia, maculoſa, Gen. 30. verſ. 39., 31. vv. 8. 10. 12. *Aliud.* נִקֻּדִים

vide infra. *Plur. fœm.* הַנְּקֻדּוֹת, Gen. 30. verſ. 35., punctulis reſperſæ, punctatæ, *& juxta Vulg.*, varios. *Vide, quæ ſequuntur.*

נִקּוּד *m. Inde plur.* נִקֻּדִים, Joſ. 9 vv 5. 12., 1. Reg. 14. v. 3. micæ, placentæ, *ſeu genus* panis, *quod* puncturis *inter coquendum* ſignabatur, *ut hodienum mazis ſuis Judæi faciunt, ne bullent, & ut diutius ſervari queant, ita Joa. Simon; Inde ipſe, & quidam alii vertunt*, (panem) bis coctum, *ſive* nimis excoctum, *atque* aduſtum, *ut ſit a* יָקַד adurere, *ita Aq., Sym., Chald., & R. Salomon*: הָיָה נִקֻּדִים, Joſ. 9. vv. 5. 12., & fuit in micas, *aut* in puncturas, *i. e.*, mucidus, punctis mucoris reſperſus; *Sed Vulg. reddit*, & in fruſta, & vetuſtate nimia comminuti: *Item* buccellata, *a certis* punctulis dicta, 1. Reg. 14. v. 3., *a LXX. redditur* κολλύρια; *a Vulg.* cruſtula.

נְקוֹדָא Necoda, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 48.

נְקֻדָּה *fœm.* Punctum, *a* figendo, *vel* infigendo, ſtigma, *quo ſcil. quid ornatus cauſa* diſtinctum eſt; *Inde plur.* נְקֻדּוֹת, Cant. 1. verſ. 11., puncta; *LXX. habent* ςίγματα; *Sym.* ποικίλματα varietates, *ſeu* variæ colorum diſtinctiones; *Vulg.* vermiculatas.

נָקָה Mundus, purus fuit: *Metaphorice*, innocens, impunis fuit: *Infin.* נַקֵּה תִּנָּקֶה innocens, *vel* impunis exiſtendo impunis eris, Jerem. 49. v. 12. *Niph.* נִקָּה innocentem egit, *vel* aſſeruit ſe, innocens, inſons fuit, *vel* declaratus fuit, impunis relictus fuit, expurgatus fuit. *Præter.* נִקָּה, Zach. 5. v. 3., innocentem agit, *vel* aſſerit ſe, *factum videl. ſuum peſſimum excuſat*, inſons, impunis habitus eſt; *Sed LXX., Arab., Chald verſiones habent*, punitur, punietur, ſupplicium ſumitur, *vel* ſumetur, *& juxta Vulg.* judicabitur; *quidam alii vertunt*, ſuccisus eſt, ſuccidetur; emundatum *enim*, *&* purum relinquitur, *quod in totum* deſolatur; וְנִקָּה & innocens erit, Exod. 21. v. 19., *fœm.* וְנִקְּתָה & innocens erit, Num. 5. v. 28., *in pauſa* וְנִקָּתָה & mundata, evacuata erit, & evacuabitur, *juxta Vulg.* & deſolata, Iſa. 3. v. 26., וְנִקִּיתָ, & inſons, impunis eris, abſolveris, Gen. 24. verſ. 8., נִקֵּיתִי inſons ero, inſontem me exhibui, *& juxta Vulg.* non erit culpa

in me,

In me, Jud. 15. v. 3., וְנִקֵּיתִי & immunis, mundus ero, & emundabor, Pſalm. 19. v. 14. *Infin.* הִנָּקֵה, Jerem. 25. v. 29., inſontem, impunem haberi; *Vulg. egregie ſenſum expreſſit* : *Imper.* הִנָּקִי *f.* indemnis eſto, impunis habitor: *Futur.* תִּנָּקֶה inſons, impunis eris, habeberis, Gen. 24. v. 41., Jerem. 49. v. 12., יִנָּקֶה inſons, impunis erit, habebitur; *Plur.* הִנָּקוּ לֹא תִנָּקוּ, Jerem. 25. v. 29., impuniti evaſeritis? non evadetis. *Pih.* נִקָּה mundavit, innocentem declaravit, abſolvit: *Præter.* וְנִקֵּיתִי דָּמָם לֹא־נִקֵּיתִי, Joel. 4. v. 21., & mundabo ſanguinem eorum, quem non mundaveram; *Alii habent*, & declarabo innocentem ſanguinem eorum, quorum non declaraveram: *Infinit.* וְנַקֵּה & mundando, abſolvendo, innocentem habendo, declarando, impunem dimittendo: *Imper. cum affix.* נַקֵּנִי abſolve, mundato me, Pſal. 19. v. 13. *Futur. cum affix.* וְנַקֵּה לֹא אֲנַקֶּךָּ, Jerem. 30. v. 11., 46. v. 28., & te liberum, *vel* immunem eſſe, *aut* inſontem videri haud ſinam, non patiar; *Vulg. habet*, ut non videaris tibi innoxius: *&* nec quaſi innocenti parcam tibi; לֹא תְנַקֵּנִי (novi, quod) non immunem me ſis habiturus, *ſeu* liberum dimiſſurus, *& juxta Vulg.* (ſciens, quod) non parceres delinquenti, Job. 9. v. 28., *Sed ibidem* cap. 10. v. 14., *eadem dictio redditur a LXX.*, non inſontem me feciſti; *ab Aq.*, *Theod.*, *Sym.*, non purgabis, non mundabis me; *a Vulg.*, mundum me eſſe non pateris? אַל־תְּנַקֵּהוּ, ne ſinas eum liberum abire, *& juxta Vulgat.* noli pati eum eſſe innoxium, 1. Reg. 2. v. 9., יְנַקֶּה innocentem habebit, impunitum dimittet, Exod. 20. v. 7., *&c. Vide pag.* 792. מְנַקִּיָּה.

נְקֵא *m. Chald.* mundus, purus fuit; *Inde* כַּעֲמַר נְקֵא ut lana munda, Dan. 7. verſ. 9.

נָקִיא *m.* Mundus, purus, innocens, inſons, innoxius, immunis, impunis, indemnis, vacuus crimine: דָּם־נָקִיא ſanguinem innocentem, Joel. 4. v. 19., Jon. 1. v. 14.

נָקִי *m. Idem ac ſupra* נָקִיא, Gen. 24. v. 41., Exod. 21. v. 28., *&c.*, *item* vacuus labore, 1. Reg. 15. verſ. 22., *ubi Vulgat. habet*, (nemo) ſit excuſatus; נָקִי יִהְיֶה vacuus, *&* immunis a malitia erit, *& juxta Vulg.* vacabit abſque culpa, Deuter. 24. verſ. 5., הַנָּקִי innocens, Deuter. 21.

v. 9.,

v. 9., לְנָקִי innocenti, Prov. 1. v. 11. *Conſtr.* נְקִי כַפַּיִם innocens manibus, Pſalm. 24. v. 4. *Plural.* אֶבְיוֹנִים נְקִיִּים egenorum innocentium, Jer. 2. v. 34., וִהְיִיתֶם נְקִיִּם eritiſque innocentes, Num. 32. v. 22. מְנַקֶּי *vide in* נָקִיק.

נִקָּיוֹן Munditia, mundities, innocentia, Hoſe. 8. verſ. 5., בְּנִקָּיוֹן in innocentia, Pſalm. 26. v. 6., וּבְנִקְיֹן כַּפַּי & in munditia manuum mearum, Gen. 20. v. 5. *Conſtr.* נִקְיוֹן שִׁנַּיִם munditiem dentium, Amos. 4. v. 6., *Sed LXX. ibidem ſunt interpretati*, γομφιασμὸς, *Vulg.* ſtupor dentium.

מְנַקִּיָּה *f. Inde plur.* מְנַקִּיּוֹת ſcopulæ, quibus mundatur, *quaſi* emundatoria *dictæ*: *Sed a LXX. redduntur* κύαθοι, *a Vulg.* cyathi, Num. 4. v. 7., Jerem. 52. v. 19. *Notat hic Joa. Simon, quod* Exod. 37. v. 16., מְנַקִּיּוֹת *accenſentur vaſibus menſæ, deque ipſis aſſeritur, fuiſſe* ex auro puro *effecta, atque eiſdem fieri* libationem; *hinc arbitratur, rectius illos interpretari, qui per* מְנַקִּיּוֹת *intelligunt* pateras, libatoria: *nam etiam* menikith *Syris eſt* patera, libatorium; *&* *radix Syr. in Pahel* ſacrificavit, libavit, *q. d.*, ſacrificio, *vel* libamine purificavit, *ſive* expiavit: *Quibuſdam aliis ſunt* calami *aurei*, *& cavi, qui inter panes propoſitionis, ne mucorem contraherent, atque ita ſemper* mundi *eſſent, inſerebantur*: *Hebræi etiam hac de voce variant. Cum affix.* מְנַקִּיֹּתָיו ſcopulæ, libatoria, *& juxta Vulg.* cyathi ejus, Exod. 25. v. 29., 37. v. 16.

* נָקַח, נְקַח, *&c. Vide ſupra in* לָקַח *pag.* 610., 611.

* נָקַט *Vide poſtea in* קוּט.

נָקַם

Ultus eſt, ultionem ſumpſit, vindicavit: *Conſtruitur abſolute, & cum accuſ., & Præpoſ.* עַל, מִן, ב, *&* ל: *Præter. cum affix.* וּנְקָמַנִי & ulciſcetur me, 1. Sam. 24. v. 13. *Partic. præſens*, נֹקֵם לְצָרָיו ulciſcens, ultor eſt in hoſtes ſuos, Nahum. 1. v. 2., נֹקֶמֶת *f.* ulciſcens, Lev. 26. v. 25. *Infin.* נָקֹם vindicando, Exod. 21. v. 20., בִּנְקֹם in ulciſcendo, Ezech. 25. verſ. 12., לִנְקֹם ad ulciſcendum, Ezech. 24. v. 8. *Imper.* נְקֹם ulciſcere, Num. 31. v. 2. *Futur.* תִּקֹּם ulciſceris; יִקּוֹם, & יִקֹּם ulciſcetur. *Niph. præter.* נִקַּמְתִּי vindicabo me; *Sed* נִקַּמְתִּי *vide infra in* נְקָמָה; וְנִקַּמְתִּי מֵאֹיְבַי & ultionem ſumpſero de inimicis meis, 1. Sam. 14. v. 24. *Infin.* לְהִנָּקֵם מִצָּרָיו & ultionem ſumat de

hoſtibus

hoſtibus ſuis, Jerem. 46. v. 10. *Imper.* וְהִנָּקֶם לִי ultionem ſume, mihi, *vel* pro me, Jerem. 15. v. 15., *&c.*, *Plur.* הִנָּקְמוּ ultionem ſumite, ulciſcimini vos, Jer. 50. v. 15. *Futur. cum* ה *paragog.* וְאִנָּקְמָה & ulciſcar me, Jud. 16. v. 28., Iſa. 1. verſ. 24., יִנָּקֵם vindicabitur, Exod. 21. v. 20. *Plur.* וַיִּנָּקְמוּ & ulti ſunt ſe, Ezech. 25. v. 15. *Pih. præter.* נִקַּמְתִּי בָּכֶם ultionem ſumam de vobis, Jud. 15. v. 7. *Hoph. Futur.* יֻקַּם vindicabitur, Gen. 4. v. 24., Exod. 21. v. 21., *&* *in pauſa* שִׁבְעָתַיִם יֻקָּם, Gen. 4. v. 15., ſepties vindicator, ſepties in eum vindicabitur; *LXX.*, *&* *Theod. habent*, ſeptem vindictas exſolvet: *Vulg.* ſeptuplum punietur. *Hithp. partic.* וּמִתְנַקֵּם & ulciſcentem ſe, ultorem, Pſal. 8. v. 3. *Futur.* תִּתְנַקֵּם ultionem ſumeret, ulciſcetur ſe, Jerem. 5. v. 9.

נָקָם *m.* Ultio, vindicta, Ezech. 25. v. 12. *Conſtr.* נְקַם־בְּרִית ultionem fœderis, Levit. 26. v. 25.

נְקָמָה *f.* *Idem*, Pſalm. 149. v. 7. *Conſtr.* נִקְמַת דַּם ultionem ſanguinis, Pſal. 79. verſ. 10. *Cum affix.* נִקְמָתִי ultio mea, Ezech. 25. vv. 14. 17., נִקְמָתֵנוּ ultionem noſtram, Jer. 20. v. 10., נִקְמָתְךָ *m.*, Jerem. 11. v. 20., נִקְמָתֵךְ, Jerem. 51. verſ. 37.; ultionem tuam; נִקְמָתָם ultionem ipſorum; Thren. 3. v. 60., *Plur.* נְקָמוֹת, *&* נְקָמֹת ultiones, Pſalm. 18. v. 48.

נִקָּיוֹן *Vide ſupra pag. 792.*

נָקַע Luxare, recedere, divelli: *Et Metaphorice de anima dicitur*: *Conſtruitur cum præpoſitione* מִן. *Præter.* נָקְעָה נַפְשִׁי מֵעַל אֲחוֹתָהּ luxata eſt anima mea à ſorore ejus, Ezech. 23. v. 18., *id eſt*, tanquam luxatum, *&* eliſum membrum receſſit ab ea. *Idem eſt cum* יָקַע, *quod vide*.

נָקַף Excidit, concidit: *Futur.* חַגִּים יִנְקֹפוּ feſta excidant, Iſa. 29. v. 1., *id eſt*, ſacrificia feſtorum mactent: *Et intranſitive*, *juxta Ab. Eſram*, excidentur, *hoc eſt*, יִפְסְקוּ ceſſabunt; *Vulgat. reddit*, ſolemnitates evolutæ ſunt; *Alii habent*, ſacrificia feſtorum mactent, *h. e.*, victimas cædant, *&* diſtringant, excorient, *atque* exenterent. *Pih. præter.* וְנִקַּף & excidet, amputabit, *juxta Vulgat.* ſubvertentur, Iſa. 10. v. 34., *Plural.* וְאַחַר עוֹרִי נִקְּפוּ־זֹאת, Job. 19. v. 26., & poſtquam pellem meam conciderint, perfoderint

iſtud,

iſtud, *ſive* hanc; *verba enim ſæpe cum duplici accuſativo junguntur, altero ſuppoſiti, ſive totius. altero partis: Quidam alii reddunt*, & poſt cutem meam *putrefactam*, excuſſerunt, *nempe vermes, ſive dolores*, hoc, *vidèl. os, vel* hanc *carnem meam*; *Chald. exponit ita*, & poſtquam adempta erit (ceſſare facta) cutis mea, fiat hoc, *nempe, quod* Redemptor meus poſtremus perſtiturus ſit; *LXX. habent*, ad reſuſcitandam cutem meam, quæ perpetitur hæc; *Vulg.* & rurſum circumdabor pelle mea. *Varietas interpretationum fere nata eſt ex voce* נִקְּפוּ, *quæ aliis eſt præter. in Pihel a* נָקַף concidérunt, confoderunt, *&c.*, *aliis eſt præt. in Niph. a* יָקַף circumdati, *vel* circumvallati ſunt. *Hiph.* הִקִּיף *vide in* יָקַף.

נֹקֶף *m.* Percuſſio, excuſſio, ſtrictura, *i. e.*, *olearum extrema* decuſſio, *&* *quaſi* exciſio, Iſa. 17. v. 6., 24. v. 12.

נִקְפָּה *f.* Diſſolutio, diſciſſio, percuſſio, *ſcil. lumborum, quæ alias cingulo accinguntur, ut notat Jo. Simon*: וְתַחַת חֲגוֹרָה נִקְפָּה, Iſa. 3. v. 24., & pro cingulo, & pro cinctu exciſio, veſtium ruptura; *LXX. reddunt*, funiculo cinges te; *Vulg.*, & pro zona funiculus.

נקק *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab.* ſonuit, ſtriditque ſcorpio. *Inde eſt*

נָקִיק *m.* Foramen petræ, caverna: *& juxta quoſdam* cavitas, *proprie* vacuitas, lacus vacuus, *a* ſtridore ſcorpionis *ibi latentis ſic dictus*; *ſed Joa. Simon hujus dictionis ſignificationem arbitratur repetendam à* נקה vacuus fuit: בִּנְקִיק הַסָּלַע in foramine petræ, Jer. 13. v. 4. *Plur. conſtr.* וּבִנְקִיקֵי & in foraminibus, Iſa 7. v. 19., וּמִנְּקִי הַסְּלָעִים & de foraminibus petrarum, Jerem. 16. v. 16.

נקר Effodit, perfodit: *Infin.* בִּנְקוֹר לָכֶם in effodiendo vobis, 1. Sam. 11. verſ. 2. *Futur. plur. cum affix.* יִקְּרוּהָ effodient illum, Prover. 30. v. 17. *Pih præter.* עֲצָמַי נִקַּר oſſa mea perfodit, Job. 30 v. 17. *Futur.* תְּנַקֵּר effodies, Numer. 16. verſ. 14., *Plural.* וַיְנַקְּרוּ & effoderunt, Jud. 16. verſ. 21. *Pyh. præterit.* נֻקַּרְתֶּם effoſſi eſtis, Iſa. 51. verſ. 1.

נִקְרָה *f.* Foramen, caverna: *Conſtr.* בְּנִקְרַת הַצּוּר in caverna, *vel* cavitate petræ, Exod. 33. v. 22. *Plur.* בְּנִקְרוֹת הַצֻּרִים in cavernas petrarum, Iſa. 2. v. 21.

נָקַשׁ Illaqueavit, *vel* illaqueatus fuit: *Partic. præſens*, נוֹקֵשׁ רָשָׁע illaqueat impium, *juxta quoſdam Hebræos*, *vel* illaqueatur impius, *ut alii volunt*, Pſal. 9. v. 17. *Vide etiam ſuprà in* יָקַשׁ. *Niph. futur.* פֶּן־תִּנָּקֵשׁ ne illaqueeris, Deuter. 12. v. 30. *Pih. futur.* יְנַקֵּשׁ illaqueet, illaqueando capiat, *&* *juxta Vulg.* ſcrutetur, Pſalm. 109. v. 11., *Plur.* וַיְנַקְשׁוּ, Pſal. 38. v. 13., illaqueare cupiunt, tendunt laqueos, laqueis poſitis inſidiati ſunt; *juxta quoſdam alios*, & ſeſe illaqueant, illidunt; *ſed juxta Vulg.* & vim faciebant. *Hithp. partic.* מִתְנַקֵּשׁ בְּנַפְשִׁי, 1. Sam. 28. verſ. 9., in tendiculam ponis te, tu-te facis ſcandalum animæ meæ; *juxta LXX.* illaqueas animam meam; *juxta Vulgat.* inſidiaris animæ meæ.

נְקַשׁ *Chald.* Collidere. *Partic. plur.* נָקְשָׁן collidentes erant, Dan. 5. v. 6.

נוּרָא *Chald. vide ſupra in* נור *Chald. pag.* 733.

נֵרְגַל Nerghal, *&* *juxta Vulgat.* Neregel, *nom. propr. viri*, Jerem. 39. verſ. 3., *Item* נֵרְגָל Nerghál, *Vulgat.* Nergel, *nom. propr. idoli Cuthæorum*, 2. Reg. 17. v. 30.

נֵרְדְּ Nardus, Cant. 4. v. 14. *Cum affix.* נִרְדִּי nardus mea, *vel*, nardinum, Cant. 1. v. 12. *Plur.* נְרָדִים, Cant. 4. verſ. 13.

נֵרָה *f.* Lucerna; *Plur.* נֵרוֹת: *Item* נֵר *m. vide ſupra poſt* נור *pag.* 732., 733.

נֵרִיָּה Nériiáh, *Vulg.* Neri, Nerias, *nom propr. viri*, Jerem. 32. v 12., 51. v. 59.

נָשָׂא Elevavit, extulit, ſuſtulit; *&* *intranſitive* extulit ſe: *Sed ſpeciatim notat*: I. Suſtulit capiendo, ſumendo, *&* accipiendo; cepit, ſumpſit, accepit: *quod enim* capitur *à ſuo loco* extollitur; *item* capere, *vel* ſumere numerum, *&* ſummam, *eſt* inire cenſum, recenſere: II. Suſtulit adjuvando, ſublevavit, adjuvit: III. Suſtulit ad ferendum; tulit, *quocunque modo*, Exod. 25. v. 28., Joſ. 6. 12., Jerem. 10. v. 5., Ezech. 17. vv. 8. 23. *Item* tulit peccatum, *vel* iniquitatem, *id eſt*, luit *ejuſdem peccati* pœnam, Levit. 24. v. 15., Num. 14. v. 34., Ezech. 18. v. 20. IV. *pro actionis termino ſignificat etiam*, deportavit, exportavit, abſtulit, Jud. 16. verſ. 31., 1. Sam. 4. verſ. 4.,

2. Reg.

2. Reg. 10. v. 17., Job. 32. v. 22.; *Item* apportavit, reportavit, attulit, Exod. 10. v. 13., 1. Reg. 10. verſ. 11., *& ſpeciatim* attulit munus, donavit, 2. Sam. 19. v. 43., *Item* donavit pœnam offenſæ, condonavit, pepercit, Gen. 18. v. 26., *&c.*, *& tum fere cum Dativo conſtruitur: Quandoque imitatur formam verborum in* ה *deſinentium. Vide poſtea aliud verborum* נָשָׂא *pag. 807. Præterit.* נָשָׂא cepit, *ſive* capiebat, Gen. 13. v. 6., levavit, portabat, Exod. 10. v. 13., 1. Reg. 10. v. 11., tulerat, *ſive* abſtulerat, 1. Paral. 18. v. 11., ſumpſit, tulit, Iſa. 22. v. 6., 53. vv. 4. 12., portavit, Ezech. 18. v. 19., attulit, produxit, Joel. 2. v. 22., Agg. 2. verſ. 19., *ubi Vulg. reddit*, floruit; אֲשֶׁר נָשָׂא לִבּוֹ quas extulit, excitavit cor ſuum, Exod. 35. v. 26., לֹא־נָשָׂא פְּנֵי שָׂרִים non elevat, non extollit facies principum, *i. e.*, non accipit, non ſuſcipit, non magni facit perſonas principum, Job. 34. v. 19., וְנָשָׂא & portabit, geſtabit, Exod. 28. vv. 12. 29. 30. 38., & tollebat, auferebat, 1. Sam. 17. v. 34., וְנָשָׂא־בוֹ אָלָה, 1. Reg. 8. v. 31., & detulerit in eum, *ſeu* impoſuerit ei juramentum, *Vulg. reddit*, & habuerit aliquod juramentum; *item* & tulit, 2. Reg. 23. verſ. 4., & proferet, Ezech. 17. verſ. 23., & accipiet, Ezech. 29. v. 19., & aſſumet, Malach. 2. verſ. 3., *Cum affix.* נְשָׂאֲךָ portavit te, Deut. 1. v. 31., וּנְשָׂאֲךָ לִבֶּךָ & extulit, ſublevavit te cor tuum, 2. Reg. 14. verſ. 10., 2. Paral. 25. v. 19., נְשָׂאוֹ tulerit eum, 2. Reg. 2. verſ. 16., אֲשֶׁר־נְשָׂאוֹ לִבּוֹ, quem ſuus extulerit, excitaverit, impulerit animus, Exod. 35. v. 21., 36. v. 2., וּנְשָׂאוֹ & tollet, & extulerit eum; נָשְׂאָה *fœm.* accepit, reportavit, Eſth. 5. v. 2. *Cum affix.* נְשָׂאַתְנִי ſuſtulit me, Ezech. 3. verſ. 14., 11. verſ. 24., נָשָׂאתָ portaſti, 1. Reg. 2. v. 26., extuliſti, Nehem. 9. v. 15., condonaſti, remiſiſti, Pſal. 32. verſ. 5., 85. verſ. 3., *& cum* ה *paragog.* נָשָׂאתָה condonaſti, propitius fuiſti, Num. 14. verſ. 19., וְנָשָׂאתָ & efferes, 2. Reg. 19. v. 4., Iſa. 14. v. 4., & proferes, fundes (preces), Iſa. 37. v. 4., & portabis, & aſſumes, Ezech. 4. vv. 5. 6., *Cum affix.* נְשָׂאתַנִי ſuſtuliſti me, Pſal. 102. verſ. 11., וּנְשָׂאתַנִי & exportabis me,

nis; manum *certe* ori admotam *in* adoratione, *notant Minutius Felix in octav.*, *aliique*; *Sed Vulgat. poſt LXX.*, *Sym.*, & *verſiones Syriacam*, *atque Samaritanam vertit*, ad oris tui imperium (cunctus populus) obediet; *item in pauſa* יִשָּׁק oſculabitur, Prov. 24. v. 26., וַיִּשַּׁק & oſculatus eſt, Geneſ. 27. v. 27., &c. *Cum affix.* יִשָּׁקֵנִי oſculabitur, oſculetur me, Cant. 1. v. 2. וַיִּשָּׁקֵהוּ & oſculatus fuit ipſum, Geneſ. 33. v. 4., 1. Sam. 10. verſ. 1., וַתִּשַּׁק *f.* & oſculata fuit, Ruth. 1. vv. 9. 14., Job. 31. v. 27., *Plural.* וַיִּשְּׁקוּ & oſculati ſunt, 1. Sam. 20. v. 41., & *cum* Nun *paragog. in pauſa* יִשָּׁקוּן oſculentur, Hoſe. 13. v. 2., *ubi Vulg. ſenſum optime expreſſit. Pih. Infin.* לְנַשֵּׁק לְבָנַי oſculari, *ſive* ut oſcularer filios meos, Geneſ. 31. v. 28. *Imper. plur.* נַשְּׁקוּ־בַר, Pſalm. 2. v. 12., oſculamini filium, *ita vertunt Kimchi, Aben Eſra, & Kaſvenaki inter Hebræos; ita etiam e Chriſtianis Pagninus, aliique multi; & ſane* בַּר *Chald.* (*pro* בֵּן) filius *occurrit* Eſdr. 5. v. 1., Prov. 31. v. 2., Dan. 3. v. 25, 5. v. 22. *Notat autem ibidem Aben Eſra*, נַשֵּׁק oſculandi *verbum hic denotare* oſculum ſubjectionis, obedientiæ: *R Sal.*, & *Chaldæus aliò declinant*: *LXX.*, & *Vulgat. habent*, apprehendite diſciplinam; *legebant* בֹּר puritas, integritas morum, diſciplina, *a* בָּרַר expurgavit; *Aq. vertit*, oſculamini electe; *Sym.*, adorate pure; *legebat uterque* בַּר purum, electum: *Futur.* וַיְנַשֵּׁק, Geneſ. 32. v. 1., 45. v. 15., & וַיְנַשֶּׁק, Geneſ. 29. v. 13., & oſculatus fuit. *Hiph. Partic. fœm. plur.* מַשִּׁיקוֹת, Ezech. 3. verſ. 13., oſculantes, *metaphorice*, *pro* contingentes, complectentes, adjungentes ſe *more* oſculantium; *LXX. reddiderunt*, (animalium) paſſis alis geſtientium: & *juxta Vulg.* percutientium.

נֶשֶׁק, *vel* נֵשֶׁק, & *in pauſa* נָשֶׁק *maſc.* Armatura; בְּיוֹם נָשֶׁק, Pſalm. 140. v. 8., in die armaturæ, *ſive*, *juxta Vulg.*, in die belli; יֵצֵא לִקְרַאת־נָשֶׁק, Job. 39. v. 21., egreditur, *vel* prodit, *vel* pergit in occurſum armaturæ, *ſive*, *ut habent Vulgat.*, *aliique*, in occurſum pergit armatis: *Item* נֶשֶׁק *ſignificat* arma, 1. Reg. 10. v. 25., 2. Paral. 9. verſ. 24., *Cum præfix.* וְהַנֶּשֶׁק & arma, 2. Reg. 10. v. 2., בְּנֶשֶׁק, & בַּנֶּשֶׁק in arma, Ezech. 39. vv. 9. 10.,

מִנֶּשֶׁק

מִנֶּשֶׁק ab armis, Job. 20. verſ. 24. *Tandem* נֶשֶׁק *metonymice eſt* armentarium, *ſic* Iſa. 22. verſ. 8., *ubi tamen a multis redditur*, arma; *&* Nehem. 3. v. 19. מִנֶּגֶד עֲלֹת הַנֶּשֶׁק e regione aſcenſus armentarii; *ſive, juxta alios*, armaturæ, *vel* armorum; *Vulgat. reddit*, contra aſcenſum firmiſſimi (anguli).

נוֹשֵׁק, *vel* נֹשֵׁק *m. Inde plur.* נֹשְׁקִים: *Conſtr.* נוֹשְׁקֵי, *&* נֹשְׁקֵי, Pſal. 78. v. 9., 1. Paral. 12. v. 2., 2. Paral. 17. v. 17., armati, *vel* ſe ſe armis inſtruentes, armantes; *Vulg. vertit*, intendentes, tendentes, tenentes (arcum).

נְשִׁיקָה *f.* Oſculatio, oſculum: *Plur.* נְשִׁיקוֹת oſcula, Prov. 27. v. 6., *Cum præfix.* מִנְּשִׁיקוֹת præ oſculis, *& juxta Vulgat.* oſculo, Cant. 1. v. 2.

נשק Succenſus eſt, exiliit, diſſiliit, *in Kal. inuſit. Inde Niph. præter. fœm.* וְאֵשׁ נִשְּׂקָה & ignis ſuccenſus eſt, Pſalm. 77. v. 21. *Hiph.* הִשִּׂיק accendit, incendit: *Præter. plur.* וְהִשִּׂיקוּ & incendent, & comburent, Ezech. 39. v. 9. *Futur.* יַשִּׂיק accendet, accendit, ſuccendit, Iſa. 44. verſ. 15.

נשר, *& in pauſa* נָשֶׁר *maſc.* Aquila, Ezech. 1. verſ. 10.; כַּנֶּשֶׁר ſicut aquila, Habac. 1. verſ. 8. *Plur.* נְשָׁרִים aquilæ, Exod. 19. v. 4. *Conſtr.* מִנִּשְׁרֵי שָׁמָיִם præ aquilis cœli, Thren. 4. v. 19. *Item Chald.* דִּי נְשַׁר aquilæ, Dan. 7. v. 4. *Plur.* כְּנִשְׁרִין ſicut aquilæ, Dan. 4. v. 30. *Bechai commentar. in* Gen. 2., *aliique deducunt a Chaldæo* נְשַׁר cecidit, decidit; *unde* aquila *dicta eſt* נֶשֶׁר, *quod ſublimior volitans in prædam* cadat: *Alii a* שׁוּר intuendo *derivant, quia* aquila *ſolem rectà* intuetur: *Sed Bochartus arbitratur,* aquilam *dictam* נֶשֶׁר *ab* adunco roſtro, *quo carnem* carpit, *&* vellicat, *ex ſignificatione radicis Arab.* naſara, *i. e.*, roſtro vulſit, carpſit.

נשר *In Kal Hebræis inuſit. Sed, ut notat Joa. Simon, Chaldæis, & Arabis eſt* ſerravit, ſerra diſſecuit. *Inde derivant Hiph. futur.* וַיָּשַׂר, 1. Par. 20. v. 3., *pro* וַיָּשֶׂר, & diſſecuit ſerra, *ſive* & ſerravit; *quidam reddunt*, diſſecare, *ſive* ſecare juſſit, ad ſerrandum coegit.

מַשּׂוֹר *m., Unde cum præfix.* הַמַּשּׂוֹר ſerra, Iſa. 10. v. 15.

נָשַׁשׁ *Unde* נִשְׁבֵי, *quod vide ſupra in* נשה.

נָשַׁת Periit, defecit: *Item, juxta quoſdam*, ſiti defecit, *ſeu* exaruit. *Præter.* נָשְׁתָה גְבוּרָתָם peribit robur eorum, Jerem. 51. v. 30., *ita multi; Vulg. habet*, devoratum eſt robur eorum; *Quidam reddunt*, oblivioni tradetur, *a* נָשָׁה *deducentes: Et in pauſa*, *&* *cum* Dageſch *euphonico*, לְשׁוֹנָם בַּצָּמָא נָשָׁתָּה, Iſa. 41. v. 17., lingua eorum præ ſiti, *ſive* ſiti deficit, deficiebat, *vel juxta Vulgat., alioſque*, aruit: *Hebræi exponunt*, exſiccatur, exſiccabitur. *Niph. præter. plur.* וְנִשְּׁתוּ־מַיִם מֵהַיָּם, Iſa. 19. verſ. 5., & deficient aquæ de mari, *Vulg. reddit*, & areſcet aqua de mari: *Quidam active exponunt*, deperdent, *quaſi ſit, ex Pihel: Hebræi vertunt*, exſiccabuntur.

נִשְׁתְּוָן *m. Chald.* Diploma, decretum, epiſtola; וּכְתָב הַנִּשְׁתְּוָן, Eſdr. 4. verſ. 7., & ſcriptura diplomatis, *ſive* epiſtolæ, *Vulgat. habet*, epiſtola autem accuſationis; *Sed ibidem* cap. 7. v. 11., הַנִּשְׁתְּוָן *a LXX., Vulgat., aliiſque redditur* decretum, diploma, epiſtola edicti. *Et in ſtatu emphatico* נִשְׁתְּוָנָא decretum, *vel* epiſtola, Eſdr. 4. vv. 18. 23., 5. v. 5., *a Vulg. interdum redditur* accuſatio.

נָתַב *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab.* elatus fuit, eminuit. *Inde* נָתִיב *maſc.* ſemita, callis, trames, via, *proprie* arcta, aggeſta, *&* elata, Job. 18. verſ. 10., *&c.*, יְפַלֵּס נָתִיב לְאַפּוֹ, Pſal. 78 v. 50., libravit, *vel* ponderavit ſemitam furori ſuo; *LXX., Vulgat., aliique reddunt*, viam fecit ſemitæ iræ ſuæ: *Conſtr.* בִּנְתִיב מִצְוֹתֶיךָ per, *vel* in ſemitam mandatorum tuorum, Pſal. 119. v. 35.

נְתִיבָה *f. Idem, ac ſupra* נָתִיב, Iſa. 43. v. 16., *Sed* Prover. 12. verſ. 18., וְדֶרֶךְ נְתִיבָה אַל־מָוֶת *varie exponitur: Non pauci arbitrantur, deſiderari accentum* Mappik *in* נְתִיבָה, *atque legendum* נְתִיבָהּ; *ideoque* ה *in fine eſſe affix., dein* אַל *hoc in loco eſſe particulam negandi; hinc vertunt*, & via ſemitæ ejus, *ſcil. juſtitiæ*, non (*eſt*) mors: *Contra alios* נְתִיבָה *eſt fœm., &* אַל *eſt pro* אֶל, *vel* עַל, *ut legerunt LXX., Vulg., aliique, ita habent verſiones Syr., & Arab., quibus adhærent recentiores multi: unde iſti vertunt*, & via tramitis, *ſeu* tranſverſa ad mortem *ducit, aut tendit; LXX. vero habent*, ὁδοὶ δὲ μνησικάκων εἰς θάνατον viæ autem eorum, qui mali, injuriæve ſunt memores, in mortem; *Pa-*

ra-

raphraſis Chald., & iter perverſi ad mortem; *Vulg.*, iter autem devium ducit ad mortem. *Cum affix.* נְתִיבָתִי ſemita mea, Job. 30. v. 13., Pſalm. 142. v. 4., מִנְּתִיבָתָם a ſemita eorum, Prover. 1. v. 15., *Plural.* נְתִבוֹת ſemitæ, Prov. 8. verſ. 20., *&c.*, לִנְתִיבוֹת de ſemitis, Jerem. 6. verſ. 16. *Cum affix.* נְתִיבוֹתַי ſemitæ meæ; נְתִיבֹתֶיהָ ſemitæ ejus; נְתִיבוֹתֵיהֶם ſemitæ eorum; בִּנְתִיבֹתָיו in ſemitis, *vel* per ſemitas ejus, Job. 24. v. 13.

* אֲכָתָה *Vide ſupra pag.* 53.

נתח *In Kal inuſit. Inde Pih.* נִתַּח diviſit, *in fruſta ſcil.*, *vel membratim: Præter.* נִתַּח לִנְתָחָיו diviſit in membra ſua, *ſive* concidit in fruſta ſua, Levit. 8. verſ. 20., וְנִתַּח & dividet, Levit. 1. vv. 6. 12. *Futur. cum affix.* וָאֲנַתְּחֶהָ & membratim, *vel* in fruſta diviſi, *ſive* concidi eam, Jud. 20. v. 6., תְּנַתֵּחַ divides, ſecabis, Exod. 29. v. 17., וַיְנַתַּח & diviſit, 1. Reg. 18. v. 33., *Cum affix.* וַיְנַתְּחֵהוּ & diviſit illud, *ſive* concidit illud in fruſta, 1. Sam. 11. v. 7., וַיְנַתְּחֶהָ & diviſit, concidit eam, Jud. 19. v. 29. *Plural. cum affix.* וִינַתְּחֻהוּ & membratim divident eum, *ſive* in fruſta cædentes, 1. Reg. 18. v. 23.

נֵתַח *m.* Fruſtum, membrum, ſegmentum, pars, Ezech. 24. v. 4. *Plural.* נְתָחִים membra, Jud. 19. v. 20. *Cum affix.* עַל־נְתָחָיו ſuper membra ejus, *&* *juxta Vulg.*, ſuper conciſas carnes illius, Exod. 29. verſ. 17., נְתָחֶיהָ membra, fruſta ejus, Ezech. 24. v. 4., לִנְתָחָיו in partes ſuas, in fruſta ſua, Exod. 29. v. 17.

נתך Fuſus, effuſus fuit: *Item*, *juxta LXX.*, *Sym.*, *Theod.*, *Vulg.*, *alioſque*, ſtillavit, fluxit, defluxit: *Futurum* תִּתַּךְ חֲמָתִי, 2. Paral. 12. v. 7., Jerem. 42. v. 18., defluet, effundetur excandeſcentia mea, *&* *juxta Vulg.* ſtillabit furor meus, conflabitur indignatio mea; תִּתַּךְ שֹׁמֵם, Dan. 9. verſ. 27., effundet ſe, *vel* ſtillabit (execratio, *ſive* indignatio, calamitas) ſuper deſolatum, vaſtatum, *Sanctuarium videl.* *&* *urbem*, *ſive* ſuper devaſtationem; *Vulg. reddit*, perſeverabit deſolatio; *in hunc ſenſum*, *videl.* duravit, perſeveravit, *verbum* נְתַךְ *exponit Targum in* Jerem. 7. v. 20., *metaphorica ſignificatio ſumpta a continua* effuſione *aquæ*: וַתִּתַּךְ & effuſa fuit, *ſive* ſtillavit, & conflata

ſlata eſt, 2. Paral. 34. v. 25., Jerem. 44. v. 6.; Dan. 9. v. 11., *Plur.* וַיִּתְּכוּ & effunduntur, & fluxerunt, & effuſi ſunt, Job. 3. v. 24., *Vulg. ibidem ſenſum expreſſit. Niph. præterit.* נִתַּךְ effuſa, *q. d.*, fluere, defluere facta eſt, *ut notat Joa. Simon; juxta Vulg.* ſtillavit, Exod. 9. v. 33., 2. Sam. 21. v. 10., *Sed* cap. 42. Jerem. v. 18., *ab eodem Vulgat. redditur*, conflatus eſt (furor meus); *Fœm.* נִתְּכָה effuſa eſt, *juxta Vulg.* ſtillavit, 2. Paral. 34. v. 21., *Plural.* וְנִתַּכְתֶּם & fundemini, liquabimini, *juxta Vulg.* & conflabimini, Ezech. 22. v. 21. *Part. f.* נִתֶּכֶת effuſa eſt, Jer. 7. v. 20. *Hiph.* הִתִּיךְ fudit, conflavit. *Præter.* וְהִתַּכְתִּי & fundam, & conflabo, liquabo, Ezech. 22. v. 20., *Plur.* הִתִּיכוּ fuderunt, 2. Reg. 22. v. 29. *Infinit.* לְהַנְתִּיךְ ad fundendum, Ezech. 22. v. 20. *Futur. cum affix.* תַּתִּיכֵנִי, Job. 10. verſ. 10., fundebas, conflabas me; *Sed LXX. habent*, με ἤμελξας, *i. e.*, *ut vertit Vulgat.*, (ut lac), mulſiſti me; *Aq. reddit*, ἀπέςαξας ſtillare feciſti me: *& juxta Paraphraſim Chald.* colaſti, depuraſti me; *Plur.* וַיַּתִּיכוּ & fuderunt, conflarunt, 2. Paral. 34. v. 17. *Hoph. futur. plur.* תֻּתְּכוּ fundemini, liquabimini, *vel, juxta quoſdam*, fuſi, liquati eſtis, Ezech. 22. v. 22.

הִתּוּךְ *m. Unde cum præfix.* כְּהִתּוּךְ, Ezech. 22. verſ. 22., ſecundum fuſionem, *ſive* liquationem (argenti); *Vulg. reddit*, ut conflatur (argentum).

נָתַן *Significat* I. Poſuit, ſtatuit: II. Dedit, *q. d.*, poſuit in *alicujus* manu, *ſeu* poteſtate; *item* reddidit, tradidit, ſuppeditavit, tribuit, attribuit, præſtitit, collocavit, diſpoſuit, expoſuit: III. Præpoſuit, præſtituit, poſuit ſuper alios; *item* locavit, elocavit: IV. Sivit, permiſit, conceſſit, *q. d.*, poſuit in *alterius* arbitrio: V. Fecit, effecit, *q. d.*, in ſuo eſſe poſuit: VI. Reputavit, æxiſtimavit: VII. Edidit, prodidit, *atque in hunc quidem ſenſum uſurpatur maxime, ut notat Joa. Simon, quoties eidem verbo additur dictio* קוֹל, *vel* דְּבָרִי. *Præter.* נָתַן tradidit, Joſ. 2. v. 9., *&c.*, *& in pauſa* נָתָן dedit, dederit, Ezech. 18. v. 16., וְלֹא־נָתַן תִּפְלָה לֵאלֹהִים, Job. 1. verſ. 22., nec attribuit inſulſum *quicquam*, *ſive* inſipientiam Deo; *Vulg. ſenſum optime expreſſit*; וְנָתַן & ponet, Levit. 4.

vit. 4. verſ. 7. *Cum affix.* נְתָנַנִי, Thren. 1. vv. 13. 14., *&* *in pauſa* נְתָנָנִי, Pſalm. 118. v. 18., dedit, poſuit, tradidit me; נְתָנָנוּ dedit nos, Pſalm. 124. v. 6., נְתָנְךָ dedit te; נְתָנָהּ dedit eam; נְתָנוֹ permiſit, conceſſit ei, Geneſ. 31. v. 7., Jud. 1. v. 34., 1. Sam. 18. verſ. 2., *item* tradidit eum, 1. Sam. 23. v. 14., וּנְתָנוֹ & dederit, tradiderit eum, Deut. 21. v. 10., נְתָנָם dedit eos; *Fœm.* נָתְנָה, Geneſ. 3. v. 12., *&* *in pauſa* נָתָנָה, Jud. 5. verſ. 25., dedit; *Sed* וְנָתְנָה & edat, gignat, producat, Levit. 25. v. 19., 26. verſ. 4., נָתַתְּ (*pro* נָתַנְתְּ); *&* *cum* ה *paragog.* נָתַתָּה *&* *cum aphæreſi* תַּתָּה, 2. Sam. 22. verſ. 41., dediſti: *Cum affix.* נְתַתָּנִי dediſti mihi, Joſ. 15. verſ. 19., Jud. 1. v. 15., וּנְתַתָּם & dederis, tradideris, dabis, trades eos, 1. Reg. 8. vv. 46. 50., 1. Paral. 14. verſ. 10., *Fœm.* נָתַתְּ; *&* *cum* Jod *paragog.* נָתַתִּי, Ezech. 16. vv. 18. 36., dediſti: *Inde cum affix.* וּנְתַתִּיהוּ & poſuiſti, dediſti illud, Ezech. 16. verſ. 19., נָתַתִּי dedi, Geneſ. 1. v. 29., *item* conſtitui, præpoſui, Geneſ. 41. verſ. 41., *&* *in pauſa* נָתָתִּי dedi; וְנָתַתִּי & dabo, Geneſ. 17. v. 8., *item* & edam, prodam, *juxta quoſdam*, *ſive*, *ut habet Vulgat.*, & ponam; Ezech. 39. v. 21., *item* & faciam, 1. Reg. 16. v. 3., *&c.*, *Cum affix.* נְתַתִּיךָ feci, effeci, *vel juxta Vulgat.* conſtitui te, Geneſ. 17. v. 5., *item* permiſi, *vel* dimiſi te, Geneſ. 20. v. 6., *item* præſtitui, *&* *juxta Vulgat.* dedi te, Jerem. 1. v. 4., נְתַתִּיו נְתַתִּיהָ, præpoſui, præſtitui, *vel* dedi eum, eam, Gen. 23. v. 11., Iſa. 55. v. 4., וּנְתַתִּיהוּ & dabo, & tradam eum, Jud. 4. v. 7., נְתַתִּים dedi eos: *Plur.* נָתְנוּ dederunt, Joſ. 6. verſ. 24., *ubi Vulg. vertit*, conſecrarunt; *item* tribuerunt, attribuerunt, 1. Sam. 18. verſ. 8., קוֹל [illegible] vocem dederunt, *ſive* ediderunt, Pſalm. 77. v. 18., *&* *in* [illegible] נָתָנוּ, Ezech. 27. v. 19., dederunt; *Vulgat.* *reddit*, propoſuerunt; *Sed* נָתַנּוּ (*contracte pro* נָתַנְנוּ) dedimus, Thren. 5. v. 6., 1. Paral. 29. verſ. 14., *&* *cum affix.* נְתַנּוּךָ dedimus te, 2. Paral. 25. v. 16., וּנְתַנּוּךָ & trademus te, Jud. 15. v. 13. *Partic.* נוֹתֵן, *&* נֹתֵן, הַנּוֹתֵן, *&* הַנֹּתֵן dans, qui dat; *Cum affix.* נֹתֶנְךָ ponens, afficiens, *ſive* dans te, Jer. 20. v. 4., נֹתְנֵךְ *f.* tradens te, Ezech.

23.

23. v. 28., 25. v. 4., נֹתְנוֹ tradens eum, 1. Reg. 10. v. 13. *Plur.* נֹתְנִים, הַנֹּתְנִים, & *conſtr.* נֹתְנֵי dantes, ponentes: *Partic. Pahul* נָתוּן datus, datum, Eſth. 3. verſ. 11., 2. Paral. 1. v. 12., præpoſitus, Nehem. 13. verſ. 4., *Plur.* נְתוּנִים, & *fœm.* נְתֻנוֹת dati, datæ: *Infin.* נָתוֹן præponendo, præſtituendo, Geneſ. 41. verſ. 43., dando, Deuter. 15. v. 10., & נָתֹן dando, tradendo, Num. 21. v. 2., & *conſtr.* נְתֹן concedere, permittere, Numer. 20. v. 21., *Item per aphæreſin*, & *cum* ה *paragog.* תְּנָה ponere, *pro* ponis, *ſive* exponis, Pſal. 8. v. 2., *Item conſtr. cum* ת *paragog.*, & *ſyncope literæ* Nun, תֵּת (*pro* תְּנֶת) dare; תְּתֹן dare, 1. Reg. 17. v. 14., *anomalum*, *vel potius mendoſum*; *nam Maſſorethæ legendum monent* תֵּת: *Cum præfix.* בְּתֵת in dando, cum dabit; לָתֵת ad dandum, ad tradendum, Geneſ. 29. v. 26., &c., *item* ad præponendum, præſtituendum, Deut. 17. v. 15., & לָתֵת ad dandum, ut darem, Geneſ. 15. verſ. 7., &c., & *cum* Nun *paragog.*, *uti quibuſdam videtur*, לְתִתֵּן ad ponendum, ut poneret, 1. Reg. 6. verſ. 19., מִתֵּת a dando, *i. e.*, *ut optime habet Vulg.*, ne det, Deut. 28. v. 55. *Cum affix.* תִּתִּי dare me, Geneſ. 29. verſ. 19., &c., בְּתִתִּי in dare me, *i. e.*, cum dedero, dabo, dem, Ezech. 25. v. 17., &c., לְתִתִּי ad permittendum, concedendum mihi, Num. 22. v. 13., אֲשֶׁר לְתִתִּי־לוֹ בְּשֹׂרָה, 2. Sam. 4. verſ. 10., quod mihi *erat* dandum ei pro nuntio, *q. d.*, *quæ merces illi jure ex me debebatur*; *Vulgat. vertit*, cui oportebat mercedem dare pro nuncio; מִתִּתִּי præ dare me, *i. e.*, quam ut dem, Gen. 29. verſ. 19., וְלְתִתֵּנוּ atque ad dandum nobis, *h. e.*, ut det nobis, Eſdr. 9. verſ. 8., יַעַן תִּתְּךָ אֶת־לְבָבְךָ כְּלֵב אֱלֹהִים, Ezech. 28. v. 6. eo quod dediſti tu, *h. e.*, reputaſti, exiſtimaſti, *ſive* exæquaſti cor tuum, ut cor Dei; בְּתִתְּךָ in dare te, *h. e.*, dum des tu, Deuter. 15. v. 10., וּבְתִתְּךָ *f.* & in dare te, *h. e.*, proptere enim quod des tu, & *juxta Vulg.*, in eo enim quod dediſti, Ezech. 16. v. 34., לְתִתְּךָ ad dandum, ad tradendum te, Jud. 15. verſ. 12., תִּתּוֹ dare eum, *h. e.*, ut daret, traderet eum, Deuter. 2. v. 30., בְּתִתּוֹ in dare eum, *h. e.*, cum dederit ille, Levit. 20. v. 4., לְתִתָּהּ

dare

dare eam, Exod. 22. verſ. 16., ut darem eam, Ezech. 47. verſ. 14., תִּתָּם dare eos, *h. e.*, ut daret, traderet eos, 2. Paral. 25. verſ. 20., בְּתִתָּם in dare eos, *h. e.*, cum, *ſive* dum dent, ponant, ponerent illi, Ezech. 43. verſ. 8., *ubi Vulgat. habet*, qui fabricati ſunt, *alii reddunt*, qui poſuerunt; לְתִתָּם ad dandum ea, *h. e.*, ut darent, ut diſtribuerunt ea, 2. Paral. 35. verſ. 12. *Imper. per aphæreſin* תֵּן, 2. Reg. 4. vv. 42. 43., & תֶּן, Geneſ. 14. verſ. 21., da, pone; *Cum* ה *paragog.* תְּנָה da, Gen. 30. v. 26., *&c.*, תְּנָה הוֹדְךָ, Pſalm. 8. verſ. 2., da, *ſive* fac appareat decor tuus; *Sed RR. Abraham, & David, nec non Pagninus, aliique, accipientes* תְּנָה *loco præteriti, verterunt*, poſuiſti gloriam tuam (ſuper cœlos); *LXX., & Vulg. habent*, elevata eſt magnificentia tua; *Cum affix.* תְּנֵהוּ da eum, & *cum* Nun *epenthet.* תְּנֶנָּה da illam, 1. Sam. 21. v. 10., תְּנִי, & *in pauſa* תֵּנִי *fœm.* da; *Plur.* תְּנוּ date, Geneſ. 23. v. 4., oſtendite, edite, Exod. 7. verſ. 9., tradite, præbete, 1. Paral. 22. v. 19., tribuite, attribuite, date, Pſal. 68. v. 35., Jer. 13. v. 16., וּתְנוּ & date, *i. e.*, proferte, *vel* apponite, *ſcil.* ad latus (tympanum), Pſalm. 81. v. 3. *Futur.* אֶתֵּן, & אֶתֶּן dabo; הַאֶתֵּן num dabo? Mich. 6. v. 7., & *cum* ה *paragog.* אֶתְּנָה & *in pauſa* אֶתֵּנָה dabo, 1. Reg. 21. vv. 2. 6., *&c.*, *Cum affix.* אֶתֶּנְךָ ponam, præficiam, tradam, faciam te; אֶתְּנֵהוּ, אֶתְּנֶנּוּ *m.* dabo eum; אֶתְּנֶהָ, & אֶתְּנֶנָּה *f.* dabo eam; וָאֶתְּנֵם & dedi eos; תִּתֵּן, & תִּתֶּן־ *m.* dabis; אַל־תִּתֵּן ne reputes, 1. Sam. 1. v. 16., וְתִתֵּן & reputaſti, exiſtimaſti, Ezech. 28. v. 2., הֲתִתֵּן num dabis, præbebis? Job. 39. verſ. 19., אַל־תִּתְּנֵנִי ne dederis, tradideris me, Pſalm. 27. v. 12., תִּתְּנֵנוּ dabis nos, Pſalm. 44. v. 12., תִּתְּנֶנּוּ dabis eum, Pſalm. 74. v. 14., תִּתְּנוּ, תִּתְּנֵהוּ, dabis eum, תִּתְּנֶנָּה dabis illud, Deuter. 14. v. 21., וַתִּתְּנָה & dediſti eam, 2. Paral. 20. v. 7., הֲתִתְּנֵם an dabis, an trades eos? 1. Sam. 14. verſ. 37., 2. Sam. 5. verſ. 19., וַתִּתְּנֵם & dediſti eos, Nehem. 9. vv. 24. 27. 30., תִּתְּנִי *fœm.* dabis, Thren. 2. v. 18., Ezech. 16. v. 41., Mich. 1. v. 14., *Cum affix.* וַתִּתְּנִים & dediſti eos, Ezech. 16. verſ. 21., יִתֵּן *vel* יִתֶּן ponet, dabit, *&c.*, לֹא־יִתֵּן non di-

dimittet, *ſive* non permittet, non concedet, Exod. 3. v. 19., מִי יִתֵּן quis dabit? *formula eſt optantis; unde a LXX., Vulg., aliiſque redditur* utinam, ô ſi, ſi: מִי־יִתֵּן מוּתִי utinam mortuus eſſem, 2. Sam. 19. v. 1., מִי־יִתֵּן אֱלוֹהַּ דַּבֵּר utinam Deus loquatur, Job. 11. v. 5., הֲיִתֵּן nunquid dabit? Amoſ. 3. v. 4., וְתַאֲוַת צַדִּיקִים יִתֵּן, Prov. 10. verſ. 24., & deſiderium juſtorum dabit, *vel, juxta Vulgat., alioſque*, juſtis dabitur; וְשֹׁרֶשׁ צַדִּיקִים יִתֵּן, Proverb. 12. verſ. 12., & radix juſtorum dabit, *videl. fructum ſuum; nam, ut eſt eruditis animadverſum, ellipſes hujuſmodi non ſemel in Salomonis ſententiis occurrunt; Sed alii vertunt*, & radix juſtorum permanebit, *vel* pullulabit, germinabit, *& juxta Vulg.*, proficiet; וַיִּתֵּן, *&* וַיִּתֶּן, & dedit, Geneſ. 14. verſ. 20., 18. verſ. 7., Job. 42. v. 15., *&c.*, וַיִּתֵּן אֶת־רְשָׁעִים & dabit impios, Iſa. 53. v. 9., & poſuit, Geneſ. 1. v. 17., 15. v. 20., 18. v. 8., Pſal. 18. v. 33., *&c.*, & reputavit, exiſtimavit, Gen. 43. v. 30., & conſtituit, 1. Reg. 7. v. 39., וְיִתֵּן, *&* וְיִתֶּן & dabit, & tradet, Geneſ. 23. v. 9., *&c. Cum affix.* לֹא־יִתְּנֵנִי, Job. 9. v. 18., non dabit me; *ſive juxta Vulg., alioſque*, non concedit, *vel* concedet mihi; וַיִּתְּנֵנוּ & dedit nos, Jud. 6. v. 13., יִתֶּנְךָ dabit te; יִתְּנֶנּוּ dabit illud; וַיִּתְּנֵהוּ & dedit eum; יִתְּנֶנָּה dabit eam, Gen. 23. v. 9., וַיִּתְּנָהּ & dedit eam, Deuter. 31. v. 9., *&c.*, יִתְּנֵם dabit eos, (&) dedit eos; *Fœm.* תִּתֵּן, וַתִּתֵּן, וַתִּתֶּן־ dabit, & dabit; *Plur.* נִתֵּן, Gen. 34. v. 21., *&c.*, *& ſequente* Makkaph, נִתַּן־, Jud. 16. v. 5., *& cum* ה *paragog.* נִתְּנָה, Gen. 29. verſ. 27., Numer. 14. v. 4., dabimus; *Cum affix.* וַנִּתְּנָהּ & dedimus, & tradidimus eam, Deuter. 29. v. 7., תִּתְּנוּ *m.* dabitis, Geneſ. 34. v. 9., *&c.*, offeretis, Levit. 22. verſ. 22., tribuetis, Levit. 23. v. 38., ponetis, Levit. 26. v. 1., facietis, efficietis, Levit. 19. v. 28., *& in pauſa* תִּתֵּנוּ dabitis, Exod. 5. v. 1[illegible]., edetis, germinabitis, Ezech. 36. verſ. 8. *Cum affix.* תִּתְּנֻהוּ dabitis illam (*pecuniam*), 2. Reg. 12. v. 8., אַל־תִּתְּנוּם ne permittatis, *ſive* ne concedatis eis, *& juxta Vulg.*, nec dimittatis eos, Joſ. 10. v. 19., יִתְּנוּ, *& in pauſa* יִתֵּנוּ dabunt; וְיִתְּנוּ & dabunt; וַיִּתְּנוּ & dederunt, tradiderunt, præbue-

buerunt; *Cum affix.* יִתְּנֻהוּ, 2. Reg. 12. v. 15., & יִתְּנֻהָ, 2. Reg. 22., verſ. 5., *ubi Maſſorethæ legendum monent* יִתְּנֻהוּ, & dabunt eam (*pecuniam*); וַיִּתְּנוּהוּ, 2. Paral. 34. v. 17., & וַיִּתְּנֻהוּ, 2. Reg. 22. v. 9., & dederunt eam; וַיִּתְּנוּם לְחֹק, 2. Paral. 35. v. 25., & dederunt ea (*lamenta*) in præceptum, *h. e.*, *effecerunt, ut de his in Iſrael perpetuandis extaret præceptum; Vulg. ibidem optime ſenſum expoſuit*; וַיִּתְּנֻם, Exod. 39. vv. 18. 20., & poſuerunt eas (*extremitates ſcil.*, *ſive fimbrias*). *Niph.* נִתַּן datus, conceſſus, traditus, redditus, poſitus, diſpoſitus, &c., fuit: *Præter.* נִתַּן־לָהּ datur ei, Levit. 19. v. 20., וְנִתַּן & dabitur; *Fœm.* נִתְּנָה, Geneſ. 38. v. 14., &c., & *in pauſa* נִתָּנָה, Nehem. 13. v. 10., Ezech. 32. v. 20., data fuit; *Plur.* נִתְּנוּ, & *in pauſa* נִתָּנוּ dati, data, diſpoſita ſunt; נִתַּנּוּ, *pro* נִתְּנְנוּ, traditi ſumus, Eſdr. 9. v. 7., וְנִתַּתֶּם, *pro* וְנִתַּנְתֶּם, & trademini, Levit. 26. v. 25. *Partic.* נִתָּן datus, datum, datur, &c., Exod. 5. v. 16., &c., הַנִּתָּן quæ (*pecunia*) datur, traditur, 2. Reg. 22. v. 7. *Infin.* הִנָּתֵן tradendo, Jerem. 32. v. 4., 38. v. 3., לְהִנָּתֵן, *ſive, juxta Maſſor.*, לְהִנָּתֵן ad tradendum, Eſth. 3. verſ. 14., 8. v. 13. *Futur. m.* תִּנָּתֵן traderis, Jerem. 34. verſ. 3., יִנָּתֵן, & *ſequente* Makkaph, יִנָּתֶן dabitur, tradetur; *Fœm.* תִּנָּתֵן, & תִּנָּתֶן־ tradetur, dabitur; *Plural.* וְיִנָּתְנוּ & dabuntur, tradentur, 2. Paral. 18. verſ. 14., וַיִּנָּתְנוּ & traditi ſunt, 1. Paral. 5. v. 20. *Hoph. Futur.* יֻתַּן־ ponetur, dabitur, detur: וְכִי יֻתַּן־מַיִם ſed ſi imponatur, *ſive* perfuſa fuerit aqua, Lev. 11. v. 38., וַיֻּתַּן ut poſitus eſſet, *alii vertunt*, & datus, poſitus, *ſive, juxta Vulg.*, ſuſpenſus fuit, 2. Sam. 18. v. 9.

נתן *Chald. ſignificat idem ac Hebr. Infin. cum præfix.* לְמִנְתַּן ad dandum, & tradendum, Eſdr. 7. v. 20. *Futur. m.* תִּנְתֵּן dabis, trades, Eſdr. 7. verſ. 20., יִנְתֵּן dabit, daret, Dan. 2. verſ. 16. *Cum affix.*, & Nun *epenthet.* יִתְּנִנַּהּ, & יִתְּנִנַּהּ tradet, dabit illud, Dan. 4. vv. 14. 22. 29., *Plural. cum* Nun *paragog.* יִנְתְּנוּן dabunt, Eſdr. 4. verſ. 13.

* אֶנְתּוּן *Vide ſupra* אַנְתָּה *pag.* 53.

נָתָן Nathán, *nom. propr. virorum*, 2. Sam. 5. v. 14., &c.

נָתוֹן Nathón; *unde cum præfix.* הַנָּתֹן Hanathon, *nom. propr. civitatis in Tribu Zabulon*, Joſ. 19. v. 14.

נְתַן־מֶלֶךְ Nathan-melech, *nom. propr. eunuchi*, 2. Reg. 23. v. 11.

נָתוּן *m. Inde plur.* נְתוּנִם נְתוּנִם, Num. 3. v. 9., *ubi multi legunt cum* Jod *expreſſo, videl.* נְתוּנִים, dati dati, *i. e.*, dono dati, *vel* omnino, *ſive* certiſſime dati; *Vulg. reddit*, traditi.

נָתִין *m. Inde plur.* נְתִינִים Nethiním, *& juxta Vulg.* Nathinæi, *ſervi publici erant, publicis angariis obeundis in domo Dei pro toto cœtu* dediti, *quaſi* dedititii *dicti*. Nathinæorum *autem nomine deſignantur* Gabaonitæ: *Siquidem cum iſti, ut facilius cum Joſue, omnique Iſraele pacem, & fœdus inirent, fraude fuiſſent uſi, dicentes de terra longinqua veniſſe; hinc idem Joſue ut pœna aliqua eoſdem propter fraudem mulctaret*, decrevit in illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, *cui quidem ſententiæ libentiſſime ſubſcripſerunt, ſe ſeque Iſraelitis in ſervos dederunt, ut ex* cap. 9. Joſ. v. 21. & 27. *conſtat; poſtmodum a Davide ad miniſterium Levitarum* dediti, Eſdr. 8. v. 20. *De iiſdem etiam ſit mentio*, 1. Paral. 9. v. 2., Eſdr. 2. v. 58., Nehem. 3. v. 26., & 7. v. 46.

נְתִינַיָּא *m. Chald. in ſtatu emphat.*, Eſdr. 7. v. 24., Nethínaiià, *& juxta Vulg.* Nathinæi.

נְתַנְאֵל Nathanaël, *nom. propr. virorum*, Num. 1. v. 8., 1. Paral 2. v. 14., 2. Paral. 35. v. 9.

נְתַנְיָה Nathania, *nom. propr. viri*, 2. Reg. 25. v. 23.

מַתָּן *m.* Donum, munus, *quaſi* datum *dicas*, Geneſ. 34. v. 12., 2. Reg. 11. v. 18., Prov. 19. v. 6., *&c. Cum affix.* מַתָּנָם donum eorum, Num. 18. v. 11.

מַתָּנָה *f. Idem*, Numer. 18. v. 6., *&c. Conſtr.* כְּמַתְּנַת יָדוֹ ſecundum donum manus ſuæ, Deut. 16. verſ. 17. מַתְּנָה *vide infra in* מַתָּן; *Plur.* מַתָּנוֹת, *&* מַתָּנוֹת dona, Geneſ. 25. v. 6., Pſalm. 68. v. 19. *Conſtr.* מַתְּנוֹת dona, Exod. 28. verſ. 38. *Cum affix.* מַתְּנוֹתֵיכֶם dona veſtra; בְּמַתְּנוֹתֵיכֶם donis veſtris; בְּמַתְּנוֹתָם cum donis ipſorum, Ezech. 20. verſ. 26.

מַתְּנָן *f. Chald. plural.* Dona, Dan. 2. vv. 6. 48. *Cum affix.* מַתְּנָתָךְ dona tua, Dan. 5. v. 17.

מתר

מַתָּת *m.* Donum, munus, 1. Reg. 13. verſ. 7. *Conſtr.* מַתַּת אֱלֹהִים donum Dei, Eccleſ. 3. v. 13., *Cum præfix.* בְּמַתַּת in dono, Prov. 25. v. 14.

נתם Diruit, Deſtruxit: *Præter. plur.* נָתְסוּ נְתִיבָתִי deſtruunt ſemitam meam, Job. 30. verſ. 13. *Convenit cum ſequenti verbo.*

נתע *Vide ſupra in* לָתַע *pag.* 615.

נתץ Diruit, deſtruxit, demolitus eſt: *Præt.* נָתַץ אֶת־מִזְבַּח diruit altare, Jud. 6. v. 31., *& in pauſa* נָתָץ ſubvertit, Jud. 8. v. 17. *Plur.* נָתְצוּ, 2. Reg. 25. v. 10., *& in pauſa* נָתָצוּ, Jerem. 39. v. 8., deſtruxerunt: *Partic. Pahul* נָתוּץ; *unde plural.* הַנְּתֻצִים quæ deſtructæ ſunt (*domus*), Jerem. 33. v. 4. *Inſin. conſtr.* וְלִנְתוֹץ & ad diruendum, Jerem. 1. v. 10., 18. v. 7., 31. v. 25. *Imper.* נְתוֹץ deſtrue, confringe, Pſal. 58. v. 7. *Futur.* אֶתֹּץ deſtruam, Jud. 8. v. 9., יִתֹּץ deſtruet, Ezech. 26. verſ. 9., וַיִּתֹּץ & deſtruxit, Jud. 9. v. 45., 2. Reg. 23. verſ. 7. *Cum affix.* יִתְּצֵנִי deſtruit, deſtruxit me, Job. 19. verſ. 10., יִתָּצְךָ deſtruet te, Pſalm. 52. v. 7., *Plural.* תִּתֹּצוּ, Deuter 7. v. 5., *& cum* Nun *paragog.* תִּתֹּצוּן, Exod. 34. verſ. 13., Jud. 2. v. 2., diruetis, deſtruetis; וַתִּתְּצוּ & deſtruxiſtis, Iſa. 22. v. 10., יִתְּצוּ deſtruent, Ezech. 26. v. 12., וַיִּתְּצוּ & deſtruxerunt, 2. Reg. 10. v. 27. *Cum affix.* וַיִּתְּצֻהוּ & deſtruxerunt eam, 2. Reg. 11. verſ. 18., 2. Paral. 23. v. 17. *Niph. præter., plur.* נִתְּצוּ deſtructæ ſunt (urbes ejus), Jer. 4. v. 26. *Pih. præter.* נִתַּץ deſtruxit, 2. Paral. 33, verſ. 3., *Plur.* וְנִתְּצוּ & deſtruent, Ezech. 16. v. 39., וְנִתַּצְתֶּם & diruetis, Deut. 12. v. 3. *Futur.* וַיְנַתֵּץ & deſtruxit, 2. Paral. 34. verſ. 7., *Plural.* וַיְנַתְּצוּ & deſtruxerunt, 2. Paral. 31. v. 1. *Pyh. præter.* נֻתַּץ deſtructum eſt, Jud. 6. v. 28. *Hoph. futur.* יֻתָּץ deſtruetur, Levit. 11. v. 35.

נתק Avulſit, evulſit, divulſit, abrupit, diſrupit: *Præter. plur. cum affix.* וּנְתַקְּנֻהוּ ut avellamus eum, Jud. 20. verſ. 32., *cum* Dageſch *euphonico*; *Particip. præter.* וְנָתוּק & avulſum, evulſum, *i. e.*, cui teſticuli evulſi ſunt, Levit. 22. v. 24. *Futur. cum affix.*; *&* Nun *epenthet.* אֶתְּקֶנְךָּ evellam te, Jerem. 22. v. 24. *Niph. præter.* נִתַּק avelletur,

tur, rumpetur, Iſa. 5. verſ. 27., *Plural.* נִתְּקוּ כַּפּוֹת רַגְלֵי הַכֹּהֲנִים, Joſ. 4. v. 18., avellebantur, *ſive* avulſæ ſunt, *vel, juxta alios*, eductæ, translatæ, tranſpoſitæ plantæ pedum Sacerdotum; זִמּוֹתַי נִתְּקוּ conſilia, conatus, *ſive* cogitationes meæ diſſipatæ, *ſive* avulſæ, evulſæ ſunt, Job. 17. verſ. 11., & *in pauſa* נִתָּקוּ evelluntur, & *juxta Vulgat.*, conſumptæ, & dirupti ſunt, Jer. 6. v. 29., 10. v. 20. *Futurum* יִנָּתֵק avelletur, abrumpetur, rumpitur, abrumpitur, Jud. 16. v. 9., Job. 18. v. 14., Eccleſ. 4. v. 12., *Plural.* בַּל־יִנָּתֵקוּ non diſrumpentur, Iſa. 33. verſ. 20., וַיִּנָּתְקוּ & avulſi ſunt, Joſ. 8. v. 16., *ubi Vulgat. reddit optime*, cumque receſiſſent (a civitate). *Pih. Præter.* נִתַּקְתִּי, Jerem. 2. v. 20., diſrumpam, rupi, avulſi, *vel, ut LXX., & Vulg. expoſuerunt, in 2. perſona fœm.* abrupiſti, *cum* Jod *paragog., Plural.* נִתְּקוּ diſruperunt, Jerem. 5. v. 5. *Futur.* אֲנַתֵּק diſrumpam, Jerem. 30. v. 8., *Fœm. in pauſa* תְּנַתֵּקִי avelles, *ſive, juxta Vulg.*, lacerabis, Ezech. 23. v. 34., יְנַתֵּק diſrupit, Pſalm. 107. v. 14., evellet, Ezech. 17. v. 9., וַיְנַתֵּק & rupit, diſrupit, Jud. 16. verſ. 9. *Cum affix.* וַיְנַתְּקֵם & avulſit, & rupit eos, Jud. 16. verſ. 12., *Plur. cum* ה *paragog.* נְנַתְּקָה dirumpamus, Pſalm. 2. verſ. 3., תְּנַתֵּקוּ diſrumpetis. *Hiph. Infin. cum affix.* עַד הַתִּיקֵנוּ אוֹתָם, Joſ. 8. v. 6., donec avellere nos eos, *ſive* donec avelleremus eos; *Vulg. optime ſenſum ibidem expreſſit: Imper. cum affix.* הַתִּקֵם, Jerem. 12. verſ. 3., evelle, avelle eos; *Vulg. reddit*, congrega eos (quaſi gregem ad victimam) אַתִּיק *vide inter nomina. Hoph. Præter. plur.* הָנְתְּקוּ avulſi ſunt, *& juxta alios* eruperunt, Jud. 20. verſ. 31.

נֶתֶק *m.* Porrigo, *ſic dicta, quod ſit capillorum* evulſio; *aliis eſt* plaga, ruptura, Levit. 13. v. 30., הַנֶּתֶק *idem*, Levit. 13. v. 31., *&c.*, *& metonymice* porrigine, ruptura affectus, Levit. 13. v. 33., וְלַנָּתֶק & porriginis, & rupturæ, Levit. 14. v. 54.

אַתִּיק *maſc.* Periſtylium. *Verum hanc dictionem vide ſupra pag.* 79. 80.

נתר Saliit, ſubſiliit: *Futur.* וַיִּתַּר מִמְּקוֹמוֹ & ſubſiliet, ſubſiliit de loco ſuo, *ſed a Vulg., aliiſque redditur*, & tranſ-

transfertur, movebitur, & motum eſt de loco ſuo, Job. 31. verſ. 1. Pih. *Infinit.* לְנַתֵּר ad ſaliendum, Levit. 11. verſ 21. *Hiph.* הִתִּיר ſolvit, expeditum reddidit, exſilire fecit: *Particip.* מַתִּיר אֲסוּרִים ſolvit, expeditos reddit vinctos, Pſalm. 146. verſ. 7. *Infinit.* הַתֵּר ſolvendo, Iſa. 58. verſ. 6. *Futur.* יַתֵּר ſolvat, Job. 6. v. 9., וַיַּתֵּר & expeditam reddidit, & laxavit, *ſive, juxta Vulg.*, & complanavit, 2. Sam. 22. verſ. 33., *item* וַיַּתֵּר גּוֹיִם & exilire fecit, *i. e.*, exire fecit, *ſive* ejecit, *& juxta Vulg.*, diſſolvit gentes, Habac. 3. v. 6. *Cum affix.* וַיַּתִּירֵהוּ & ſolvit eum, Pſalm. 105. verſ. 20. *Sed plur.* וַיַּתִּירוּ *vide in* תור: *Vide etiam in* נָתַר.

נֶתֶר *maſc.* Nitrum, *ſalis ſpecies, quæ & ſal petræ vocatur: Quibuſdam autem videtur ideo dictum* נֶתֶר, *quod abluat, &* ſolvat *ſordes, vel quod natura ſua* circumſiliat, *& abluendo* removeat *maculas. Atque inde* Nitria *Ægypti inſula, in qua, auctore Robertſon in Lex., copioſiſſime νίτρον provenit, nec multum diſtat a ſalis Hammoniaci ſpecie. Sed juxta R. Davidem, & quoſdam alios* נֶתֶר *eſt* alumen, *quo lana dealbatur, vel* terra, *qua quælibet res abluitur; Aliis eſt* ſapo, *quo veſtes mundantur: In pauſa* חֹמֶץ עַל־נָתֶר acetum ſuper nitrum, *ſive* in nitro, Prover. 25. verſ. 20. *Cum præfix.* בַּנֶּתֶר nitro, Jerem. 2. v. 22.

נתר *Chald.* Fluxit, defluxit, decidit *ut marcidum. Imper. Hiph.* אַתַּרוּ עָפְיֵהּ defluere facite, deiicite, excutite folia ejus, Dan. 4. v. 11.

נתש Evulſit, extirpavit, convulſit, deſtruxit: *Præt.* וְנָתַשׁ & evellit (Iſraelem), 1. Reg. 14. v. 15., וְעָרִים נָתַשְׁתָּ & urbes exſtirpaſti, deſtruxiſti, Pſalm. 9. v. 7., וְנָתַשְׁתִּי & exſtirpavi; *Cum affix.* וּנְתַשְׁתִּים & exſtirpavi, evulſi, *ſive, juxta alios*, & evellam eos, 2. Paral. 7. verſ. 20. *Particip.* נֹתֵשׁ exſtirpans, deſtruens, Jerem. 45. verſ. 4., *Cum affix.* נֹתְשָׁם deſtruens, evellens eos, Jerem. 12. verſ. 14. *Infin.* נָתוֹשׁ exſtirpando, evellendo, *& juxta Vulg.* evulſione, Jerem. 12. verſ. 17. *Conſtr.* לִנְתוֹשׁ ad exſtirpandum, evellendum; *Cum affix.* נָתְשִׁי, Jerem. 12. verſ. 15., exſtirpare, evellere me, *i. e.*, (poſt quam) evulſero (eos): *Futur.* אֶתּוֹשׁ exſtirpabo, evellam, Jer. 12. v. 14.,

v. 14., 24. v. 7.; 42. v. 10. *Cum affix.* וַיִּתְּשֵׁם & exſtirpavit, & ejecit eos, Deuter. 29. verſ. 27., *al.* 28. *Niph. Futur.* קֹדֶשׁ לַיהוָה לֹא יִנָּתֵשׁ ſanctuarium Domini non exſtirpabitur, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, ſanctum Domini non evelletur, Jerem. 31. v. 40., *Fœm.* תִּנָּתֵשׁ מַלְכוּתוֹ exſtirpabitur, evelletur, *& juxta Vulgat.* lacerabitur regnum ejus, Dan. 11. verſ. 4., *Plural.* יִנָּתְשׁוּ exſtirpabuntur, evellentur, Amoſ. 9. v. 15. *Sed* Jerem. 18. v. 14., יִנָּתְשׁוּ מַיִם זָרִים *a quibuſdam redditur*, deſerentur aquæ extraneæ, alienigenæ, *i. e., venientes e longinquo, & ita* יִנָּתְשׁוּ *a* נָטַשׁ *eſſe poteſt*, Thau *pro* Thet *poſito*; *Alii vertunt*, conſumentur aquæ extraneæ, *& ſic* יִנָּתְשׁוּ *eſſet a* נשת, *per metatheſin dictum pro* יִנָּשְׁתוּ; *Vulg. habet*, (aut) evelli poſſunt, *i. e., funditus educi, & exhauriri, aut prohiberi, ne fluant* aquæ erumpentes. *Hoph. Futur.*, וַתֻּתַּשׁ & evulſa fuit, Ezech. 19. v. 12.

ס

ס *In numeris valet ſexaginta, ſemperque eſt litera radicalis, atque una ex iis, quæ ab Hebræis* dentales *appellantur. Non ſemel autem altera ejuſdem ordinis litera, videl.* ש, *permutatur, ut:* שִׂכְלוּת, & סִכְלוּת ſtultitia; סַבְּכָא, & שַׂבְּכָא ſambuca. *Hæc ipſa permutatio frequens eſt in vocibus, quas Chaldaica lingua ab Hebraica mutuatur, ut:* סור *Hebr. a Chald. dicitur* זור *receſſit.*

סְאָה *f.* Seah, *σάτον*, ſatum, *menſura aridorum, trigeſima pars* cori, *ſive* chomeris, *tertia* ephæ: & *continuit ſex* cabos: *Vide* קבב. *Conſtr.* סְאָה סֹלֶת ſatum ſimilæ, 2. Reg. 7. verſ. 1., *ſic* verſ. 18., *juxta Veneta magna, & alia accurata exemplaria; quædam tamen habent* וּסְאָה, *cum* Chateph-kametz, & *ſic adducit Kimchi in libro Radicum: Duale,* סָאתַיִם duo ſata, 1. Reg. 18. verſ. 32., *a LXX. ibidem redditur* δίμετρον duæ menſuræ; *a Vulgat.*, duo modii: *Plur.* שְׁלֹשׁ סְאִים tria ſata, Geneſ. 18. verſ. 6.

סאן *Dictio hæc non niſi uno Scripturæ loco occurrit, videl.* Iſa. 9. v. 4. *in hunc modum,* כָּל־סְאוֹן סֹאֵן; *varie autem ab Interpretibus accepta fuit, & accipitur adhuc: A multis redditur* omnis conflictatio confligentis; *a Joa. Simone, aliiſque* omnis calceatio calceantis ſe, *ex uſu Syriaco, & Æthiop., vel* omnis actio rem ſuam facientis, & curantis, *ex uſu Arab., & Chaldaico; Sed LXX. verterunt,* πάσαν ϛολὴν ἐπισυνηγμένην omnem ſtolam congre-

 gatam;

gatam; *Sym. habet*, πᾶσα βία ἐβιάσθη omnis vis violenter adhibita eſt; *Vulg.*, omnis violenta prædatio.

סַאסְּאָה *f.* Menſura: *Inde* בְּסַאסְּאָה, Iſa. 27. v. 8., in menſura, *id eſt*, *moderate*; *Verum multis eſt animadverſum*, סַאסְּאָה *non ſimpliciter notare* menſuram, *ſed* menſuram *compenſantem*, *ut ſit quaſi* סְאָה סְאָה, *h. e.*, ſatum ſato reſpondens; *Et ſane Aq.*, *& Sym.*, *verterunt*, in ſato ſatum; *Theod. reddit*, in menſura menſura; *Vulg.* menſura contra menſuram.

סָבָא Ingurgitavit ſe, mero ſe obruit: *Particip. loco Nominis*, סֹבֵא ebrioſus, potator, *& juxta alios* vacans potibus, Prov. 23. v. 21., וְסֹבֵא & ebrius, *ſive juxta Vulg.* & vacans conviviis, Deuter. 21. verſ. 20., *Plur.* סֹבְאִים *vide inter nomina*: *Conſtr.* בְּסֹבְאֵי יַיִן inter ebrioſos vino, Prov. 23. verſ. 20. *Partic. Pahul plur.* וּכְסָבְאָם סְבוּאִים, Nah. 1. v. 10., & ſecundum ingurgitare eorum mero obruti, *ſive* inebriati; *Quidam primam dictionem pro nomine accipientes reddunt*, & tamquam vino ſuo inebriati, *i. e.*, *ſpiritu vertiginis laborantes*; *vel juxta quoſdam*, inſtar hauſtus ſui abſorpti, *ſive* ebrii; *Vulgat. habet*, ſic convivium eorum pariter potantium; סְבוּאִים *vide inter nomina*: *Infin. cum affix.*, *& præfix.* כְּסָבְאָם *vide ſupra in Pahul*: *Futur. plur. cum* ה *paragog.* וְנִסְבְּאָה שֵׁכָר, Iſa. 56. v. 12., & ingurgitabimus nos ſicera, *i. e.*, *potu inebriante*; *Vulg. reddit* & impleamur ebrietate.

סֹבֶא *m.* Merum, vinum, compotatio, convivium, potus: *Cum affix. ſ.* סָבְאֵךְ מָהוּל בַּמָּיִם merum, *ſive* vinum tuum mixtum eſt aqua, Iſa. 1. v. 22., סָר סָבְאָם receſſit, degeneravit merum, *ſive* vinum eorum, *& juxta Vulg.*, *alioſque*, ſeparatum eſt convivium eorum, Hoſ. 4. v. 18.

סְבָא Sevá, *& juxta Vulgat.* Seba, Saba, *nom. propr.* filii Chuſi, Geneſ. 10. v. 7., 1. Paral. 1. v. 9. *Ab hoc Arabum metropolis* (*in monte Arabiæ felicis ſita*) Seba, *vel* Saba *nuncupatur*, Pſalm. 72. v. 10. *Ab hoc etiam eſt*

סְבָאִים Sevaím, *& juxta Vulgat.* Sabæi, *nom. patronymicum*, *ſive commune Arabiæ felicis incolarum*, Iſa. 45. v. 14.

סוֹבְאִים, Ezech. 23. v. 42., *varia eſt dictionis hujus interpretatio*. *Quidam illam referunt ad* סֹבֶא *ita ſcil.*, ut ſit *plur.*

plur. cum ו, *quaſi* סוֹבְאִים; *unde vertunt* ebrioſos, *ſive* potatores; *Alii vero, & Maſſorethæ præcipue arbitrantur*, ו *eſſe redundantem, atque legendum*, סְבָאִים, *volunt autem, eſſe nomen proprium, videl* Sabæi, *qui ab* Iſa. 45. v. 14., סְבָאִים *dicuntur. Sed LXX., Vulgat.; Chald., aliique legiſſe videntur* שֶׁבָּאִים, *ſive* שֶׁבָּאִים, *habueruntque uti dictionem compoſitam ex verbo* בוֹא venit, *& ex præfix. relativo* אֲשֶׁר *qui; hinc reddiderunt*, qui veniebant (de deſerto); *vel ſaltem legerunt* סָב בָּאִים circumcirca, *i. e.*, undique venientes.

סָבַב Circuivit, circumivit, ambivit, circumdedit, vertit ſe, divertit: *Item*, cauſam præbuit, in cauſa fuit, *ſignificatione quaſi petita a* סִבָּה: *Item juxta LXX., alioſque* menſæ aſſedit, accubuit, *petita phraſi a menſarum* rotunditate, *ut notat Joa. Simon*: *Præter.* סָבַב אֶל־רוּחַ הַיָּם deflexit, vertit ſe ad plagam, *ſive* ad ventum occidentalem, Ezech. 42. v. 19., וְסָבַב לָעֹפֶל, 2. Paral. 33. v. 14., & deflectebat ad Ophel, *ſed Vulg. reddit* per circulum uſque ad Ophel; וְסָבַב בֵּית־אֵל, & circuibat Bethel, 1. Sam. 7. verſ. 16., וְסָבַב אֹתָהּ & circumdedit, *ſive, juxta Vulg.*, & vallavit eam, Eccl. 9. v. 14., סַבֹּתִי בְּכָל־נֶפֶשׁ, 1. Sam. 22. v. 22., in cauſa fui, cauſam præbui in omnem animam, *i. e., in omnes, ut interficerentur; Vulg. reddit*, ſum reus omnium animarum; סַבּוֹתִי אֲנִי וְלִבִּי, Eccleſ. 7. verſ. 25., converti me ego, *ſive* circuivi ego, & cor meum; *Vulg. habet*, & luſtravi univerſa animo meo; וְסַבּוֹתִי אֲנִי לְיַאֵשׁ אֶת־לִבִּי, Eccleſ. 2. v. 20., quare verſus, converſus ſum ego, *ſive* eo converti me, & redactus ſum, ut facerem deſperare cor meum, *vel* averti me, deſtituendo ſpe animum meum (de labore *&c.*); *Vulg. ſenſum ibidem expreſſit; Plural.* סָבְבוּ circumiverunt, circuierunt, Joſ. 6. verſ. 15., וְסָבְבוּ & circumibunt, circuibunt, Eccleſ. 12. verſ. 5. *Cum affix.* סְבָבוּנִי, Pſal. 18. v. 6., *item* סְבָבֻנִי, Hoſ. 12. v. 1., *& contracte* סַבּוּנִי, Pſalm. 86. verſ. 18., *&c., item* סַבֻּנִי, 2. Sam. 22. verſ. 6., circumdederunt me; סְבָבוּנִי circumdederunt me, Pſalm. 17. verſ. 11., *ubi Maſſorethæ legendum monent* סְבָבוּנוּ circumdederunt nos, סְבָבֻהוּ circumdederunt eum, 1. Reg. 5. v. 3., סְבָבוּם circumſtant, circumdederunt eos, Hoſe. 7. verſ. 2., וַיְסֻבֻּם & cir-

& circuibitis, Joſ. *6.* v. 3. *Partic.* סוֹבֵב circumdans, 2. Reg. *6.* verſ. 15., וְסוֹבֵב אֶל־צָפוֹן סוֹבֵב סֹבֵב הוֹלֵךְ הָרוּחַ, Eccleſ. 1. verſ. *6.*, & deflectit, *ſive* & vertit ſe ad ſeptentrionem, deflectens, deflectens, abiens ventus, *i. e.*, citiſſime deflectens, *vel* circumiens ambulat ventus; *Vulgat. ibidem optime ſenſum expreſſit*; הַסּוֹבֵב, *&* הַסֹּבֵב circuiens, qui circuit, Geneſ. 2. vv. 11. 13., *item* circumdans, qui circumdederat, 2. Reg. 8. v. 21., 2. Paral. 21. v. *9.*, *Plur.* סֹבְבִים, הַסֹּבְבִים, סוֹבְבִים circumdantes: *Infin. cum præfix.* לִסְבֹב ad circumeundum, ut circumirent, Num. 21. verſ. 4., *&* *defective* סֹב circuire, Deuter. 2. verſ. 3. *Imper. m.* סֹב converte te, 1. Sam. 22. v. 18., *&c.*, *Fœm.* סֹבִּי circumi, circui, Iſa. 23. v. 16., *Plural.* סֹבּוּ circuite, Joſ. *6.* v. 7., convertite vos, convertimini, 1. Sam. 22. v. 17., circumdate, Pſalm. 48. v. 13. *Futur.* יָסֹב circumdabit, 1. Reg. 7. vv. 15. 23., 2. Paral. 4. v. 20., וַיָּסָב & circuivit, Jud. 11. v. 18., *Cum affix.* יְסֻבֵּנִי circumdabit me, Pſalm. 49. verſ. *6.*, *&* *cum* Nun *epenthet.* יְסֻבֶּנָּה circumdabat, *ſive* circuibat eam, Jerem. 52. v. 21., *Plural.* נָסֹב accumbemus, menſæ aſſidebimus, *&* *juxta Vulg.* diſcumbemus, 1. Sam. 16. v. 11., וַנָּסָב & circuivimus, circumivimus, Deut. 2. v. 1., (*vide poſtea in Niph.*), תָּסֹבּוּ circuibitis, Joſ. *6.* v. 4., יָסֹבּוּ circumdederunt, Job. 16. v. 13., וַיָּסֹבּוּ, Joſ. *6.* v. 14., *&c.*, *item juxta Maſſorethas* וַיָּסֹבּוּ, 2. Paral. 18. v. 31., & circuiverunt, circumdederunt, circumſteterunt; *Cum affix.* יְסֻבֻּהוּ circumdabunt eum, Job. 40. v. 17., תְּסֻבֶּינָה *f.* circumſtabant, circumibant, Geneſ. 37. verſ. 7. *Niph.* נָסַב vertit, convertit ſe, converſus, reverſus fuit: Divertit, deflexit, circumdedit, obſedit, circumſtetit, circumvenit: circumactus, circumvolutus, devolutus fuit, *&c.* *Præterit.* וְנָסַב & circuibit, & vertet ſe, *ſive* & circumgyrabitur, Numer. 34. vv. 4. 5., & circuit, *i. e.*, non recta procedit, *ſed* circuitu *quodam*, Joſ. 15. vv. 3. 10., *&c.* *Fœm.* נָסַבָּה אֵלַי converſa eſt ad me, Ezech. 26. verſ. 2., *item irregulare*, וְנָסְבָה & ambiebatur, *vel*, vertebat ſe, Ezech. 41. v. 7., *pro* וְנָסַבָּה; *Vulg. ibidem vertit*, erat in rotundum; *Alii habent*, & circuibat; *Plur.*

נָסַבּוּ circumdederunt, Gen. 19. v. 4., Jud. 19. v. 22., וְנָסַבּוּ עָלֵינוּ, Joſ. 7. v. 9., & vertent ſe ſuper, *vel* contra nos; *Vulgat. egregie vertit*, & pariter conglobati circumdabunt nos; וְנָסַבּוּ בָתֵּיהֶם לַאֲחֵרִים & devolventur, & tranſibunt domus ipſorum ad alios, Jerem. 6. verſ. 12. *Futur. m.* תִּסּוֹב vertes te, converſus es, Pſal. 71. v. 21., 114. v. 5., יִסּוֹב vertetur, revertetur, Zach. 14. v. 10., vertebat ſe, converſus eſt, Pſalm. 114. v. 3., circumducatur, 1. Sam. 5. v. 8., יִסֹּב אֶל־בֵּיתוֹ revertatur in domum ſuam, 2. Sam. 14. v. 24., וַיִּסֹּב & avertit ſe (ab ipſis), Geneſ. 42. v. 24., & reverſus fuit, 1. Sam. 15. verſ. 12., 2. Sam. 14. v. 24., & converſus eſt, 1. Sam. 15. v. 27., 22. v. 18., & declinavit, 1. Sam. 17. verſ. 30., 18. v. 11., & divertit, deflexit, tranſiit, 2. Sam. 18. verſ. 30., תִּסּוֹב, *&* תִּסֹּב *f.* vertet ſe, Proverb. 26. verſ. 14., circumdabit (te), *vel* vertet ſe (contra te), Habac. 2. verſ. 16., וְלֹא־תִסֹּב, Num. 36. vv. 7. 9., & non gyrabitur, *ſive* circumvertetur, devolvetur, transferatur, vagetur; *& juxta Vulgat.*, ne commiſceatur, *quo optime ſenſus exprimitur*; *Plur.* בְּלֶכְתָּן, *&* יִסַּבּוּ בְּלֶכְתָּם vertebant ſe, convertebantur in itu ſuo, *& juxta Vulg.* non revertebantur, cum incederent, cum ambularent, Ezech. 1. vv. 9. 12. 17., 10. v. 11., לֹא־יִסַּבּוּ הָאוֹפַנִּים, Ezech. 10. verſ. 16., non revertebantur, *vel* divellebantur rotæ; *ſed Vulgat.*, *& quidam alii reddunt*, non reſidebant rotæ. *i. e.*, *non hærebant terræ*; *Pih. Infin.* סַבֵּב circumducere, *juxta Vulg.*, *& alios* vertere, 2. Sam. 14. v. 20. *Futur. cum* ה *paragog.* וַאֲסוֹבְבָה בָעִיר & circumeam in civitate, Cant. 3. v. 2., וַאֲסֹבְבָה & circumeo, circumibo, circumdabo, Pſalm. 26. v. 6., *Cum affix.* תְּסוֹבְבֵנִי circumdabis me., Pſalm. 32. verſ. 7., יְסֹבְבֻנִי circumdabit me, Jon. 2. vv. 4. 6., *& cum* Nun *epenthet.* יְסֹבְבֶנְהוּ circumdabit eum, Deuter. 32. v. 10., חֶסֶד יְסוֹבְבֶנּוּ gratia, *ſive* miſericordia circumdabit eum, Pſal. 32. v. 10., תְּסוֹבֵב *f.* circumdabit, ambit, Jerem. 31. verſ. 22., *& cum affix.* תְּסוֹבְבֶךָ circumdabit te, Pſal. 7. v. 8., *Plur.* וִיסוֹבְבוּ & circumdabunt, circumeunt, circuibunt, Pſalm. 59. vv. 7. 15., *Cum affix.* יְסוֹבְבֻהָ circumdabunt eam, Pſal. 55. verſ. 11.

Hiph. הֵסֵב circumvertit, evertit, avertit, amovit, convertit, divertit, divertere, circuire fecit, *vel* juſſit, circumduxit, circumdedit: *Præterit.* הֵסֵב circuire fecit, *&* *juxta Vulg.* convertit, 2. Reg. 16. v. 18., *item* divertere juſſerat, *ſive* circuire fecit, circumduxit, *&* *juxta Vulg.* moliebatur (inſidias), 2. Paral. 13. verſ. 13., amovit, avertit, 2. Paral. 35. v. 22., וְהֵסֵב & convertit; הֲסִבֹּתָ vertas, 1. Reg. 18. v. 37., וַהֲסִבֹּתִי & avertam, Ezech. 7. verſ. 22., *Plur.* הֵסֵבּוּ circumduxerunt, adduxerunt, 1. Sam. 5. vv. 9. 10. *Particip.* מֵסֵב convertens, Jerem. 21. verſ. 4., *Sed* מֵסַב *vide inter nomina*; *Plur. cum affix.* רֹאשׁ מְסִבָּי, Pſalm. 140. verſ. 10., caput circumagentium, circumdantium me; *Vulg. reddit* caput circuitus eorum: *Infin.* לְהָסֵב ad vertendum, avertendum, 2. Sam. 3. v. 12., 1. Paral. 12. v. 23. *Imper.* הָסֵב gyra, diverte te, recede, 2. Sam. 5. verſ. 23., 1. Paral. 14. verſ. 14., *Fœm.* הָסֵבִּי עֵינַיִךְ averte, deflecte oculos tuos, Cant. 6. v. 5. *Futur.* וַיַּסֵּב & amovit, 2. Sam. 20. v. 12., & convertit, 1. Reg. 8. v. 14., 21. v. 4., 2. Reg. 20. verſ. 2., 2. Paral. 6. v. 3., Iſa. 38. v. 2., & mutavit, vertit, impoſuit (nomen), 2. Reg. 23. v. 34., 24. v. 17., 2. Paral. 36. v. 4., & circumduxit, Exod. 13. v. 18., & circumivit, circuivit, Joſ. 6. verſ. 11., & tranſtulit, 1. Paral. 10. v. 14., *& cum affix.* וַיְסִבֵּנִי דֶּרֶךְ חוּץ & circumduxit me per viam exteriorem, Ezech. 47. verſ. 2., *ubi Vulg. reddit*, & convertit me ad viam foras; *Plur.* וְנָסֵב & circumdemus, & vallemus, 2. Paral. 14. verſ. 6., *& cum* ה *paragog.* נָסֵבָּה circumducemus, reducemus, 1. Paral. 13. v. 3., וַיַּסֵּבּוּ & converterunt, Jud. 18. v. 23., & averterunt, 2. Paral. 29. v. 6., & circumduxerunt, 1. Sam. 5. v. 8. *Hoph. partic. conſtr.*, *ſive nomen*, מוּסַב־הַבַּיִת לְמַעְלָה, Ezech. 41. v. 7., ambitus domus deſuper; *Alii vertunt*, circumdata domus (*ſcil. cubiculis*) ſuperius ſuperius per gyrum; *Plur.* שְׁתַּיִם מוּסַבּוֹת דְּלָתוֹת, Ezech. 41. verſ. 24., duæ verſatiles valvæ, duo verſatilia, *vel* complicatilia oſtia; *LXX. ſunt interpretati*, τοῖς δυσὶ θυρώμασι τοῖς στροφωτοῖς duobus oſtiis verſatilibus; *Vulg. habet*, ex utraque parte bina erant, quæ ſe invicem plicabantur;

מוּסַבּוֹת

מוּסַבֹּת circumdati, Exod. 39. verſ. 13., מוּסַבֹּת שֵׁם verſa nomine, *i. e.*, mutatis nominibus, Num. 32. verſ. 38., מְסַבֹּת מִשְׁבְּצוֹת, & מִשְׁבְּצוֹת, Exod. 28. v. 11., 39. v. 6., circumcluſos, cinctos, circumdatos fundis: *Futurum* יוּסַב circumagetur, verſabitur, Iſa. 28. v. 27., *cum* Dageſch *euphonico*.

סָבִיב *m.* Circuitus, ambitus, circulus, locus ambiens, *ſive* per circuitum circumſcriptus, *vel* circumdatus: *Sæpius adverbiaſcit, & geminari ſolet, pro,* circumquaque: *aut ſit præpoſitio,* circum, circa: וְעַד־הַסָּבִיב & uſque ad circuitum, ad gyrum, 1. Paral. 11. v. 8., מִסָּבִיב a circuitu, in circuitu, circumquaque, ex omni parte, undique, 1. Paral. 11. v. 8., Pſalm. 31. v. 14., *&c. Conſtr.* וּסְבִיב הָאָרֶץ & circuitus terræ, *vel*, qui eſt in circuitu terræ, Hamoſ. 3. v. 11. *Plur. conſtr.* וּבִסְבִיבֵי & in circuitibus (Jeruſalem), *id eſt*, circum jacentibus locis, Jer. 32. verſ. 44., עַל־כָּל־סְבִיבָיו ſuper omnes, *ſive* omnibus, qui circa eum ſunt, Pſalm. 89. v. 8., quæ סְבִיבֶיהָ circa eam ſunt, Jerem. 21. v. 14., סְבִיבָיו circuitus ejus, qui eſtis in circuitu ejus, circumſtantes eum, Jer. 48. verſ. 17., וּסְבִיבָיו & (in) circuitibus ejus, *id eſt*, circa eum, Pſalm. 50. v. 3., סְבִיבֶיךָ ambitus tuos, *id eſt*, ea, quæ ſunt in circuitu tuo, Jerem. 46. v. 14., מִכָּל־סְבִיבֶיךָ ab omnibus, qui ſunt in circuitu tuo, *ſive* ex omnibus locis circa te; *Et fœm.* סְבִיבֹת (in) circuitibus, Num. 11. v. 24., וּסְבִיבוֹת גִּבְעָתִי & in circuitu collis mei, Ezech. 34. v. 26., וּמִסְּבִיבוֹת יְרוּשָׁלַםִ & de circuitu Jeruſalem, *i. e.*, ex locis circa Jeruſalem poſitis, Jerem. 17. v. 26. *Cum affix.* אֲשֶׁר סְבִיבֹתָי (gentes), quæ in circuitu meo *ſunt*, Deuter. 17. v. 14., סְבִיבוֹתַי, Pſalm. 27. v. 6., in circuitu meo; *Vulgat. reddit* circuivi; סְבִיבוֹתֶיךָ פַּחִים, Job. 22. v. 10., circuitus tui laquei, *i. e.*, qui circa te *ſunt*, *ſe habent veluti* laquei; סְבִיבוֹתֶיךָ circa te, Ezech. 5. v. 12., סְבִיבוֹתָיו (in) circuitibus ejus, *id eſt*, circa eum, Ezech. 32. verſ. 22., סְבִיבוֹתֵינוּ circuitus noſtros, *id eſt*, omnia, quæ circa nos ſunt, Num. 22. v. 4., לְכָל־סְבִיבֹתֵינוּ omnibus, qui in circuitu noſtro *ſunt*, Dan. 9. verſ. 16., *ita &* Pſal. 44. v. 14. *Sed & ſic ſæpe in particulam abit*, *videl.*

videl. circa, circum, *ut* Exod. 7. verſ. 24., Numer. 11. vv. 24. 32., *&c.*, סְבִיבֹתֵיהֶם, סְבִיבֹתָם in circuitibus ipſorum, מִסְּבִיבֹתָם in, *ſive* ex regionibus circa ipſos; סְבִיבוֹתֵיכֶם (qui) circa vos.

סִבָּה *f.* Cauſa, occaſio, *q. d.*, converſio rerum, 1. Reg. 12. verſ. 15., *ubi Vulg. optime ſenſum expreſſit, reddens*, averſatus fuerat eum. *Vide ſupra* סבב, *& quæ ſequuntur*.

נְסִבָּה *f. Idem*, 2. Paral. 10. v. 15., *Vulgat. ibidem vertit*, erat voluntas (Dei).

מֵסַב *m.* Circuitus, 1. Reg. 6. v. 29. *Item* accubitus, circularis *propriè*; in orbem *enim antiquitus ad menſam ſedebant*: *Cum affix.* בִּמְסִבּוֹ in accubitu ſuo, Cant. 1. v. 12. *Plur. cum affix.* מְסִבָּי circuituum meorum, *id eſt*, circumdantium me, Pſalm. 140. v. 10. *Fœm.* מְסִבּוֹת in circuitibus, per circuitus, per viciſſitudines, Job. 37. v. 12.

מוּסַב *m.* Ambitus, *ut ante in Hophal*.

סָבַךְ Implexum, perplexum eſſe: *Partic. præt.* סִירִים סְבֻכִים ſpinæ perplexæ, Nahum. 1. v. 10. *Vulg. ibidem habet*, ſpinæ ſe invicem complectuntur. *Pih. futur.* יְסֻבָּכוּ implexæ fuerint, implicantur, *& juxta Vulgat.*, *paraphraſim Chald.*, *alioſque*, denſabuntur, condenſantur, Job. 18. v. 7.

סְבַךְ *m.* Perplexſitas, perplexum: בַּסְּבַךְ, Gen. 22. v. 13., in perplexo; *Sed ab Aq. redditur* in condenſo; *a Sym.* in reti; *a Vulg.* inter vepres; *Plur. conſtr.* סִבְכֵי הַיַּעַר, Iſa. 10. v. 34., perplexa ſylvæ; *Vulgat. vertit*, condenſa ſaltus; *Cum affix.* בְּסִבְכֵי הַיַּעַר, Iſa. 9. v. 17., in perplexis ſylvæ; *juxta LXX.*, *& Vulg.* in denſitate, *ſive* denſitatibus ſaltus.

סְבֹךְ *m. Idem. Cum præfix.* כִּסְבָךְ־עֵץ, Pſalm. 74. v. 5., contra perplexa ligni; *Sed Sym. reddit*, in inſtrumentis ligneis; *Hieronymus*, in ſaltu lignorum; *LXX.*, *&-Vulg. habent*, quaſi in ſylva lignorum; *pro præfix.* בְּ *legebant* כְּ.

סֻבָּךְ *m. Idem. Cum affix.* מִסֻּבְּכוֹ, Jerem. 4. v. 7., ex perplexo (*vepreto*) ſuo; *LXX.*, *& Vulgat. reddunt*, de cubili ſuo: *Scribitur etiam cum* שׂ *loco* ס, *ut* תַּחַת שׂוֹבֶךְ הָאֵלָה, 2. Sam. 18. v. 9., ſubter perplexam, *& juxta Vulg.* ſubter condenſam quercum; *Plur.* שְׂבָכִים, *&* שְׂבָכָה, *quæ ratione originis huc pertinent, vide ſuo loco in litera* שׂ.

סַבְּכָא *f. Chald.* Sambuca, *inſtrumentum muſicum*, סַבְּכָא *dictum à* fidibus plexis, *&* implicatis; *Rab. Saadias exponit* organum: *occurrit*, Dan. 3. v. 5. *Scribitur quoque cum* ש *loco* ס, *videl.* שַׂבְּכָא, *ita* Dan. 3. vv. 7. 10. 15.

סִבְּכַי Sibbechai, *& juxta Vulg.* Sobochai, *nom. propr. viri*, 2. Sam. 21. v. 18., 1. Paral. 20. v. 4.

סָבַל Onus ſibi impoſuit, oneravit ſe: *Inde* portavit, tulit, bajulavit: *Præt. cum affix.* סְבָלָם portavit eos, Iſa. 53. v. 4., *Plur.* סָבָלְנוּ ferimus, Thren. 5. v. 7. *Infin.* לִסְבֹּל ad bajulandum, ad portandum, Gen. 49. v. 15. *Futur.* אֶסְבֹּל portabo, bajulabo; יִסְבֹּל feret, luet, luendas ſuſcipiet (pravitates), Iſa. 53. verſ. 11., *Plur. cum affix.* יִסְבְּלֻהוּ tollent, portabunt, bajulant eum, Iſa. 46. verſ. 7. *Pyh.* סֻבָּל *vide inter nomina*: *Particip. plural.* אַלּוּפֵינוּ מְסֻבָּלִים, Pſalm. 144. verſ. 14., boves noſtri portare facti, onuſti, onerati, *carne ſcilic.*, *& pinguedine*, *i. e.*, præpingues; *LXX.*, *& Vulg. habent*, boves eorum craſſæ; *quidam alii reddunt*, boves oneribus trahendis occupati; *Sed a Bocharto redditur*, vaccæ onus uteri geſtantes, *i. e.*, gravidæ. *Hitph. Futur.* וְיִסְתַּבֵּל הֶחָגָב, Eccleſ. 12. v. 15., & onuſtam reddit ſe locuſta; *LXX. ſunt interpretati*, καὶ παχυνθῇ ἡ ἀκρὶς, *i. e.*, & impinguabitur locuſta.

סְבַל *Chald. ſignificat idem ac ſupra Hebr. Inde Pabel*, *vel Pohel partic. plur.* וְאֻשּׁוֹהִי מְסוֹבְלִין, Eſdr. 6. v. 3., & fundamenta ejus (templi) onuſta, *i. e.*, firma, *ut magnum* onus portare *poſſint*, *vel* portantia, ſuſtinentia, *ſcil. ædificium*.

סַבָּל *m.* Bajulus, portator, onus portans humeris, 2. Paral. 2. vv. 1. 17., *item* onus, *ut* נֹשֵׂא סַבָּל, 1. Reg. 5. verſ. 15., ferens onus; *ſed quidam alii reddunt*, portans, & bajulus, *vel* portans bajulus, *per appoſitionem*; הַסַּבָּל (fortitudo) portantis, Nehem. 4. v. 4., *al.* 10. *Plur.* הַסַּבָּלִים bajuli, 2. Paral. 34. v. 13.

סֵבֶל *m.* Onus, *quod* portatur, ſarcina, anſa: לְכָל־סֵבֶל ſuper omne onus, *ſive*, *juxta Vulg.*, ſuper tributa, 1. Reg. 11. verſ. 28. *Cum præfix.* וְהַנֹּשְׂאִים בַּסֶּבֶל, *ſive juxta Maſſor.* בַּסֵּבֶל, & portantes onus, Nehem. 4. verſ. 11., מִסֵּבֶל ab onere, Pſalm. 81. verſ. 7.

סֵבֶל *m.* Onus grave, *verbale eſſe videtur ex Pybal: Cum affix.* סֻבֳּלוֹ onus ejus, Iſa. 9. v. 3., 10. v. 27., 14 v. 25.

סְבָלָה *f.* Onus, labor, opus; *Plural. conſtruct.* סִבְלֹת onera, ærumnæ: מִתַּחַת סִבְלֹת de onere, & *juxta Vulg.* de ergaſtulo, Exod. 6. vv. 6. 7. *Cum affix.* לְסִבְלֹתֵיכֶם (ite) ad onera veſtra, Exod. 5. v. 4., בְּסִבְלֹתָם operibus, oneribus ipſorum, Exod. 1. v. 11., וַיַּרְא בְּסִבְלֹתָם & vidit onera ipſorum, *Vulg. reddit*, viditque afflictionem eorum, Exod. 2. verſ. 11., מִסִּבְלֹתָם ab oneribus, *ſive* ab operibus ſuis, Exod. 5. v. 5.

סִבֹּלֶת *Quære in* שבל.

סְבַר *Chald.* Cogitavit, putavit, exiſtimavit: *Futur.* וְיִסְבַּר & cogitabit, Dan. 7. v. 25.

סִבְרַיִם Sivráim, *& juxta Vulgat.* Sabarim, *nom. propr. loci*, Ezech. 47. v. 16.

סַבְתָּה Savtáh, *ſed juxta Vulgat., alioſque* Sabatha, Sabathe, *nom. propr. filii Chuſi*, Gen. 10. v. 7.

סַבְתְּכָא Sabatachá, *nom. propr. alterius filii Chuſi*, Geneſ. 10. verſ. 7.

סָגַד Humiliavit, inclinavit ſe, adoravit, procubuit, adorandi, *vel* honorandi *cauſa: Conſtruitur cum dativo: Fut.* אֶסְגּוֹד procumbam, Iſa. 44. v. 19., יִסְגָּוד־לוֹ וְיִשְׁתַּחוּ, Iſa. 44. v. 17., *ubi* ו *redundans*, procumbit ei, *ſive* curvat ſe ante illud, & adorat; וַיִּסְגָּד־לָמוֹ & procumbit ei, *juxta Vulg.*, & curvatus eſt ante illud, Iſa. 44. v. 15., *Plur.* יִסְגְּדוּ procumbunt, procidunt, Iſa. 46. v. 6.

סְגִד *Chald. ſignificat idem ac ſupra: Præter.* וּלְדָנִיֵּאל סְגִד & Danielem adoravit, Dan. 2. verſ. 46. *Partic. plural.* סָגְדִין לְצֶלֶם adorantes ſtatuam, Dan. 3. v. 7. *Futur.* וְיִסְגֻּד & adorabit, Dan. 3. vv. 6. 10. 11., *Plur.* נִסְגֻּד adorabimus, Dan. 3. v. 18., וְתִסְגְּדוּן & adorabitis, adorate (ſtatuam), Dan. 3. v. 5. 15., וְלָא־יִסְגְּדוּן & non adorabunt, ne adorarent, Dan. 3. v. 28.

סָגַל *Radix Hebræis inuſit. Sed Chaldæis eſt* acquiſivit; *Arab. eſt* bonis, *ac* virtutibus affluxit, *juxta Gaurin, vel, ut notat Joa. Simon*, ſignavit: *Inde* סְגֻלָּה peculium, *ſic dictum, quia* ſigillo *poſſeſſoris* ſignatum, *vel juxta alios* poſſeſſio opum, ſubſtantia, facultates, bona, acquiſitio: *Item*,

Item adjective peculiaris, eximius. *Occurrit* Exod. 19. v. 5., Deut. 7. verſ. 6., 14. verſ. 2., 26. verſ. 18., Malach. 3. v. 17., יֶשׁ־לִי סְגֻלָּה זָהָב, 1. Paral. 29. v. 3., eſt mihi peculium auri, *vel* eſt mihi peculiare quoddam aurum, *vel* eſt mihi peculium, aurum, *&c.*, *Vulg. ſenſum egregie expreſſit*: *Conſtr.* וּסְגֻלַּת, Eccleſ. 2. v. 8., & peculium; *Sed Vulg. vertit*, & ſubſtantias (regum): *Cum affix.* לִסְגֻלָּתוֹ in peculium ſuum, *& juxta Vulg.* in poſſeſſionem ſibi, Pſalm. 135. v. 4.

סְגַן Antiſtes, magnas, dux exercitus, princeps, *ſive Ecclesiaſticus*, *ſive militaris*, ſatrapes, primas Babyloniæ; *Sed a Vulg. ubique redditur* magiſtratus: *Plur.* סְגָנִים antiſtites, Iſa. 41. v. 25. *Cum affix.* וּסְגָנֶיהָ & antiſtites ejus, Jerem. 51. v. 57.

סְגַן *Chald. ſignificat idem ac Hebraicum*: *Plur.* סִגְנִין antiſtitum, procerum, *& juxta Vulg.*, magiſtratuum, Dan. 2. v. 48.

סִגְנַיָּא *plur. Idem, ſed emphat.*, Dan. 3. vv. 2. 27., 6. v. 8.

סָגַר Clauſit, concluſit, incluſit, occluſit, præcluſit, tradidit, dedidit: *Præter.* וְהַדֶּלֶת סָגַר & januam clauſit, Geneſ. 19. v. 6., *&c.*, וְסָגַר & claudet, Iſa. 22. v. 22., וְסָגַרְתְּ *f.* & occludes, occludas, 2. Reg. 4. v. 4., *Plur.* חֶלְבָּמוֹ סָּגְרוּ פִּימוֹ, Pſal. 17. v. 10., pinguedine ſua clauſerunt os ſuum, *h. e.*, *tam bene paſti ſunt*, *ut* ora non appareant, *præ faciei* pinguedine; *Alii tamen*, *ut LXX.*, *Vulg.*, *Æth.*, *&c.*, *dictionem* פִּימוֹ *jungunt cum ſequentibus ob diſtinguentem accentum* Athnach; *atque reddunt*, adipem ſuum concluſerunt: os eorum, *ſive* ore ſuo, *&c. Et in pauſa* סָגָרוּ occluſerunt, clauſerunt, Geneſ. 19. v. 10., Joſ. 2. v. 7. *Partic.* סֹגֵר *m.*, סֹגֶרֶת *f.* claudens; *Sed cum præfix.* מְסַגֵּר *m.*, *&* מְסַגֶּרֶת, מְסַגְּרוֹת *f. vide inter nomina*: *Partic. Paſſiv.* סָגוּר clauſus, clauſum, Ezech. 44. vv. 1. 2., 46. v. 1., Job. 41. v. 7., *ubi a Vulg. redditur* compactum; *Aliud* סָגוּר *vide inter nomina*: *Infinit.* וַיְהִי הַשַּׁעַר לִסְגּוֹר, Joſ. 2. v. 5., cumque eſſet porta ad claudendum, *h. e.*, jam tum claudenda; *ſive juxta Vulg.* cumque porta clauderetur; *Aliud* סְגוֹר *vide inter nomina*: *Imperat.* וּסְגֹר occlude, præclude, intercipe (viam), conclude, Pſalm. 35.

35. v. 3., Iſa. 26. v. 20. *Futur.* יִסְגֹּר claudet, claudat, occludit, includit, Job. 12. verſ. 14., וְיִסְגֹּר qui claudat, Malach. 1. verſ. 10., וַיִּסְגֹּר & clauſit; וַתִּסְגֹּר & occluſit; *Plur. cum* ה *paragog.* וְנִסְגְּרָה & occludamus, claudamus, Nehem. 6. v. 10. *Niph. præter.* נִסְגַּר incluſit ſe, *ſed melius* incluſus, clauſus, concluſus eſt, *h. e.*, coactus eſt (intrare), 1. Sam. 23. verſ. 7. *Imper.* הִסָּגֵר include te, Ezech. 3. v. 24. *Futur.* יִסָּגֵר claudetur, Ezech. 46. v. 2., תִּסָּגֵר ſecluditor, includatur, includetur, Num. 12. v. 14., וַתִּסָּגֵר & ſecluſa, excluſa fuit, Num. 12. v. 15., *Plur.* יִסָּגְרוּ occludentur, Iſa. 45. verſ. 1., וַיִּסָּגְרוּ & occluſæ, & clauſæ fuerunt, Nehem. 13. v. 19. *Pih. præter.* סִגַּר tradidit, concluſit, 1. Sam. 26. v. 8., *Cum affix.* סִגְּרַנִי dedidit me, 1. Sam. 24. v. 19. *Futur. cum affix.* יְסַגֶּרְךָ tradet te, dedet te, 1. Sam. 17. v. 46. *Pyh. Præter.* סֻגַּר כָּל־בַּיִת מִבּוֹא claudetur omnis domus ab intrando, *i. e.*, *ne quis in eam intret*, Iſa. 24. v. 14., *Plur.* סֻגְּרוּ occludentur, Jerem. 13. v. 19. *Partic. fœm.* סֹגֶרֶת וּמְסֻגֶּרֶת, Joſ. 6. v. 1., claudens, & clauſa, *i. e.*, claudebat *cives ſuos intra ſe, ne quiſpiam egrederetur*, & claudebatur, *ne quis hoſtium ingrederetur*; *Sed LXX.*, *Vulgat.*, *Sym.*, *aliique vertunt*, clauſa, & munita, *ſive* obſerata, *i. e.*, clauſa penitus, clauſa diligentiſſime. *Hiph. præterit.* כָּל־יְמֵי הִסְגִּיר אֹתוֹ omnibus diebus, *quibus* clauſit eam, *ſive* clauſa eſt ea (*domus*), Levit. 14. v. 46., *quo in loco, ſicut & in quibuſdam aliis, relativum* אֲשֶׁר, *vel* שׁ *poſt* יְמֵי *ſubintelligitur*; וְחַיָּתָם לַדֶּבֶר הִסְגִּיר, Pſalm. 78. v. 50., & catervam, *ſive* vitam eorum peſti tradidit, *ita habent Pagninus, & alii multi*; *Sed LXX.*, *Vulg.*, *&c.*, *reddiderunt*, & jumenta eorum in morte concluſit; הִסְגִּיר בְּיַד־אוֹיֵב tradidit in manu inimici, Thren. 2. v. 7. *Et cum affix.* וְהִסְגִּירוֹ & includet, recludet eum, Levit. 13. vv. 5. 21. 26. 54., הִסְגִּירָם & concluſit, & tradidit eos, Deuter. 32. v. 30., וְהִסְגַּרְתַּנִי & incluſiſti, concluſiſti me, Pſal. 31. v. 9., וְהִסְגַּרְתִּי & tradam, Amoſ. 6. v. 8. *Infin.* לְהַסְגִּיר ad tradendum; *Cum affix.* הַסְגִּירוֹ tradere eum, 1. Sam. 23. v. 20., עַל־הַסְגִּירָם propter tradidiſſe eos, *i. e.*, eo quod tradiderunt illi, Amoſ. 1. v. 9., *ubi*

ubi Vulgat. habet, eo quod concluſerint (captivitatem): *Futur.* תַּסְגִּיר, Deuter. 23. verſ. 15., *&* תַּסְגֵּר, Abd. 1. verſ. 14., trades, tradas; וְיַסְגִּיר & concludat, Job. 11. verſ. 10., וַיַּסְגֵּר & dedidit, tradidit, concluſit, Pſalm. 78. vv. 48. 62. *Cum affix.* יַסְגִּירֵנִי dedet me, *& juxta Vulg.* concluſit me, Job. 16. verſ. 11., יַסְגִּרֶנּוּ includet eum, Levit. 13. v. 11., *Plur.* יַסְגִּירוּ tradent; *Cum præfix.* הֲיַסְגִּרוּ an dedent, an tradent? 1. Sam. 23. v. 12., הֲיַסְגִּרֻנִי an dedent, an tradent me? 1. Sam. 23. v. 11.

סְגַר *Chald. Inde* וּסְגַר פֻּם & occluſit os, Dan. 6. v. 23.

סָגוּר *m.* Incluſum, *vide ſupra partic. Pahul in* סגר: *De* auro *etiam dicitur* סָגוּר; *ut* זָהָב סָגוּר, 1. Reg. 6. vv. 20. 21., 7. vv. 49. 50., 10. v. 21., 2. Paral. 9. v. 20., aurum incluſum: *Sed LXX., Vulg., & quidam alii reddunt*, aurum puriſſimum, aurum optimum, *quod propter bonitatem* incluſum erat, *&* aſſervatum. *Talmudici ſcribunt, ſic dictum, quod, quum venum exponeretur, reliquæ officinæ eſſent* נִסְגָּרוֹת clauſæ, *propter hujus bonitatem, & præſtantiam*, Joma fol. 45., *Chaldæus habet* דַּהֲבָא טָבָא auro optimo. *Kimchi in lib. Radicum exponit* מְטֹהָר וּמְזֻקָּק mundo, *&* purgatiſſimo, puro puto. *Vide* זהב.

סְגוֹר *m.* Clauſura: וְאֶקְרַע סְגוֹר לִבָּם, Hoſe. 13. v. 8., diſcindam clauſuram cordis eorum, *i. e., diſcindam pinguedinem cor eorum occludentem; ſive juxta quoſdam alios* & lacerabo clauſtrum, clauſuram, *i. e., præcordium*, jecoris eorum, *q. d., uſque ad vitalia; ut qui pectus, & thoracem perfringit: in extremum uſque periculum adducam eos; LXX. vertunt*, & diſrumpam concluſionem cordis eorum; *Vulg. habet*, & diſrumpam interiora jecoris eorum: *Item* סְגוֹר, Job. 28. v. 15., *eſt* aurum optimum, *ab* includendo, *&* aſſervando *ſic dictum; ſed Vulg. reddit* aurum obrizum.

סוּגַר *m.* Clauſtrum: בַּסּוּגַר in clauſtro, Ezech. 19. verſ. 9., *Sed Chald. reddit*, בְּקוֹלָרִין collaribus ferreis, clauſuris ferreis, *quæ collo imponuntur.*

מַסְגֵּר Clauſtrum, carcer, Iſa. 24. v. 22., מִמַּסְגֵּר e clauſtro, e carcere, e cuſtodia, e concluſione, Pſalm. 142. v. 8., Iſa. 42. verſ. 7., *Item*, clauſtrarius, faber ferrarius, 2. Reg. 24. v. 14.

מִסְגֶּרֶת

מִסְגֶּרֶת *f.* Clauſtrum, tænia, *qua videl. aliquid* includitur, *ſive* circumcluditur; clauſura, faſcia, *quaſi* circumcluſio *dicta*: *Inde plural.* מִסְגְּרוֹת, 1. Reg. 7. verſ. 28., cincturæ, clauſuræ, faſciæ; *Vulg. reddit* (& ipſum opus baſium) interraſile (erat); *Sed* וּמִסְגְּרֹת *ibidem ab eodem Vulg. redditur* ſculpturæ; וְעַל־הַמִּסְגְּרוֹת & ſuper clauſuras, 1. Reg. 7. verſ. 29., *ubi Vulgat. habet*, & inter coronulas; אֶת־הַמִּסְגְּרוֹת clauſuras, *&* *juxta Vulg.* cælatas (baſes), 2. Reg. 16. verſ. 17., לְמִסְגְּרוֹת ad clauſuras, 1. Reg. 7. verſ. 32. *Cum affix.* וּמִסְגְּרֹתֶיהָ & clauſuræ ejus, *& juxta Vulgat.* ſculpturæ ejus, 1. Reg. 7. v. 35., וּמִסְגְּרֹתֵיהֶם & clauſuræ, & cincturæ earum, *ſive juxta Vulg.*, & intercolumnia, 1. Reg. 7. verſ. 31., מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם, Pſalm. 18. verſ. 46., *&* מִמִּסְגְּרֹתֵיהֶם, Mich. 7. v. 17., מִמִּסְגְּרוֹתָם, 2. Sam. 22. v. 46., de conclavibus, e clauſtris ſuis; *Vulg. reddit*, a ſemitis ſuis, in ædibus ſuis, in anguſtiis ſuis.

מִסְגֶּרֶת *f.* Tænia, *quaſi* circumcluſionem *dicas*, clauſura; *item juxta Vulgat.*, *alioſque* corona, Exod. 25. vv. 25. 27., 37. vv. 12. 14. *Cum affix.* לְמִסְגַּרְתּוֹ ad tæniam, ad coronam ejus, Exod. 25. v. 25.

סַגְרִיר *m.* Prover. 27. verſ. 15., imber vehemens, *ſic dictus quod hominem* includat, *vel* effuſio aquæ copioſa, *ex ſignificatione rad. Arab.* סגר aqua implevit, aquam effudit, *ut notat Jo. Simon*; *Sed ab LXX. redditur*, hybernus; *a Vulgat. juxta uſum Syriacum vertitur* frigus.

סָדַר *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab.* obſtruxit, occluſit, *ſive*, *ut notat Joa. Simon*, durius accepit; *item* conſtrinxit, ligavit. *Inde Hebr.* סַד *m.* cippus, compes, *quo pedes* conſtringuntur, *&* ligantur; *Vulg. eſt* nervus: *Cum præfix.* בַּסַּד, Job. 13. v. 27., 33. v. 11., *ubi quædam exemplaria habent* סָר *quaſi a* סוּר, in compede, *& juxta Vulg.* in nervo.

סְדֹם *& cum* ה *paragog.* סְדֹמָה Sodoma, *nom. propr. urbis a Deo everſæ*, Gen. 19. v. 29.

סָדַן *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab.* involucra elaboravit, *ut ſcribit Guarin*; *vel*, *ut habet Joa. Simon*, laxavit, dimiſit veſtem ſuam; *Inde eſt Hebr.*

סָדִין *m.* Sindon, *proprie* veſtis laxa, *&* longe dimiſſa, *ut*

vult

vult Joa. Simon ; R. Kimchi ſcribit , סָדִין *eſſe* operimentum , *vicinum carni , ex* lino , *quo operiunt ſe nocte præcipue , vel etiam die : Occurrit autem dictio hæc in ſingulari* Prov. 31. v. 24. *Plur.* סְדִינִים ſindones , induſia , linteos , lintea , Jud. 14. verſ. 12. , וְהַסְּדִינִים & ſindones , Iſa. 3. verſ 23.

סדר *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab. & Samarit.* ordinavit , diſpoſuit , direxit , paravit . *Inde Hebr.*

סֶדֶר *m.* Ordo , diſpoſitio : *Plural.* סְדָרִים ordines , Job. 10. verſ. 22.

שְׂדֵרָה *f.* Ordo , diſpoſitio , ס *in* ש *mutato ; Unde plur.* שְׂדֵרוֹת ordines : *Verum hæc ipſa vide ſub litera* ש .

מִסְדְּרוֹן *m. Unde fœm. , ut quibuſdam videtur , vel cum* ה *locali , ut alii volunt ,* הַמִּסְדְּרוֹנָה , Jud. 3. v. 23. , *juxta quoſdam eſt* procæton , veſtibulum , *in quo cuſtodes principum excubant ; Sed Joa. Simon arbitratur , fuiſſe* locum ſolitarium , *ſeoque vel* cœnaculum æſtivum ; *vel* locum velis contra ſolis æſtum bene opertum ; *Ab Aq. redditur ,* per porticum ; *ab Sym. ,* per veſtibula ; *a Vulgat. ,* per poſticum , *ubi , ut notat Guarin , mendum fortaſſe pro* per porticum .

סהר *m.* Rotunditas : אַגַּן הַסַּהַר crater rotunditatis , Cant. 7. v. 3. , *id eſt ,* rotundus ; *LXX. , & Vulg. ibidem habent ,* crater tornatilis , *torno elaboratus .*

סֹהַר *m.* Turris , carcer , *a* rotunditate *ædificii ; & juxta Pagninum , alioſque* turris rotunda , *ſeu* carcer *in loco* rotundo : בֵּית הַסֹּהַר , Gen. 39. vv. 20. 21. 22. 23. , 40. vv. 3. 5. , munitio , præſidium , arx , turris , carcer .

שַׂהֲרוֹן *m. Inde plural.* הַשַּׂהֲרֹנִים , Jud. 8. verſ. 21. , Iſa. 3. verſ. 18. , lunulæ , ornamenta , *ſive* monilia *pretioſa , à* lunari *forma ſic appellata ; à Chaldæo* סַהֲרָא luna , *quod , plena ,* rotunda *eſt .*

סוֹא Só , *& juxta Vulg.* Sua , *nom. propr. regis Ægypti ,* 2. Reg. 17. verſ. 4.

סוג Avertit ſe , retroceſſit : *Chald. , & Syr.* ſepſit : *Præter.* כֻּלּוֹ סָג , Pſalm. 53. verſ. 4. , omnis quivis , *ſive* unuſquiſque , totus ipſe (homo) retroceſſit ; *juxta Vulg.* omnes declinaverunt : *Particip. Pahul* סוּג לֵב averſus ani-

 mo ,

mò, Prover. 14. verſ. 14., & ex Chaldaica ſignificatione, Fœm. סוגה ſeptus, Cant 7. v. 2., Rabbinis סִיג eſt ſepes: Futur. in cholem, נָסוֹג retrocedemus, Pſalm. 80. verſ. 9. Niph. נָסוֹג retroactus, vel aversus fuit, avertit ſe: לֹא־נָסוֹג אָחוֹר לִבֵּנוּ non agitur retrorſum animus noſter, Pſalm. 44. v. 19. Et cum ש loco Samech, נָשׂוֹג retrocedebat, averſum fuit, 2. Sam. 1. verſ. 22. אָחוֹר לֹא נְסוּגֹתִי, (cum Schureck), retrò non receſſi, ſive juxta Vulg. retrorſum non abii, Iſa. 50. v. 5., Plur. נָסֹגוּ אָחוֹר averſi ſunt retrorſum, Iſa. 42. verſ. 17. Particip. plural. נְסוֹגִים אָחוֹר averſi retro, retroverſi: Futur. plural. יִסֹּגוּ אָחוֹר retrovertentur, avertantur retrorſum, Pſalm. 35. v. 4., 40. v. 15. Hoph. Præter. וְהֻסַּג אָחוֹר & averſum eſt, pro וְהוּסַג, Iſa. 59. v. 14.

סִיג m. Scoria. Vide infra pag. 858.

סוֹד m. I. Arcanum, ſecretum, Prov. 11. v. 13., 20. v. 19., סוֹד יְהוָה לִירֵאָיו, Pſalm. 25. v. 14., ſecretum Domini timentibus eum, i. e., arcana, & myſteria Dei manifeſta fiunt iis, qui timent Dominum; LXX., & Vulg. habent, firmamentum eſt Dominus timentibus eum, ubi, ut notat Genebrardus סוד pro יסוד acceperunt per Aphæreſin poeticam; אֲשֶׁר יַחְדָּו נַמְתִּיק סוֹד, Pſalm. 55. v. 15., qui ſimul, vel pariter dulce inibamus conſilium, ſive communicabamus ſecretum; Sed LXX., Arab., & Vulgat. reddiderunt, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos; pro סוֹד legerunt סַעַר, vel סְעוּר, סְעוּדָה; hoc enim ſignificat cibum, ferculum; vel proverbio de communione cibi, menſæ, & ſalis uti voluerunt, ut notat idem Genebrardus; Cum affix. סוֹדוֹ ſecretum, arcanum, & juxta Vulg. ſermocinatio ejus, Prov. 3. v. 32. II. Conſilium, ſic dictum, quod arcanum ſit, & in arcano capiatur, Job. 15. v. 8., Pſal. 83. v. 4., Prov. 15. v. 22. Cum præfix. מִסּוֹד, Pſal. 64. verſ. 3., a conſilio, ſed juxta Pagninum a ſecreto; juxta Vulg. a conventu (malignantium); Cum affix. כָּל־מְתֵי סוֹדִי omnes viri conſilii mei, i. e., intimi mihi, Job. 19. verſ. 19., Aliud vide infra; בְּסוֹדִי in conſilio meo, Jerem. 23. verſ. 22., סוֹדוֹ, Amoſ. 3. v. 7., conſilium ſuum; & juxta Vulg., alioſque ſecretum ſuum; בְּסֹדָם in arcanum conſilium

filium eorum, Geneſ. 49. v. 6., *ubi Joa. Simon reddit*, in congreſſum ſecretum eorum: III. Cœtus conſultantium, congreſſus ſecretus, congregatio: וְעַל סוֹד ſuper cœtum, congregationem, *ſive, juxta Vulg.*, ſuper conſilium, Jer. 6. v. 11. *Cum præfix.* בְּסוֹד in cœtu, in congregatione, in congreſſu arcano, & *juxta Vulg.* in conſilio, in concilio, Pſalm. 89. v. 8., 111. v. 1., Jerem. 15. v. 17., 23. verſ. 18., Ezech. 13. verſ. 9. *Dictio hæc* סוֹד *affinis eſt verbo* יָסַד; *unde & Rabbinis* fundamentum *ſignificat*. *Vide* סדר.

סוֹדִי Sodi, *nom. propr. viri*, Numer. 13. v. 11.

סוּה *Radix Hebræis inuſit. Sed Chald.* lætatus eſt; *Arab.* æquavit, æquale fecit. *Inde Hebr.* מַסְוֶה *m.* velamen, operimentum, ſtragula, velum, *proprie, inquit Joa. Simon, quod* integitur ad æquandum, & complanandum: *Occurrit autem*, Exod. 34. vv. 33. 34. 35.

סוּח *Radix inuſit. Inde, ut quibuſdam videtur, ſunt* כְּסוּחָה, סְחִי; *ſed hæc vide in* סָחָה.

סוּחַ Suahh, & *juxta Vulg.* Sue, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. verſ. 36.

* סוּט; *Inde plur.* סֵטִים declinantes, *vide in* שָׂטָה.

סוּךְ Unxit, unctus fuit, unxit ſe: *Præter.* וְסוֹךְ לֹא סָכְתִּי & ungendo non unxeram me, Dan. 10. v. 3., וָסַכְתְּ & unges te, Ruth. 3. verſ. 3. *Infin.* סוֹךְ *vide in præter.* *Futur. cum affix.* וָאֲסֻכֵךְ & unxi te, Ezech. 16. verſ. 9., תָסוּךְ unges te, Deuter. 28. verſ. 40., Mich. 6. verſ. 15. *Fœm.* וְאַל־תָּסוּכִי nec ungas te, 2. Sam. 14. v. 2., *Plur. cum affix.* וַיְסֻכוּם & unxerunt eos, 2. Paral. 28. v. 15. *Pih. ex geminatis duabus radicalibus* סִכְסֵךְ miſcere, commiſcere, *ut* ungenta *ſolent* miſceri; *ſed, quæ inde deducuntur, vide in* סָכַךְ. *Hiph. Partic.* הֵסִיךְ *vide infra in* סָכַךְ. *Futur.* וַיָּסֶךְ & unxit ſe, 2. Sam. 12. v. 20. *Vide, quæ ſequuntur.*

אָסוּךְ *m.* Lecythus, vas olei, *ſive* unguenti, 2. Reg. 4. v. 2.

סַךְ *m.* Turba mixta: *Cum præfix.* בַּסָּךְ, Pſalm. 42. v. 5., in turba mixta, in populo; *Sed LXX. ſunt interpretati, ἐν τόπῳ σκηνῆς, i. e., ut habet Vulg.*, in locum tabernaculi; *Aq. vertit, ἐν συσκίῳ* in umbroſo; *Hieronymus habet*, ad umbraculum.

סֹךְ *m.*, סֻכָּה, סֻכּוֹת *f.*, *&c. Vide in* סכך.

מְסוּכָה *Vide in* שׂוּךְ.

סון סִיוָן *m.* Sivan, *nomen menſis Maji*, Eſth. 8. v. 9., *ubi vocatur tertius*, *ſcilicet a* martio. *Vide ſupra in* נסן.

סִין Sin, *nom. propr. deſerti*, *inter mare rubrum*, *&* *montem* Sinai, Exod. 16. v. 1., Num. 33. v. 11.

סוס *m.* Equus, Geneſ. 49. v. 17., Exod. 14. v. 9., *&c.* *Nonnulli autem ſunt arbitrati*, equum *dictum* סוס *quaſi* שׂוּשׂ, *ab* alacritate, *&* lætitia; *nam* שׂוּשׂ *eſt* lætari; *&* equus *natura* hilaris *eſt*, *&* *ſeſſorem ſua alacritate* exhilarat, *ut notat R. Bechai in* Geneſ. cap. 2. *At Bochartus*, *quem alii ſequuntur*, *perſuaſum habet*, equum *fuiſſe* סוס *appellatum ex ſignificatione Arabica*. *Verbum enim* סוס *apud Arabes eſt*, regere, *&* moderari: Equus *autem* docile *imprimis animal eſt*, *&* *ad omnia* flexile, *quodque non ſolum fræno*, *ſed & ſimplici virga* regi ſe *ſin t*: *Cum præfix.* כַּסּוּס, 1. Reg. 20. v. 25., *&* כְּסוּס, Pſalm. 32. v. 9., ſicut equus: *Item* סוס *quibuſdam eſt* grus, *quod ſimilis ſit* equo *proceritate*, *ſtatura*, *&* *voce*, *ut ſcribit Mercerus*; *Aliis eſt* hirundo, *ita accipitur* Jerem. 8. v. 7., *ubi ſcribitur* וְסוּס & hirundo, *ſed legendum*, *juxta Maſſorethas*, וְסִיס; *ubi Jonathan transfert* כּוּרְכְיָא, *quod Rabbinis ſignificat* gruem, *&* *ſic R. Sal. reddit* גרואה; *Ita etiam* Iſa. 38. verſ. 14., כְּסוּס עָגוּר כֵּן אֲצַפְצֵף ſicut grus, hirundo, *vel contra* ſicut hirundo, grus, ſic pipio, *ita multi reddunt*; *Sed LXX. habent*, ſicut hirundo, ſic vociferabor; *Sym. vertit*, ſicut hirundo incluſa, ſic cantabo; *Vulgat.*, ſicut pullus hirundinis, ſic clamabo; *Plur.* סוּסִים equi, Deut. 17. v. 16. *Conſtr.* וְסוּסֵי & equi, 2. Reg 2. v. 11. *Cum affix.* כְּסוּסַי כְּסוּסֶיךָ ſicut equi mei, ſic equi tui, 1. Reg. 22. verſ. 4.

סוּסָה *fœm.* Equitatus, equitium: *Joa. Simoni*, *&* *quibuſdam aliis eſt* equa; *Græcis vero*, *Vulg.*, *aliiſque eſt* equitatus, *&* *apud Arabes quoque nomina fœm.* collective *ſumi ſolent*: *Unde* לְסֻסָתִי, Cant. 1. v. 9., *ubi* Jod *Ab. Eſræ redundare videtur*, *ideoque reddit*, equitio; *Verum aliis omnibus* Jod *eſt pronom. affix.*, *ideo vertunt LXX.*, *Vulg.*, *aliique*, equitatui meo: *quidam vero habent*, equæ meæ.

סוּסִי Suſi, *nom. propr. viri*, Num. 13. v. 12.

סוּף Deficere, deſinere, conſumi, finiri: *Præter. plural.* סָפוּ deſinunt, Pſalm. 73. v. 19., וְסָפוּ & deficient, Hamoſ. 3. v. 15. *Futur.* יָסוּף interibit, deficiet, Eſth. 9. v. 28. *Plur.* יָסֻפוּ conſumentur, Iſa. 66. v. 17. *Hiph. Futur.* אָסֵף כֹּל, Soph. 1. vv. 2. 3., conſumam, deficere faciam omnia; *Sed Vulgat., aliique vertunt*, congregabo, *vel* recipiendo recipiam, *quaſi ab* אָסַף *per contractionem, pro* אֶאֱסֹף. *Cum affix.* אָסֹף אֲסִיפֵם, Jerem. 8. v. 13., colligendo conſumam eos; *& juxta Vulg., alioſque*, congregans congregabo, *vel* recipiam eos.

סוּף *Chald. ſignificat idem ac ſupra Hebr. Hinc præter. fœm.* סָפַת finitum, *ſive* completum fuit, Dan. 4. verſ. 30. *Aphel futur. fœm.* וְתָסֵף & conſumet, Dan. 2. v. 44.

סוֹף *m.* Finis, extremitas, Eccleſ. 3. v. 11., בְּסוֹף הַנַּחַל in extremitate torrentis, 2. Par. 20. v. 16. *Cum affix.* וְסֹפוֹ & finis, *ſive* terminus ejus, Joel. 2. v. 20.

סוֹף *m. Chald. Unde cum præfix.* לְסוֹף ad finem, Dan. 4. vv. 8. 19. *Et in ſtatu emphat.* עַד־סוֹפָא uſque ad finem, *i. e.*, *terminos orbis terrarum*, Dan. 6. v. 27., 7. vv. 26. 28.

סוּף *m.* Alga, *genus videl.* junci, *quod in ripis, vel litoribus, & etiam in fundo maris creſcit*: *Item* juncus, juncetum, *dictum* סוּף, *quia* terminus *eſt inter terram, & aquam, ut de* alga *dictum eſt*: *in hunc ſenſum uſurpatur apud* Iſa. 19. v. 6., סוּף חָבוּשׁ לְרֹאשִׁי, Jon. 2. v. 6., alga (erat) alligata capiti meo, *q. d. tunc, i. e., antequam piſcis deglutiret me, verſabar in profundo maris, ubi naſcitur* alga, *qua caput meum involutum, atque illigatum fuit*; *vel metaphorica locutione uſus eſt Jonas, ita ſcil., ut per* caput alga illigatum *deſignare voluerit inextricabile vitæ ſuæ periculum*: *Sed LXX. verterunt*, ἔσχατη; ἔδυ ἡ κεφαλή μου noviſſima; intravit caput meum; *Vulgat. habet*, pelagus operuit caput meum; *quidam alii Arabicum ſenſum ſequuti reddunt*, letum alligatum, *ſeu* imminens erat capiti meo: בְּיַם־סוּף, Pſal. 106. vv. 7. 9., Pſalm. 136. v. 15., Jer. 49. verſ. 21., in mare Suph, *ſeu* algoſum, *in ſinum ſcil. Arabicum*; *quamvis & mare ſalſum, ſive mortuum, inquit Guarin, mare* Suph *nonnunquam dicatur, quod videl. &*

 ipſum

ipſum ſit careɛtoſum; *Sed a LXX.*, *&* *Vulgat. ubique redditur* mare rubrum: *Cum præfix.* בְּתוֹךְ הַסּוּף, Exod. 2. v. 5., in medio junceti, inter careɛta; *ſed Vulg. reddit* in papyrione; בַּסּוּף in alga, in junceto, ad ripam fluvii, *&* *juxta Vulg.* in careɛto, Exod. 2. v. 3.

סוּפָה *f.* Turbo, a conſumendo; *Aliis eſt etiam* caligo, tempeſtas, procella, Job. 21. v. 18., Iſa. 17. v. 13., *&c.* *Cum præfix.* בְּסוּפָה in procella, in tempeſtate, Nahum. 1. verſ. 3., כְּסוּפָה, Prov. 1. v. 27., כַּסּוּפָה, Iſa. 5. v. 28., ſicut turbo: *Et cum duplici ſigno fœmineo, ſive, ut alii volunt, cum* ה *paragog. intenſivo, altero* ה *ſigno fœm. mutato in* ת, וְסוּפָתָה & turbinem (metent), Hoſe. 8. v. 7. *Cum affix.* וּבְסוּפָתְךָ & in turbine tuo, Pſalm. 83. v. 16. *Plural.* כְּסוּפוֹת ſicut turbines, Iſa. 21. v. 1.

סוּר Diſceſſit, receſſit, ſeceſſit, declinavit, divertit: *Conſtruitur cum Præpoſit.* מִן, מֵעַל, אֶל: *Præter.* סָר מֵעָלָיו receſſit ab eo, Jud. 16. v. 20., סָר סָבְאָם, Hoſe. 4. verſ. 18., receſſit potus, *vel* vinum eorum, *i. e.*, vinum eorum vappa effeɛtum eſt, aceſcit; *Vulg. vertit* ſeparatum eſt convivium eorum; *ſed* סַר *vide inter nomina*; *Fœm.* סָרָה וְסָרָה receſſit, & recedebat, 1. Sam. 16. vv. 14. 23., *Aliud vide inter nomina*, *&* *ſub radice* סרר; *&* *conſtruɛt.* סָרַת *vide in partic.*, סַרְתִּי receſſi, declinavi, Pſalm. 119. v. 102., *Plur.* סָרוּ מֵאַחֲרָיו, Job. 34. v. 27., receſſerunt a poſt eum, *i. e.*, ab eo ſequendo; וְסַרְתֶּם & recedatis, Deuter. 11. v. 16 *Partic.* וְסָר אֶל־מִשְׁמַעְתֶּךָ, 1. Sam. 22. v. 14., & recedens, *ſeu* divertens ad obedientiam tuam; *Pagninus*, *Sym.*, *Syr.*, *Arab.*, *Vulg.*, *aliique vertunt*, qui pergit, *ſive* & pergens in tui obedientia, ad imperium tuum; וְסָר מֵרָע recedens a malo, Job. 1. verſ. 1. *Conſtr.* וְסָרַת טָעַם & recedens a ſenſu, a guſtu, *i. e.*, conſilio, ſapientia, ratione; *metaphorice enim hæc ipſa ſignificat diɛtio* טַעַם: *Partic. Pahul* סוּר; *ind. plur. conſtr.* סוּרֵי, *&* *cum affix.*, *item* סוּרָה *vide inter nomina*: *Sed* הַסּוּרִים *vide in* אָסַר: *Inſin.* וְסוֹר, Dan. 9. vv. 5. 11., etiam defleɛtendo, recedendo, declinando; *Conſtruɛt.* סוּר recedere, declinare, Deuter. 17. verſ. 20., *&c.*, לָסוּר מֵאַחֲרָיו, 2. Sam. 2. v. 21., declinare, recedere de poſt eum, *i. e.*,

ab eo

ab eo perſequendo, urgendo; *Cum affix.*, & *præfix.* בְּשׂוּרִי
cum diſceſſero ab eis, Hoſe. 9. v. 12., *cum* שׂ *loco* ס.
Imper. סוּר recede, 2. Sam. 2. v. 22., Job. 21. v. 14.,
&c., & *cum* ה *paragog.* סוּרָה אֵלַי diverte, *ſive*, *juxta*
Vulgat., intra ad me, Jud. 4. v. 18., declina, Ruth. 4.
verſ. 1., *Plural.* סוּרוּ נָא אֶל־בֵּית עַבְדְּכֶם divertite, decli-
nate, quæſo, ad domum ſervi veſtri, Geneſ. 19. v. 2.,
סוּרוּ נָא מֵעַל אָהֳלֵי, Numer. 16. v. 26., recedite, decli-
nate, diſcedite, quæſo, a tabernaculis; & *in hoc ſenſu oc-*
currit, 1. Sam. 15. v. 6., Pſal. 6. v. 9., 119. v. 115.,
139. v. 19., Iſa. 30. v. 11., 52. verſ. 11., Thren. 4.
verſ. 15. *Futur.* אָסוּר recedam, Deut. 2. verſ. 27., 2.
Sam. 22. v. 23. *Sed* אָסוּר, Gen. 40. v. 3., 2. Reg. 7.
v. 10., &c., vinctus, alligatus, *a rad.* אָסַר: *Cum* ה *pa-*
ragog. אָסֻרָה divertam, & *juxta Vulgat.* vadam, Exod. 3.
verſ. 3., לֹא תָסוּר *m.* non recedes, *ſive* nec declinabis,
Deuter. 17. v. 11., 28. v. 14., אַל־תָּסוּר ne declines,
Joſ. 1. verſ. 7., לֹא יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה non recedet ſcep-
trum de Jehudah, Gen. 49. v. 10. *Vide infra in dictione*
שֵׁבֶט: יָסוּר שָׁמָּה, 2. Reg. 4. v. 10., divertat huc; *Vulg.*
reddit optime, maneat ibi: יָסֻר הֵנָּה, Prov. 9. vv. 4. 16.,
declinet huc, *i. e.*, *accedat huc de via ſua*; *Vulg. vertit*,
veniat, declinet ad me; וַיָּסַר & receſſit, Exod. 8. verſ.
27., וַיָּסַר אֵלֶיהָ & divertit ad eam, Jud. 4. verſ. 18.,
ubi Vulgat. habet, qui ingreſſus tabernaculum ejus; *ita*
Ruth. 4. verſ. 1. *Aliud vide in Hiph. Cum affix.* יְסוּרַי
vide infra in nomine סוּר; תָּסוּר recedet, 1. Sam. 6. v.
3., 2. Sam. 12. v. 10., Prover. 27. v. 22., *Plur.* נָסוּר
declinabimus (ad civitatem, ad domum), Jud. 19. v.
12., 20. v. 8., & *cum* ה *paragog.* נָסוּרָה, Jud. 19. v.
11., declinabimus (ad civitatem); אַל־תָּסוּרוּ מֵאַחֲרֵי יְהוָה,
1. Sam. 12. verſ. 20., ne recedatis a Domino, & *juxta*
Vulg. nolite recedere a tergo Domini; וְלֹא תָּסוּרוּ כִּי אַחֲרֵי
הַתֹּהוּ, 1. Sam. 12. v. 21., & non declinetis utique poſt
idola; *quibuſdam hic videntur voces tranſpoſitæ; ordo autem*,
& *conſtructio iſtiuſmodi*, & ne declinetis poſt idola, quia
(ipſa non proſunt); *Vulgat. vertit*, & nolite declinare
poſt vana; לֹא תָסֻרוּ non recedetis, declinabitis, Deut. 5.

verſ. 29., *al.* 32., יָסוּרוּ, recedant, excidant, Deut. 4. verſ. 9., יָסוּרוּ בִי, Hoſe. 7. verſ. 14., rebellant contra me, refragantur mihi, *petita ſignificatione a* סרר, *ut arbitratur Jo. Simon*; *Sed Vulg.*, *aliique vertunt*, receſſerunt a me; *item* יָסֻרוּ recedent; וְיָסוּרוּ, *&* וְיָסֻרוּ & diverterunt. *Pih. Præter.* סוֹרֵר vagas efficit, Thren. 3. v. 11. *Vide &* *infra in* סָרַר. *Hiph.* הֵסִיר recedere fecit abſtulit, ſuſtulit, avertit, abduxit, amovit, removit, ſummovit, detraxit, depoſuit: *Præter.* הֵסִיר תְּפִלָּתִי amovit orationem meam, Pſalm. 66. verſ. 20. *Cum affix.* הֱסִירָהּ removit, amovit eam, 2. Paral. 15. verſ. 16., כִּי אִם־הֲסִרֹתָ nisi averteris, abſtuleris tu, 2. Sam. 5. v. 6., הֲסִירְכֶם *vide in Infin.*, וְהֵסִירָה *f.* & amovebit, Deuter. 21. verſ. 13., וַהֲסִירֹתָ & amoveas, 1. Reg. 2. verſ. 31., הֲסִרֹתִי amovi, abſtuli, 2. Sam. 7. v. 15., *Plural.* הֵסִירוּ amoverunt, 2. Paral. 30. verſ. 14. *Partic.* מֵסִיר removens, avertens, commutans, Job. 12. vv. 20. 24., Prover. 28. v. 9., Iſa. 3. v. 1., *Sed* מֻסֶרֶת *vide ſupra poſt* אָסַר *pag.* 55. *Infin.* הָסֵר removendo, amovendo, Geneſ. 30. v. 32., לְהָסִיר amovere, removere . auferre, abducere, Geneſ. 48. v. 17., לְהָסִיר אֵלָיו divertere ad ſe, 2. Sam. 6. v. 10. *Cum affix.* לַהֲסִירָהּ ad amovendam eam, *ſive*, *juxta Vulg.*, (uſque ad diem iſtam), qua auferetur, Jerem. 32. verſ. 31., עַד־הֲסִירְכֶם donec auferre, removere vos, *i. e.*, donec auferatis, Joſ. 7. v. 13. *Imper.* הָסִיר, Ezech. 21. v. 31., *&* הָסֵר, Eccleſ. 11. v. 10., הָסִירִי *fœm.*, 1. Sam. 1. v. 14., amove, remove; *Plur.* הָסִירוּ amovete; וְהָסִירוּ, *item* וְהָסִרוּ, Joſ. 24. v. 14., Jerem. 4. verſ. 4., & amovete: *Futur.* אָסִיר amovebo; *Aliud vide ſupra pag.* 55., וְאָסִיר, Iſa. 10. v. 30., *&* *cum* ה *paragog.* וְאָסִירָה, Jud. 9. v. 29., *&c*, & amovebo; וָאָסִיר & amovi, Ezech. 16. verſ. 50., תָּסִיר amovebis, Iſa. 58. v. 9., Jerem. 4. v. 1., יָסִיר removebit, Exod. 34. verſ. 34., *&* יָסֵר amoveat, removeat, Job. 9. verſ. 34., וְיָסֵר & amovebit, Exod. 8. verſ. 4., וַיָּסַר & removit, amovit, Geneſ. 8. verſ 13. *Cum affix.* וַיְסִירֵהוּ, 2. Paral. 36. v. 3, *item* וַיְסִרֵהוּ, 1. Sam. 18. verſ. 13., & amovit, & removit eum; וַיְסִרֶהָ & amovit eam, 1. Reg. 15. verſ. 13., יְסִירֶנָּה amovebit eam, Levit. 3.

vit. 3. v. 4., וַיְסִירֵם & amovebit eos, *vel* ea, 1. Sam. 17. v. 39., 2. Reg. 17. v. 18., *&* *fœm.* וְתָסֵר & amoveat, Hoſe. 2. v. 4., *item* וַתָּסַר & amovit, Geneſ. 38. vv. 14. 19., *Plural.* יָסִירוּ amovebunt. *Hoph.* הוּסַר amotus, remotus, ablatus fuit: וּמֵעֵת הוּסַר, Dan. 12. v. 11., *ubi adeſt ellipſis relativi* אֲשֶׁר, & a tempore, quo ablatum fuerit: *Partic.* מוּסָר מֵעִיר amota eſt, amovetur ab urbe, *id eſt*, ne ſit urbs, Iſa. 17. verſ. 1. *Plural.* הַמּוּסָרִים qui amoti erant, 1. Sam. 21. verſ. 7. *Futur.* יוּסַר auferetur, Levit. 4. v. 35.

סוּר Sur, *nom. portæ in templo Salomonis*, 2. Reg. 11. v. 6.

סוּר *m.* Averſus, *a bona ſcil. indole*; *hinc* degener, apoſtata: *Plur.* סוּרִים degeneres; *Sed* הַסּוּרִים *vide ſupra in* אָסַר *pag.* 55. *Conſtr.* סוּרֵי הַגֶּפֶן degeneres palmites vitis, Jerem. 2. verſ. 21. *Cum affix.* יְסוּרַי & degeneres mei, Jerem. 17. v. 13., *id eſt*, סוּרִים מִמְּךָ recedentes, deficientes a te, *juxta Vulg.*, *Kimchium*, *alioſque*; *aut* סוּרַי *eſt pro* סוּרִים. *Scribitur autem ab initio cum* י, *quaſi a* יָסַר, *ſed juxta Maſorethas legendum* וְסוּרַי: בְּסוּרָיו *vide ſupra ſub radice* אָסַר *pag.* 55.

סוּרָה *f.* Fugitiva, recedens, *i. e.*, *declinans a via*, *fugiens hominum occurſum*, *&* *oculos*, *ut exponit Guarin*, Iſa. 49. verſ. 21.

סִיר, סִירָה, *&* *plur.* סִירִים, סִירוֹת *Vide infra pag.* 858.

סָרָה *f.* Receſſio, dimotio, averſio, apoſtaſia, prævaricatio, defectio, Deuter. 13. v. 5., Iſa. 1. v. 5., *&c.* *Aliud vide ſupra in ipſo verbo* סוּר: מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה, Iſa. 14. verſ. 6., plaga ſine dimotione, *id eſt*, immota permanente, *ſive*, *juxta Vulg.*, inſanabili; *Conſtr.* סָרַת *vide ſupra in verbo*.

סַר *m.* Faſtidioſus, *quaſi* avertens ſe *ab omnibus*; *Sed Vulg.*, *aliiſq. eſt*, ægre ferens, indignans, audire contemnens, contumax, 1. Reg. 20. v. 43., *ubi* Pathach *eſt loco* Kametz. *Plural. conſtr.* כֻּלָּם סָרֵי סוֹרְרִים, Jerem. 6. v. 28., omnes refractariorum maxime refractarii; *Sed LXX. reddiderunt*, omnes inobedientes; *Vulg. habet*, omnes iſti principes declinantes; *legebat* שָׂרֵי *pro* סָרֵי, *ut notat Guarin*.

סוּת Seduxit, abduxit, *ſive* phyſice, *ſive* moraliter, perſuadendo *ſcil.*, *&* inſtigando *ad rem vel* indifferentem, *vel*

vel malam. *Sed in Kal non occurrit. Hiph. Præter. cum aff.* הֱסִיתְךָ בִּי incitat, incitavit te contra me, 1. Sam. 26. verſ. 19., *ſed* הֲסִיתְךָ avertit, abduxerit, abducet te, Job. 36. verſ. 16., הֵסַתָּה אֹתוֹ, *pro* הֱסִיתָה, inſtigavit, ſeduxit eum, 1. Reg. 21. v. 25., *Plural. cum affix.* הֱסִיתוּךָ incitarunt, deceperunt te, Jerem. 38. v. 22. *Particip.* מַסִּית incitans, pelliciens, 2. Paral. 32. verſ. 11., Jerem. 43. verſ. 3. *Futur. cum affix.* וַתְּסִיתֵנִי בוֹ & incitaſti me in illum, Job. 2. v. 3., פֶּן־יַסִּית ne ſeducat, Iſa. 36. v. 18., וַיָּסֶת & incitavit, inſtigavit, ſeduxit, 2. Sam. 24. v. 1., 1. Paral. 21. v. 1. *Cum affix.* יְסִיתְךָ ſeducet, ſeducat, inſtiget te, Deut. 13. v. 7., Job. 36. v. 18., וַיְסִיתֵהוּ & incitavit, inſtigavit eum, 2. Paral. 18. v. 2., וַיְסִיתֵם & abduxit eos, 2. Paral. 18. v. 31., *item fœm.* וַתְּסִיתֵהוּ & inſtigavit eum, *ſive* & perſuaſit illi, Joſ. 15. verſ. 18., Jud. 1. verſ. 14.

סות *Vide ſupra ſub rad.* כסה.

סחב Traxit, raptavit, diſtraxit: *Item, juxta LXX., & Vulg.*, putreſcit: *Præter. plur.* וְסָחַבְנוּ אֹתוֹ & trahemus eum, 2. Sam. 17. v. 13. *Infin.* סָחוֹב trahendo, Jerem. 22. verſ. 19., *a LXX., & Vulgat. ibidem redditur*, putrefactus; לִסְחֹב ad trahendum, *& juxta Vulg.*, ad lacerandum, Jerem. 15. v. 3., *Futur. plur. cum affix.* יִסְחָבוּם raptaverint eos, Jerem. 49. v. 20., *ubi Vulg. habet*, (ſi non) dejecerint eos.

סְחָבָה *f. Inde plur.* סְחָבוֹת, Jer. 38. vv. 11. 12., extracta, *i. e.*, *abjectæ, & laceræ veſtes; ſed Jo. Simon, aliique vertunt*, (veteramenta) diſtractionum, *i. e.*, *partes veſtium* trahendo *per terram* laceratæ, & attritæ; *Vulg. reddit* (veteres) pannos.

סחה *In Kal inuſit. Pih.* סִחָה expurgavit, abraſit: *Præter.* וְסִחֵיתִי עֲפָרָהּ & abradam pulverem ejus, Ezech. 26. verſ. 4. *Niph. futur.* יִסַּח *vide in* נסח.

סְחִי *m.* Abraſio, purgamentum, ſordes, Thren. 3. v. 45., *ubi Vulg. reddit*, eradicationem (poſuiſti). *Hinc quidam deducunt* כַּסּוּחָה ſicut ſordes, Iſa. 5. verſ. 25. *Sic Targum* כְּסְיָחְתָא, *cum quo conſentit R. Salom. Vide* כסח.

סחף Abduxit, everrit, *more torrentis, aut aquæ inundantis: Particip.* מָטָר סֹחֵף pluvia everrens, Prover. 28. v. 3.,

v. 3., *ubi a LXX.*, *& Vulg. redditur* imber vehemens. *Niph. præter.* נִסְחַף אַבִּירֶיךָ everritur quiſque robuſtorum tuorum, *& juxta Vulgat.* computruit fortis tuus, Jerem. 46. verſ. 15.

סָחַר Circuivit, *negotiandi cauſa*, mercatus, negotiatus, nundinatus eſt: *Præter. plural.* סָחֲרוּ circumeunt *negotiandi cauſa*, nundinantur, Jerem. 14. v. 18. *Partic.* סֹחֵר *vide inter nomina*: *Imperat. plur. cum affix.* וּסְחָרוּהָ & circuite eam, negotiamini in ea, Geneſ. 34. verſ. 10. *Futur. plur.* וְיִסְחֲרוּ אֹתָהּ & negotiati ſunt in ea, Gen. 34. verſ. 21., אֶת־הָאָרֶץ תִּסְחָרוּ, Geneſ. 42. verſ. 34., terram obibitis, *nempe commercii cauſa*; *optime vertit Vulg.*, emendi habeatis licentiam. *Hinc*, *geminatis poſterioribus duabus radicalibus*, *Præterit.* לִבִּי סְחַרְחַר cor meum circumit, palpitat, Pſalm. 38. v. 11. *Vide*, *quæ ſequuntur*.

סֹחֵר *m.* Negotiator, mercator, Proverb. 31. verſ. 14. *Plur.* סֹחֲרִים mercatores, Gen. 37. verſ. 28. *Conſtr.* סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ mercatores regis, 2. Par. 1. v. 16. *Cum affix.* סֹחֲרֶיהָ mercatores ejus, Iſa. 23. v. 8. *Fœm.* סֹחֵרָה, *vel* סֹחֶרֶת negotiatrix: *Cum affix.* סֹחַרְתֵּךְ negotiatrix tua, Ezech. 27. vv. 12. 16.

סַחַר *m.* negotiatio, mercatura, mercimonium, mercatus, merx: *Cum affix.* סַחְרָהּ negotiatio, merx ejus, Iſa. 23. verſ. 18.

סְחַר *m. Idem*: *Conſtr.* סְחַר גּוֹיִם mercatus gentium, Iſa. 23. verſ. 3., מִסְּחַר־כָּסֶף præ negotiatione argenti, Prover. 3. verſ. 14.

סְחֹרָה *f. Idem*: *Conſtr.* סְחֹרַת יָדֵךְ, Ezech. 27. verſ. 15., negotiatio manus tuæ, *h. e*, (*inſulas multas*) *adit manus tua ad emendum*, *& vendendum*.

מִסְחָר *m. Idem*: *Conſtr.* וּמִסְחַר הָרֹכְלִים & mercaturam aromatariorum, 1. Reg. 10. v. 15.

סֹחֵרָה *f.* Parma, *munimentum* ambiens, *&* circumtegens *ab hoſtium injuria*, Pſalm. 91. v. 4.

סֹחֶרֶת *f.* Sochæreth, *lapidis præſtantis ſpecies*, Eſth. 1. v. 6. *Videtur pavimento magnifico adhibitus fuiſſe*. *Variant interpretes in hujuſce lapidis ſpecie aſſignanda*: *Nam quibuſdam eſt* lapis hyacinthinus; *aliis* lapis pyriticus; *aliis* marmor,

mar.

marmor nigrum, marmor varicolor; *aliis* onyx, *ſive* alabaſtrites, *ex quo* pavimenta.

סְחַרְחַר *Vide ſupra in* סחר.

סחש *Inuſit. Inde* סָחִישׁ *maſc.* ſponte renatum; 2. Reg. 19. verſ. 29., *quod ſcil. ex praecedentis anni frugibus* ... *ſeſſis* ſponte recreſcit: *Et tranſpoſitis literis* ש, *&* ס, שָׁחִים, Iſa. 37. v. 30.

סיג *m.* Scoria: *Cum praefix.* לְסוּג, Ezech. 22. v. 18., *ubi juxta Maſſorethas legendum* לְסִיג, in ſcoriam; *Plural.* סִיגִים, Pſalm. 119. verſ. 119., ſcoriæ; *ſed LXX. reddiderunt*, παραβαίνοντας prævaricantes; הָגוֹ סִיגִים, Prov. 25. verſ. 4., auferendo ſcorias; *LXX. habent*, τύπτε ἀδόκιμον percute improbatum (argentum); *Vulgat.*, *Sym.*, *aliique vertunt*, aufer rubiginem (de argento); סִיגִים מְצֻפֶּה, Prov. 26. v. 23., ſcoriis obductum; *Vulg. ibidem ſenſum expreſſit*: *Et defective, primo videl.* Jod *deficiente*, סִגִים ſcoriæ, Ezech. 22. v. 18., *&* *cum praefix.* לְסִגִים in ſcorias, Iſa. 1. v. 22., Ezech. 22. v. 19., *Inde cum affix. f.* סִגָיִךְ ſcorias tuas, Iſa. 1. v. 25.

* סִיוָן *Vide in* סון *pag* 850.

סיר *c.* Spina, *a* סוּר, *q. d.*, averſio *ab acceſſu*, *&* *tactu*: *Plur. m.* סִירִים ſpinæ, Iſa. 34. v. 13 Nahum. 1. verſ. 10., הַסִּירִים ſpinæ, Eccl. 7. v. 6., בַּסִּירִים ſpinis, Hoſe. 2. v. 8. *Item* סִיר *eſt* olla, *in qua res coctiles* ferveſiunt; *Hinc quidam arbitrantur*, ollam *dictam fuiſſe* סִיר *a radice Arabica*, *videl.* efferbuit vehementer; *in hunc ſenſum uſurpatur*, Exod. 16. v. 3., *&c.*, בַּסִּיר in olla, 2. Reg. 4. v. 40., Mich. 3. v. 3., *ubi Vulg. reddit*, in lebete; כַּסִּיר ſicut olla, Job. 41. v. 23., לַסִּיר in ollam, *& juxta Vulg.* in lebetem, Ezech. 11. verſ. 11. *Fœm.* סִירָה; *inde plur.* הַסִּירוֹת, *&* *abſque* vau, הַסִּירֹת, Exod. 38. verſ. 3., 1. Reg. 7. verſ. 45., ollæ, lebetes; *Cum praefix.* בְּסִירוֹת, Amoſ. 4. verſ. 2., cum hamis, *qui dicti videntur* סִירוֹת, *quod inſtar* ſpinarum *pungant*, *&* *penetrent*; *verum Vulg.*, *aliique vertunt*, in ollis; *item* בַּסִּירוֹת in ollis, *ſive juxta Vulgat.*, in lebetibus, 2. Paral. 35. verſ. 13. *Cum affix.* סִירֹתָיו ollas, *&* *juxta Vulg.* lebetes ejus, Exod. 27. verſ. 3., סִירֹתֵיכֶם ollæ veſtræ, *&* *juxta Vulgat.* ſpinæ veſtræ.

סכך

סָכַךְ Texit ; obtexit, protexit, obduxit, operuit. *Sæpe conſtruitur cum accuſat.*, *vel cum* ב, עַל, *&* ל, *interdum etiam* ס *commutatur in* ש: *Præter.* וְסַכֹּתָ & obteges, Exod. 40. v. 3., *cum* ה *paragog.* סַכּוֹתָה, *&* סַכֹּתָה operuiſti, obtexiſti, obumbraſti, Pſalm. 140. v. 8., Thren. 3. vv. 43. 44. *Et cum* ש *loco* ס, וְשַׂכֹּתִי כַפִּי עָלֶיךָ & obtegam te manu mea, Exod. 33. v. 22. *Partic.* סוֹכֵךְ protegens, *vel* protector, Ezech. 28. v. 14. *Plural.* סֹכְכִים obtegentes, Exod. 25. v. 20. *Futur. cum affix.* תְּסֻכֵּנִי obtexiſti me, Pſalm. 139. v. 13. *Plural.* וַיָּסֹכּוּ & obtegebant, obtexerunt, 1. Reg. 8. v. 7., *Cum affix.* יְסֻכֻּהוּ tegent, tegunt eum, Job. 40. v. 22. *Pih.*, *geminatis duabus primis radicalibus*, סִכְסֵךְ; *unde* וְסִכְסַכְתִּי, Iſa. 19. verſ. 2., *varie redditur*, *ab LXX.* & incitabuntur; *ab Aq.*, & ſeditiones movebo; *a Sym.*, & committam; *a Vulg.*, & concurrere faciam; *a Jo. Simone*, & armabo, *vel* ſtrenuum reddam; *ab aliis*, inſtigabo; *vide in* סוּךְ: *Futur. cum affix.*, *&* ס *in* ש *commutato*, תְּשֹׂכְכֵנִי texiſti me, Job. 10. v. 11., יְסַכְסֵךְ, Iſa. 9. v. 10., commiſcebit, exſtimulabit, *juxta quoſdam*; *ſed Joa. Simon radicem Arab. ſequutus vertit*, armabit, ſtrenuos reddet; *Vulg. habet*, in tumultum vertet. *Hiph. Partic.* מֵסִיךְ הוּא אֶת רַגְלָיו, Jud. 3. v. 24., *cum* Chirek *loco* Tzere, tegit ipſe pedes ſuos; *Vulg. reddit* purgat alvum in æſtivo cubiculo; *quibus verbis optime ſenſum expreſſit*; *ut enim notant Eruditi*, *quum Hebræi geſtarent tunicas laxas*, *& circa corpus fluentes*, *fiebat*, *ut*, *dum corpus incurvarent ad purgandum alvum*, *tunica demitteretur in terram uſque*, *atque ita* pedes purgantis alvum tegeret. *Sacer itaque Auctor honeſtiſſima locutione habitum* egerentis *exprimere volens ſcripſit*: tegit ipſe pedes ſuos: *Sic etiam Inſin.* לְהָסֵךְ אֶת־רַגְלָיו, 1. Sam. 24. v. 4, ad tegendum pedes ſuos; *Vulg. autem vertit*, ut purgaret ventrem: *Futur.* וְתָסֵךְ עָלֵימוֹ & proteges, obteges eos, Pſalm. 5. v. 12., יָסֶךְ לָךְ teget te, obrumbrabit tibi, Pſal. 91. v. 4., וַיָּסֶךְ עַל אֲרוֹן & obtexit arcam, Exod. 40. v. 21., וַיָּסֶךְ אֱלוֹהַּ בַּעֲדוֹ, Job. 3. v. 23., & texit Deus circa eum, *ſive*, *ut alii reddunt*, & præcluſit Deus illi, *vel* propter illum; *Vulg. habet*, & circumdedit

dedit eum Deus tenebris; וַיָּסֶךְ בִּדְלָתַיִם יָם : Job. 38. v. 8., & texit foribus mare, *metaphorica locutio, i. e., incluſit ſuis cavis, & limitavit litoribus; Vulg. vertit*, qui concluſit oſtiis mare; *Aliud vide in* סוך.* *Hoph. Futur.* יֻסַּךְ tegetur, *pro* יוסך, Exod. 25. v. 29. *Vide, quæ ſequuntur, nomina.*

סֹךְ, שֹׂךְ *m.* Tugurium, tabernaculum: *Item* latibulum, q[illegible] tectio: *Cum affix.* וַיְהִי בְשָׁלֵם סֻכּוֹ, Pſal. 76. verſ. 3., & extitit, & eſt in Salem, *i. e.*, in Jeruſalem, *vel* in Solymis tugurium, *ſive* tabernaculum ejus; *Vulg. vertit*, & factus eſt in pace locus ejus; *Sed* סֻכּוֹ *apud* Jerem. 25. v. 38., (dereliquit) latibulum, *& juxta Vulgat.* umbraculum ſuum; *&* ס *mutato in* שׂ, וַיַּחְמֹס כַּגַּן שֻׂכּוֹ, Thren. 2. v. 6., & diripuit, & diſſipavit, quaſi hortum, tugurium, tentorium ſuum; *Et cum* ה *in fine loco* ו, כְּאַרְיֵה בְסֻכֹּה, Pſalm. 10. v. 9., ut leo in latebra ſua, in latibulo ſuo; *Vulg. vertit*, quaſi leo in ſpelunca ſua; כִּי יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּה, Pſalm. 27. v. 5., quia abſcondit me in tabernaculo ſuo.

סַךְ *Vide ſupra in* סוך.

סֻכִּיִּים Sukkiiim, *& juxta Vulgat.* (*ex Græco*) Troglodytæ, *nom. propr. populorum*, 2. Paral. 12. v. 3.

סֻכָּה *f.* Tabernaculum, tentorium, tegumentum, tugurium, umbraculum, Iſa. 4. v. 6., Jon. 4. v. 5., בַּסֻּכָּה in tabernaculo, Pſal. 31. v. 21., בַסֻּכָּה in latibulis, *ſive juxta Vulgat.*, in ſpecubus, Job. 38. v. 40., וּכְסֻכָּה & ſicut tugurium, umbraculum, Job. 27. v. 18., Iſa. 1. verſ. 8. *Conſtruct.* אֶת־סֻכַּת דָּוִיד tugurium Davidis, Amoſ. 9. verſ. 11. *Cum affix.* תְּשֻׁאוֹת סֻכָּתוֹ, Job. 36. verſ. 29., fremitus, *vel* fragores, ſtrepitus, tonitrua, *ſive juxta quoſdam*, elevationes tentorii, tabernaculi, *ſive* firmamenti ejus, *ſcil. nubis, vel Dei, i. e.*, in nube, *quæ Deo dicitur eſſe vice* tentorii, *in quo Deus velut habitare videtur, cum illinc admiranda ſua opera, pluvias videlic., tonitrua, &c., in hæc inferiora exerit*: סֻכָּתוֹ tugurium ſuum, Pſal. 18. v. 12.; *Plural.* סֻכּוֹת, *&* סֻכֹּת latibula, tabernacula, tuguria, 2. Sam. 22. verſ. 12., Nehem. 8. vv. 15. 16. 17., בַּסֻּכּוֹת, *&* בַּסֻּכֹּת in tabernaculis; הַסֻּכּוֹת tabernaculorum, tuguriorum, Lev. 23. v. 34. *Vide, quæ ſequuntur.*

סִכּוּת

סֻכּוֹת, & סֻכֹּת Succóth, & *juxta Vulg.* Sochoth, *nom. propr. loci, a tuguriis ſic dicti*, Geneſ. 33. v. 17., *eſt & nom. civitatis in Tribu Gad, in planitie Jordanis*, Joſ. 13. v. 27., 1. Reg. 7. v. 46.

סֻכּוֹת בְּנוֹת Sochoth benoth, 2. Reg. 17. v. 30., *de re ibidem ſignificata varii ſunt Interpretes: Quibuſdam eſt* fanum, *ſive* fana *in honorem Veneris erecta; Aliis eſt* gallina cum pullis, *cujus imaginem colebant Babylonii ſub hoc nomine; Aliis eſt* conſtellatio cœleſtis, *quam vulgò vocant* gallinam pullinariam, *& docti* Pleïades, *ſeu* Virgilias, *hactenus Guarin.*

סֻכֹּתָה, *cum* ה *locali*, in Sochoth, Exod. 12. v. 37.

סִכּוּת *f.* Tabernaculum, Amoſ. 5. v. 26.

מָסָךְ *m.* Tegumentum, velum, velamen, Exod. 26. v. 36. *Conſtr.* וְאֶת מָסַךְ & tegumentum, Exod. 35. v. 17.

מוּסָךְ Tegmen: *Conſtr.* וְאֶת מוּסַךְ הַשַּׁבָּת & tegmen ſabbathi, 2. Reg. 16. v. 18., *Vulg. dictionem* מוּסָךְ *ut nom. propr. accepit, reddiditque*, Muſach quoque ſabbati; *Aliis* מוּסָךְ *eſt* ſolium opertum, *in quo* ſabbathis *rex ſedebat, vel ad audiendam legem, vel ut ſacrificiis intereſſet.*

מְסֻכָּה *f.* Operimentum: *Cum affix.* מְסֻכָתֶךָ operimentum tuum, Ezech. 28. v. 13.

מְסוּכָה *Vide in* שׂוּךְ.

סכל Stupidus, ſtultus fuit, *in Kal inuſit. Niph. præter. in pauſa* נִסְכָּלְתָּ ſtulte egiſti, 2. Paral. 16. v. 9., נִסְכַּלְתִּי ſtulte egi, 2. Sam. 24. v. 10., 1. Paral. 21. v. 8. *Pih.* סִכֵּל ſtultum reddidit, *vel* efficit, infatuavit: *Imperativ.* סַכֶּל־נָא ſtultum redde nunc, 2. Sam. 15. v. 31. *Futur.* וְדַעְתָּם יְסַכֵּל & ſcientiam eorum infatuaturus eſt, *ſive* infatuabit, ſtolidam reddet, ſtultam facit eſſe, Iſa. 44. v. 25. *Hiph. Præter.* הִסְכַּלְתָּ עֲשׂוֹ, Geneſ. 31. v. 28., ſtulte egiſti faciendo ſic, *vel* faciendo hoc; *LXX., Chald., Vulgat. reddunt*, ſtulte operatus es; הִסְכַּלְתִּי ſtulte egi, 1. Sam. 26. verſ. 21.

סָכָל *m.* Stultus, ſtolidus: הֶחָכָם יִהְיֶה אוֹ סָכָל utrum ſapiens futurus ſit, an ſtultus? Eccleſ. 2. v. 19., וְהַסָּכָל & ſtultus, Eccleſ. 10. v. 14., *Cum præfix., & ה redundante*, כְּשֶׁהַסָּכָל quando ſtultus, Eccl. 10. v. 3. *Plur.* בָּנִים סְכָלִים filii ſtulti, Jerem. 4. v. 22.

סֶכֶל *m.* Stultitia, ſtoliditas, Eccleſ. 10. v. 6.

סִכְלוּת *fœm.* Stultitia, ſtoliditas, error, inſcitia, ignorantia, Eccleſ. 2. verſ. 12., 10. vv. 1. 13., הַסִּכְלוּת, ſtultitia, Eccleſ. 2. v. 13., 7. v. 25., *& cum* ש *loco* ס, וְשִׂכְלוּת & ſtultitia, Eccleſ. 1. v. 17.

סָכַן Utilis fuit, profuit, *& Arab.* familiaris fuit: *Eſt autem magis Chaldaicum, quam Hebraicum; unde adverſa ſignificata traducitur: Partic. cum præfix.* הַסֹּכֵן *maſc.*, Iſa. 22. v. 15., promus condus, theſaurarius, præfectus aulæ *juxta quoſdam, quaſi publicus* adjutor *dictus, qui* prodeſt *multis; Sed ab Aq redditur, σκηνῶν* tabernacula figens; *a Sym.*, *σκηνοποιῶν* tabernaculorum artifex; *a Vulgat.*, qui habitat in tabernaculo; *Fœm.* סֹכֶנֶת, 1. Reg. 1. v. 2., adjutrix, *quæ* prodeſt, *&* utilitatem adfert; *Sed a LXX.*, *Vulg.*, *aliiſque redditur*, fovens, *vel* calefaciens *regem*; *quod & Kimchi ſequitur, confirmatque ex Arab.* סחן caluit, incaluit; *a Jo. Simone redditur*, miniſtra familiaris, *&* conſuetudinaria: *Futur.* הוֹכֵחַ בְּדָבָר לֹא יִסְכּוֹן, Job. 15. verſ. 3., arguere, *vel* diſputare ſermone, *ſive* verbo, quod non prodeſt; הַלְאֵל יִסְכָּן־גָּבֶר כִּי יִסְכֹּן עָלֵימוֹ מַשְׂכִּיל, Job. 22. verſ. 2., an Deo proderit, *vel* prodeſſe poterit vir, quando proderit ſibi ipſi ſapiens? *h. e.*, *num Deo profuerit, ſi vir prudens conſulat ſuæ utilitati, & ſaluti?* לֹא יִסְכָּן־גָּבֶר בִּרְצֹתוֹ עִם־אֱלֹהִים, Job. 34. v. 9., non prodeſt, *vel* proderit viro, *ſive* nihil commodi habebit vir, quando ambulaverit cum Deo, *ſive* cum acquieverit Deo, *i. e.*, *cum fecerit voluntatem Dei; Vulg. reddit*, non placebit vir Deo, etiamſi cucurrerit cum eo; *Alii aliter vertunt*; מַה־יִּסְכָּן־לָךְ quid proderit tibi? Job. 35. verſ 3. *Niph.* נִסְכַּן periclitari, *qua ſignificatione Chaldæis, & Rabbinis uſitatiſſimum: Futur.* יִסָּכֶן בָּם periclitabitur in eis, Eccleſ. 10. v. 9. *Hiph.* הִסְכִּין ſolitus fuit, aſſuevit, aſſuefactus fuit: *Præt. cum* ה *parag.* וְכָל־דְּרָכַי הִסְכַּנְתָּה, Pſal. 139. v. 3., omnium viarum mearum aſſuefactus es, *i. e.*, peritus, *vel*, *juxta alios*, & omnes vias meas familiares, notas tibi feciſti: *Vulg. habet*, & omnes vias meas prævidiſti; הִסְכַּנְתִּי conſuevi, ſolita ſum, Num. 22. v. 30. *Infinit. cum præfix.* הַהַסְכֵּן an conſueſcendo, num ſolendo

ſo-

(ſolita ſum) ? Numer. 22. v. 30. *Imper.* הַסְכֶּן־ aſſueſce, Job 22. v. 21., *ubi Vulg. reddit*, acquieſce.

מִסְכֵּן *m.* Indigus, penurioſus, *qui de ſuo aliis non poteſt* prodeſſe, *ſed aliorum auxilio opus habet*, Eccleſ. 4. v. 13. ; 9. vv. 15. 16.

מְסֻכָּן *m.* *Idem*, Iſa. 40. verſ. 20., *juxta Kimchium, alioſque*; *Ab. Eſra vertit*, præfectus, theſaurarius oblationum; *Sed a R. Salomone redditur* aſſuefactus, edoctus.

מִסְכֵּנֻת *pro* מִסְכֵּנוּת *f.* Penuria, paupertas; *hinc cum præfix.* בְּמִסְכֵּנֻת in penuria, in paupertate, Deut. 8. v. 9.

מִסְכְּנוֹת *f. p.* Penuria, apothecæ, theſauri, promptuaria, armamentaria: עָרֵי מִסְכְּנוֹת, Exod. 1. verſ. 11., urbes theſaurorum, *vel* armamentariorum; *Vulg. reddit*, urbes tabernaculorum; *Sed* 2. Paral. 8. v. 4., 16. v. 4., 17. v. 12. *vertit*, urbes muratas, munitiſſimas; *item* 2. Paral. 32. verſ. 28. *vertit*, apothecas; עָרֵי הַמִּסְכְּנוֹת civitates theſaurorum, 1. Reg. 9. v. 19.

סְכַסְךְ *Vide ſupra in* סָכַךְ *pag.* 859.

סָכַר Clauſit, occluſit, concluſit, incluſit, obturavit, tradidit; *in Kal inuſit. Partic. enim plur.* סֹכְרִים, Eſdr. 4. v. 5., *ſcriptum eſt pro* שֹׂכְרִים mercede conducentes. *Niph. futur.* יִסָּכֵר obturabitur, occludetur, obſtruetur, Pſalm. 63. verſ. 12., *Plur.* וַיִּסָּכְרוּ מַעְיְנֹת תְּהוֹם & obturati, occluſi, clauſi ſunt fontes abyſſi, Geneſ. 8. v. 2., *ubi Ab. Eſra ſcribit*, סָכַר *idem eſſe quod* סָגַר, *commutatis inter ſe* ג, & כ. *Pih. præter.* וְסִכַּרְתִּי & concluſi, *ſive*, *juxta alios*, & concludendum dabo, tradam, Iſa. 19. v. 4.

שֶׂכֶר *m.* Iſa. 19. v. 10., *ubi, ut quibuſdam videtur*, ש *eſt loco* ס; *ſed hoc vide infra ſub litera* ש.

סכת *In Kal inuſit. Hiph.* הִסְכִּית auſcultavit, attendit: *Imper.* הַסְכֵּת attende, Deut. 27. v. 9.

סְכוּת *Vide ſupra pag.* 860., 861.

סָלָא Æſtimavit, taxavit; comparavit, æquiparavit: *In Kal inuſit. Inde Puh. part. plur.* הַמְסֻלָּאִים בַּפָּז, Thr. 4. v. 2., taxati, æſtimati contra aurum, *juxta quoſdam*; *Sed LXX. reddiderunt*, οἱ ἐπηρμένοι ἐν χρυσίῳ elevati (*ex uſu Chald.*) in auro, *q. d.* auro appenſi, *in trutina* auri *pondere* elevati, *ut notat Guarin*; *Vulg. habet*, amicti

auro primo : *Futur. cum* ה *loco* א. , לֹא תְסֻלֶּה non æſtimabitur , *& juxta Vulg.*, non conferetur , nec componetur , Job. 28. vv. 16, 19.

סִלָּא Sillá , *& juxta Vulg.* Sella , *nom. propr. loci* , 2. Reg. 12. verſ. 21.

סַלֻּא Sallú , *& juxta Vulg.* Sellu , *nom. propr. viri* , Nehem. 11. verſ. 7.

סָלוּא Salu , *nom. propr. viri* , Num. 25. verſ. 14.

סַלּוּא Sallú , *& juxta Vulg.* Salo , *nom. propr. viri* , 1. Paral. 9. verſ. 7.

סלד Æſtuavit , *juxta quoſdam* ; *ſed alii in varias abeunt interpretationes* : *In Kal non occurrit*. *Pih.* סִלֵּד : *Inde Futur. cum* ה *paragog.* וַאֲסַלְּדָה בְחִילָה , Job. 6. verſ. 10. , & exæſtuo dolore , *juxta R. Levi* : *Aben Eſra reddit* , obdureſco : *Rabbinis etiam* orare , *ſimpliciter* precari *eſt* ; *quam ſignificationem R. Anſchel in ſuo Lexico Hebræo-germanico ſequitur* : *Sed LXX ſunt interpretati* , ἡλλόμην ſaltabam ; *Vulg. habet* , ut affligens me dolore ; *Paraphraſt Chald.* , & exultabo in fervore , *vel* bulliam præ fervore ; *Alii reddunt* , & confortabor , *ſive* roborabo me in infirmitate mea ; *Tandem Joa. Simon* , *poſt aliorum ſententias* , *exiſtimat* , סלד *idem eſſe cum Arab.* סרל laxavit , dimiſit , libere ire permiſit , *ut ſenſus laudati loci ſit* , & erit , *vel* ſit adhuc ſolatium meum , ut laxem , *ſeu* libere ire permittam dolorem , non parcat , *vel* parceret , *ſcil. Deus*.

סֶלֶד Séled , *& juxta Veneta* Saled , *nom. propr. viri* , 1. Paral. 2. verſ. 30.

סלה Stravit , proſtravit , conculcavit : *Et juxta Chald.* , *Syr.* , *Vulg.* , *alioſque* rejecit , abjecit , reſpuit , ſprevit , averſatus , abominatus eſt : *Præter.* סָלִיתָ כָּל־שׁוֹגִים conculcas omnes errantes , Pſalm. 119. v. 118. , *Vulgat. reddit* , ſpreviſti omnes diſcedentes (a judiciis tuis). *Pih. præter.* סִלָּה conculcat , proſtravit , *& juxta Vulg.* abſtulit , Thren. 1. verſ. 15. *Sed Futur. in Pyh.* תְּסֻלֶּה *vide in* סלא. *Vide etiam poſt* סלל *pag.* 866.

סֶלָה Sælah , *vocabulum* , *ſive nota muſica per ſe nihil ſignificans* ; *Ideo Vulg.* , *Arab.* , *aliique hanc vocem omittunt in verſionibus ſuis* , *in quibus metri ratio perit* ; *hinc & LXX.* , *&*

Sym., *& Theod. vertunt* διαψαλμα, *quod Suidas vertit* mutationem cantus, *ita in Synopſi Criticorum*: *R. D. Kimchi ſcribit*, elevationem *ſignificare*, *quaſi à* סָלַל *irregulari forma deductum*, *quod ibi cantores vocem* elevarent. *Poſſet & à* סָלָה *eſſe*, *quaſi vocis* ſternendæ *&* remittendæ *ſymbolum*, *notans communem pauſam*, *in qua voces omnes æquabili*, *& temperato concentu quaſi* ſternebantur, *&* pauſabant, *non tam moderatæ reſpirationis*, *quam gravis cujuſdam ſuavitatis cauſa*. *Apud Rabbinos etiam eſt* נֶצַח ſempiternum, perpetuo, in ſeculum. *Sic Chaldaice*, *pro* סֶלָה, *in Targum legitur* לְעָלְמֵי עָלְמִין, Pſalm. 44. verſ. 9.

סַל *Vide infra poſt* סלל *pag.* 867.

סַלַּי Sallài, *nom. propr. viri*, Num. 11. verſ. 8.

סָלַח Condonavit, remiſit, propitius fuit: *Conſtruitur cum* ל, *ſive* Dativo: *Præter.* וְסָלַחְתָּ לַעֲוֹנֵנוּ & condonaſti, *ſive*, *juxta Vulg.*, & auferas iniquitates noſtras, Exod 34. verſ. 9., וְסָלַחְתִּי & condonabo, & propitius ero, Jerem. 33. v. 8., *Particip.* הַסֹּלֵחַ qui ignoſcit, qui propitiatur, *ſive* condonans, Pſalm. 103. v. 3. *Infinit.* סְלֹחַ ignoſcere, condonare, propitiari, Deut. 29. verſ. 19., *Cum præfix.* לִסְלֹחַ, *&* לִסְלוֹחַ propitiari, ad ignoſcendum, 2. Reg. 24. verſ. 4., Iſa. 55. v. 7. *Imper.* סְלַח, Numer. 14. v. 19., Amoſ. 7. v. 2., *& cum* ה *paragog. in pauſa* סְלָחָה, Dan. 9. v. 19., condona: *Futur.* אֶסְלַח condonabo, Jerem. 31. verſ. 34., *& cum Vau redundante*, אֶסְלוֹחַ, Jer. 5. v. 7., condonabo, propitius ero; יִסְלַח condonabit. *Niph. præter.* וְנִסְלַח לוֹ & condonabitur ipſi, Num. 15. v. 28.

סַלָּח *m.* Condonator: טוֹב וְסַלָּח, Pſal. 86. v. 5., bonus, & condonator, *ſive* & ignoſcens, *ſcil. ad dandum*, *& condonandum promptus*; *LXX.*, *& Vulg. habent.*, ſuavis, & mitis.

סְלִיחָה *f.* Condonatio, remiſſio: כִּי־עִמְּךָ הַסְּלִיחָה, Pſal. 130. verſ. 4., nam tecum eſt condonatio; *& juxta Vulg.* quia apud te propitiatio eſt. *Plural.* אֱלוֹהַּ סְלִיחוֹת, Nehem. 9. v. 17., Deus condonationum; *& juxta Vulg.* Deus propitius; וְהַסְּלִחוֹת & condonationes, *ſive*; *ut habet Vulgat.*, & propitiatio, Dan. 9. verſ. 9.

סָלַל Aggeravit, contumulavit, extulit, exaltavit: *Eſt proprie* viam, *aggeſta terra*, ſternere, *&* elevare; *unde deinceps*

 latiori

latiori extollendi *ſignificatione ſumitur*: *Partic. præter. fœm.* דֶּרֶךְ לֹא סְלוּלָה via non aggeſta, *&* *juxta Vulg.* itinere non trito, Jerem. 18. v. 15., *item* וְאֹרַח יְשָׁרִים סְלֻלָה, Prov. 15. v. 19., iter rectorum eſt exaggeratum, *i. e.*, *recti incedunt in plano*, *&* *tuto*; *unde Vulg. egregie vertit*, via juſtorum abſque offendiculo: *Imper. plur.* סֹלּוּ לָרֹכֵב, Pſal. 68. v. 5., extollite equitantem; *Vulg. reddit*, iter facite ei, qui aſcendit *&c.*, סֹלּוּ־סֹלּוּ פַּנּוּ־דָרֶךְ, Iſa. 57. verſ. 14., aggerate, aggerate, vacuam facite, *ſive* complanate, repurgate viam; סֹלּוּ סֹלּוּ הַמְסִלָּה planum facite iter, *juxta Vulg.*, Iſa. 62. v. 10. *Cum affix.* סָלּוּהָ כְמוֹ־עֲרֵמִים, Jerem. 50. v. 26., contumulate eam, *ſive*, *ut habent Joa. Simon*, *aliique*, aggerite eam quaſi acervos, *q. d.* ex urbe glorioſa facite eam acervos ruderum; *Vulg. reddit*, redigite in acervos: *Futur. plur.* וַיָּסֹלּוּ עָלַי, Job. 19. verſ. 12., 30. v. 12., & aggerarunt, aggeſſerunt ſuper me, *vel* contra me (viam ſuam); *elegans allegoria a forma caſtrenſi*, *ut quidam notarunt*, *q. d. aggerem*, *&* *caſtra poſuerunt contra me*, *in mei ſcil. perniciem*; *Vulg. utrobique ſenſum expreſſit*: *Vide in* סָלָה. *Pih.*, *geminata prima radicali*, סִלְסֵל; *inde Imper. cum affix.* סַלְסְלֶהָ extolle eam, *&* *juxta Vulg.* arripe illam, Prov. 4. v. 8., מְסִלָּה, *&c.*, *vide inter nomina*; *item* מַסְלוּל *vide inter nomina*. *Hithpah. particip.* מִסְתּוֹלֵל בְּעַמִּי extollens, qui extollis te ipſum, ipſe te efferſ contra populum meum, Exod. 9. v. 17., *ubi Vulg. reddit*, (adhuc) retines populum meum.

סֹלְלָה *fœm.* Agger, *qui videl. fit ad tuendam*, *capiendamve urbem*: *item* vallum, aggeſtus terreus, munitio, aries, balliſta, aggeſta moles terræ, munitio, 2. Sam. 20. v. 15., 2. Reg. 19. verſ. 32., *Plur.* הַסֹּלְלוֹת valla, aggeres, munitiones.

מַסְלוּל *m.* Agger, aggeſta, *&* excelſa via, *&* *juxta Vulgat.* ſemita, Iſa. 35. v. 8.

מְסִלָּה *f.* Via, *proprie* aggeſta, ſtrata, trita, Iſa. 11. v. 16., 19. verſ. 23., *&c.* *Cum præfix.* בִּמְסִלָּה, *&* בַּמְסִלָּה in via, per viam, 1. Sam. 6. v. 12., Num. 20. v. 19., לַמְסִלָּה ad viam, Jud. 21. verſ. 19. *Conſtr.* מְסִלַּת יְשָׁרִים agger, *ſive* via rectorum, Iſa. 7. verſ. 3., בִּמְסִלַּת in via; *Cum*

affix.

affix. בִּמְסִלָּתוֹ in via ejus, *ſive* per tritam viam ſuam, Joel. 2. v 8., *Plural.* מְסִלּוֹת, *&* הַמְסִלּוֹת viæ, ſemitæ; מְסִלּוֹת בִּלְבָבָם, Pſal. 84. v. 6., in quorum corde ſunt viæ ſtratæ, *h. e., qui cogitant de viis Domini certis, tutis, in quibus nulla eſt offenſio; Pagninus, aliique reddunt*, & viæ in corde eorum; *LXX., Sym., Æth., Vulgat. habent*, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit; *Cum affix.* וּמְסִלֹּתַי & aggeſtæ viæ meæ, *ſive* & ſemitæ meæ, Iſa. 49. verſ. 11., בִּמְסִלּוֹתָם in ſemitis ſuis, in viis eorum, Iſa. 59. v. 7., *item* Jud. 5. verſ. 20., *ubi Vulgat. ſenſum expreſſit, videl.* (ſtellæ) manentes in ordine, & curſu ſuo.

סַל *m.* Sporta, cophinus, corbis, caniſtrum, *ab* attollendo *dictum; plerumque enim ſupra caput* attollitur, *ut coquus, ſive piſtor ille fecerat*, Geneſ. 40. v. 17. *Cum præfix.* הַסַּל caniſtrum, Num. 6. v. 19., בַּסַּל, בְּסַל, *& in pauſa* בַּסָּל in caniſtro; מִסַּל ex caniſtro, de caniſtro, Exod. 29. v. 23., Levit. 8. v. 26., *Plur.* הַסַּלִּים caniſtra, Geneſ. 40. verſ. 18. *Conſtr.* סַלֵּי חֹרִי, Geneſ. 40. verſ. 16., caniſtra albedinis, *ſive* alba, *juxta quoſdam; Sed LXX. reddiderunt*, κανᾶ χονδριτῶν caniſtra condritorum; *Vulg. habet*, caniſtra farinæ; *Fœm. plur.* עַל־סַלְסִלּוֹת, Jerem. 6. v. 9., ad qualos, corbes *vindemiatorias, per quas muſtum prælo expreſſum colatur, ab* attollendo *ſic dictæ, quod ſcilic. ſublimes ſuſpendantur; Vulg. reddit*, ad cartallum; *Joa. Simoni ſunt* corbes ex viminibus varie conjunctæ, & contextæ, *ab Arab.* סלסל conjunxit, concatenavit.

סלם *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab. eſt* emerſit, aſcendit; *Inde* סֻלָּם *m.* ſcala, *per quam videlicet quis* aſcendit: סֻלָּם מֻצָּב אַרְצָה ſcala conſtituta erat in terra, Geneſ. 28. verſ. 12.

* כְּסֻלָּם *Dictio compoſita, quam vide ſupra in* כסל *pag.* 562.

סלון *m.* Spinus, ſpina, סִלּוֹן *dicta ab* averſatione, *ut notat Joa. Simon, a Rad. Chald., & Syriac.* סלא rejecit, averſatus eſt; *Sed Kimchi in Michlol, aliique deducunt a* סלל, *quod per eam in altum aſcendatur; unde* סִלּוֹן *contracte pro* סִלְלוֹן *dicitur: occurrit*, Ezech. 28. v. 24. *Item, quod ſequitur*,

סַלּוֹן *maſc. Unde plural.* וְסַלּוֹנִים אוֹתָךְ, Ezech. 2. verſ. 6., & ſpi-

& ſpinæ aculeatæ tecum; *Vulgat. vertit*, & ſubverſores ſunt tecum.

סִלְסֵל *Pih. vide ſupra in* סָלַל *pag.* 866.

סַלְסִלָּה *f. Inde plur.* סַלְסִלּוֹת *vide ſupra poſt* סלל *in nomine* סל *pag.* 867.

סלע *Radix Hæbræis inuſit. Sed Arabibus eſt*, fidit, fiſſus laboravit: *Inde quidam derivant Hebr. dictionem, quæ ſequitur, videl.*

סֶלַע, *& in pauſa* סָלַע *m.* Petra, lapis, ſaxum, rupes: *& metaphorice* confirmatio, robur, ſuſceptor, arx, munitio, *ut LXX. non ſemel reddunt*: עַל־סֶלַע ſupra petram, Pſal. 40. v. 3., לִצְחִיחַ סֶלַע, Ezech. 26. v. 4., in planum ſaxum; *Sed LXX., & Vulgat. habent*, nitidiſſimam, *&* limpidiſſimam petram; כְּצֵל סֶלַע ſicut umbra petræ, Iſa. 32. v. 2., מִסֶּלַע מִדְבָּרָה a Petra deſerti, Iſa. 16. verſ. 1., Petra *hic nomen eſt civitatis; quam Joſeph lib. 4. antiq. cap. 4. dicit* Ἀρκην *nominatam fuiſſe, & metropolim Arabiæ ſuo tempore habitam; Cum affix.* סַלְעִי petra mea, 2. Sam. 22. v. 2., סַלְעוֹ petra ejus; *Plur.* סְלָעִים petræ, Pſal. 104. v. 18.

סָלְעָם *m.* Bombyx, *juxta quoſdam*, Lev. 11. v. 22. *Talmudici*, locuſtæ *ſpeciem eſſe, ſcribunt, Cod. Cholin, cap. 3. fol. 65., ſic dictam, quod* petris *delectetur, a* סֶלַע: *ſed Joa. Simon, aliique arbitrantur, ſpeciem eſſe* locuſtæ voraciſſimæ, *dictæ* סָלְעָם *a rad. Chald.* סלעם abſumſit, deglutivit: *unde* ם *eſt radicale*: *Vulgat. eſt* attacus, *& quibuſdam aliis eſt* attelabus, locuſtæ *ſpecies ſine alis.*

סלף Perverſus, intricatus fuit, *in Kal inuſit. Inde Pih.* סִלֵּף pervertit, perverſum reddidit, intricavit: *Item juxta Vulg.*, detorſit, deflexit: *Partic.* מְסַלֵּף רְשָׁעִים לָרָע, Prov. 21. v. 12., pervertit, ſubvertit impios propter malum; *alii vertunt*, diſturbat impios inter male agendum, *h. e.*, *dum male agunt*; *Vulg. habet*, ut detrahat impios a malo: *Futur.* יְסַלֵּף pervertit, intricat, *& juxta Vulgat.* ſupplantat, Job. 12. verſ. 19., וַיְסַלֵּף & pervertit, ſubvertit, Exod. 23. v. 8., וַיְסַלֵּף & pervertit, & ſupplantat, Prover. 22. v. 12., *& Fœm.* וְרִשְׁעָה תְּסַלֵּף חַטָּאת, Prov. 13. verſ. 6., & improbitas intricat peccatum, *ab uno videl. in aliud peccatum trahit, ita juxta quoſdam; ſed alii reddunt,*

dunt, impietas pervertit, ſubvertit, ſupplantat peccatum, ſive peccatorem.

סֶלֶף Perverſitas, & *juxta Vulg.*, *alioſque* ſupplantatio; Prover. 11. ỳ. 3., וְסֶלֶף בָּהּ שֶׁבֶר בְּרוּחַ, Prover. 15. v. 4., & perverſitas in ea, *i. e.*, perverſitas ejus linguæ (*eſt*) confractio, *ſive* contritio animi, ſpiritus, *vel* in ſpiritu, *id eſt*, *etiam animum inficit*, & *corrumpit*; *Vulgat. reddit*, quæ autem (lingua) immoderata eſt, conteret ſpiritum.

סלק *Chald.* Aſcendit: *Præter. fœm.* סִלְּקַת Dan. 7. v. 8., *cum* Kametz, *ſed irregulariter*; & סָלְקַת, *ibidem* v. 20., aſcendebat, ſuccreſcebat; *Vulgat. reddit*, ortum eſt, ortum fuerat; *Plur.* סִלִּקוּ, & *juxta Maſſorethas* סְלִקוּ aſcenderunt, Dan. 2. v. 29., Eſdr. 4. v. 12. *Partic. præſens plur. fœm.* סָלְקָן aſcendebant, Dan. ז׳ v. 3.

סלת *f.* Simila, ſimilago, *h. e.*, farina *alba*; & *flos* farinæ *triticeæ*, *ſive* farina *ſubtilius molita*; *unde differt a* קֶמַח farina, *quæ communis eſt*, *ex quolibet frumento*, *craſſius molita*, *ut notat Guarin. Occurrit* Gen. 18. v. 6., Exod. 29. v. 2., &c., מִסֹּלֶת de ſimila; *Cum affix.* מִסָּלְתָּהּ e ſimila ejus, Levit. 2. v. 2.

סם *m.* Aroma, *ab* olfaciendo, *juxta Arab.*, *in ſingul. inuſit.*, *Plur.* סַמִּים aromata, *ea inprimis*, *quæ ad ſuffitum adhibebantur*, Exod. 30. verſ. 7. *Rabbini utuntur etiam in ſingulari*, & *ſumitur quoque in malum*, *ut*, סַם הַמָּוֶת aroma mortis, *id eſt*, *venenum lethale*; *quem quidem ſenſum derivare videntur a rad. Arab.* סמם venenum propinavit.

סַמְגַּר־נְבוֹ Semegarnabu, *juxta Vulg. nom. propr. viri*, Jerem. 39. verſ. 3.

סמדר Uva-prima, *quæ*, *flore decidente*, *apparere incipit*; *ſed juxta alios eſt* uva florens, *vel* flos vitis odoratus; Cant. 2. vv. 13. 15., 7. v. 13.

סמך Nixus, innixus fuit, incubuit: & *ſic conſtruitur cum* עַל: impoſuit, fulcivit, ſuſtentavit, appropinquavit. *Præter.* סָמַךְ מֹשֶׁה אֶת־יָדָיו עָלָיו nixus fuit Moſes manibus ſuis ſuper eum, Deut. 34. v. 9., *id eſt*, impoſuit ei manus: סָמַךְ accedit, appropinquat (*rex Babel*) אֶל־יְרוּשָׁלִַם ad Jeruſalem, Ezech. 24. verſ. 2., *alii vertunt*, obſedit; *Vulg.*

Vulg. habet, confirmatus eſt; *Fœm.* עָלַי סָמְכָה in me irruit, ſuper me incubuit, Pſal. 88. v. 8., *& cum affix.* סְמָכָתְנִי fulcivit, ſuſtentavit me, Iſa. 63. v. 5., סְמָכָתְהוּ fulcivit eum, Iſa. 59. v. 16., וְסָמַכְתָּ אֶת־יָדְךָ & impones manum tuam, Num. 27. verſ. 18., סְמַכְתִּיו fulcivi eum, Geneſ. 27. v. 27., *Plur.* וְסָמְכוּ & imponent, Exod. 29. verſ. 15. *Partic.* סוֹמֵךְ ſuffulciens, ſuſtentans; *Plur. conſtruct.* סֹמְכֵי fulcientes, ſuſtentantes, Ezech. 30. verſ. 6., בְּסֹמְכֵי in ſuſtentantibus, inter ſuſtentatores, Pſal. 54. v. 6. *Partic. Pahul* סָמוּךְ fultum, ſuffultum, *h. e.*, firmum, Pſalm. 112. verſ. 8., סְמוּכִים לָעַד fulta, *i. e.*, firma in perpetuum, Pſalm. 111. v. 8. *Imper. cum affix.* סָמְכֵנִי ſuſtenta, ſuſcipe me, Pſalm. 119. v. 116. *Futur.* וַיִּסְמֹךְ & impoſuit, Levit. 8. v. 14., Num. 27. v. 23., *Cum affix.* יִסְמְכֵנִי ſuſtentat me, Pſalm. 3. verſ. 6., תִּסְמְכֵנִי fulcito, confirmet me, Pſalm. 51. verſ. 14. *Niph. Præter.* עָלֶיךָ נִסְמַכְתִּי tibi innitor, innixus ſum; Pſalm. 71. v. 6., *Plural. in pauſa* נִסְמָכוּ innitantur, Iſa. 48. v. 2. *Futur.* יִסָּמֵךְ innixus fuerit, 2. Reg. 18. v. 21. *Pih. Imper. plur. cum affix.* סַמְּכוּנִי fulcite me, Cant. 2. v. 5.

סְמַכְיָהוּ Samachias, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 26. v. 7.

סמל סֶמֶל, *& in pauſa* סָמֶל *m.* Simulacrum, forma, ſculptile, imago, idolum, Deuter. 4. v. 16., Ezech. 8. vv. 3. 5., *Cum præfix.* הַסֶּמֶל, 2. Paral. 33. vv. 7. 15., ſimulacrum, conflatile ſignum, *juxta Vulg.*

סמן *Radix in Kal Hebræis inuſit. Sed Arabibus idem eſt cum Hebr.* שָׁמֵן pinguis fuit; *Talmudicis autem eſt* ſignavit, inſignivit. *Hinc Hebr. Niph. partic.* וּשְׂעֹרָה נִסְמָן, Iſa. 28. verſ. 25., *varie accipitur; Multi vertunt*, & hordeum ſignatum, *vel* deſignatum, *i. e.*, *inſigne*, *& optimum; Alii*, & hordeum pinguedine imbutum. *Verum LXX.*, *Aq.*, *Theod. ſunt interpretati*, *καὶ κέγχρον* & milium, *ut etiam habet Vulg.*

סוּמְפּוֹנְיָה, *&* סוּמְפֹּנְיָה *Chald.*, Dan. 3. v. 5. 15., *& cum* א *loco* ה *in fine*, *omiſſo* מ, וְסִיפֹּנְיָא, Dan. 3. verſ. 10., *ubi Maſorethæ legendum reſtituerunt* סוּמְפֹּנְיָא. *A Græcis mutuata vox*, *nempe συμφωνια* ſymphonia, *convenientia videl. vocum inter ſe*, *& ſonorum.*

סמר Horruit, riguit. *Præter.* סָמַר מִפַּחְדְּךָ horret pavore tui, Pſalm. 119. verſ. 120. *Pih. Futur.*, תְּסַמֵּר שַׂעֲרַת בְּשָׂרִי horrore, *vel* horridos efficeret, horrificaret pilos carnis meæ, Job. 4. v. 5.

סָמָר *m.*, Jerem. 51. v. 27., (inſtar bruchi) horrentis, *vel* qui erigit pilos; *Vulg. reddit* (quaſi bruchum) aculeatum. מַסְמְרִים *m. p.* Clavi, *ſic dicti, quod cum* horrore, *&* crepitu *quodam inſigantur*, Iſa. 41. verſ. 7. *Et* מ *cum* Chirek, לְמִסְמְרִים in clavos, 1. Paral. 22. verſ. 3. *Fœm.* בְּמַסְמְרוֹת cum clavis, Jerem. 10. v. 4., לְמִסְמְרוֹת in clavos, 2. Paral. 3. v. 9., *&* ס *in* שׂ *commutato*, וּכְמַשְׂמְרוֹת & ſicut clavi, Eccleſ. 12. verſ. 11.

סְנָאָה Senaa, *nom. propr. urbis*, Eſdr. 2. verſ. 35.

סְנוּאָה Senua, *nom. propr. viri*, Nehem. 11. verſ. 9.

סַנְבַלַּט Sanaballat, *nom. propr. viri*, Nehem. 2. verſ. 10.

סנה *m.* Rubus; שֹׁכְנִי סְנֶה inhabitantis rubum, Deut. 33. verſ. 16. *Hinc* סִינַי Sinai, *montis nomen*, *à* rubi *copia*, כי האבנים הנמצאים בו יצוייר עליהם הסנה, quod lapides inventi in eo figuratum in ſe habuerint rubum, *ut ſcribunt commentatores in librum more nebhuchim*, *Par.* 1. *cap.* 66., *adeo ut etiam in fragmentis lapidum iſtorum figuræ* rubi *apparuerint*, *quod ſe Ephodeus*, *alter iſtorum commentatorum*, *vidiſſe ſcribit*.

סֶנֶה Sene, *nom. propr. ſcopuli*, 1. Sam. 14. v. 4.

סְוֵנֵה Sevenéh, *& juxta Vulgat.* Syenes, *nom. propr. urbis in confinibus Æthiopiæ*, Ezech. 29. verſ. 10.

סַנְחֵרִיב Sennacherib, *nom. propr. regis Aſſyriorum*, 2. Reg. 18. verſ. 13.

סנסן *m.* Ramus, palmes: *Plur.* סַנְסִנִּים; *Cum affix.* בְּסַנְסִנָּיו, Cant. 7. v. 9., (apprehendam) palmites, *ſive* ramos ejus, *juxta quoſdam*; *& juxta LXX.*, *alioſque* cacumina ejus, *ſcil. palmas*; *Vulg. reddit*, (apprehendam) fructus ejus; *& recte*, *in ſummitate enim palmæ eſt* fructus.

סַנְסַנָּה Senſenna, *nom. propr. urbis*, Joſ. 15. verſ. 31.

סנפר *m.* Pinnæ piſcium: כֹּל אֲשֶׁר לוֹ סְנַפִּיר cuicunque ſunt pinnæ, Levit. 11. vv. 9. 10.

סנור *Chald.* excæcavit; *Inde* סַנְוֵר *m.* cæcitas, obtenebratio oculorum, *&* cordis, *vel* plaga cæcitatis, *ut videns* quis,

quis., *neſciat quid videat*, *quemadmodum annotat Rab. Sal.* *in* 19. Gen., *Plur.* בסנורים cæcitatibus, *hoc eſt*, ſumma, & denſiſſima cæcitate, Geneſ. 19. verſ. 11., *Idem extat*, 2. Reg. 6. verſ. 18.

סס *m.* Tinea, blatta: כצמר יאכלם סס ſicut lanam exedet eos blatta, Iſa. 51. v. 8., Græce σὴς, Matth. 6. verſ. 19. *Syre* סָסָא.

ססמי Siſmai, & *juxta Vulgat.* Siſamoi, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 2. verſ. 40.

סיסרא Siſara, *nom. propr. virorum*, Jud. 4. v. 2., 1. Sam. 12. v. 9., Pſalm. 83. v. 10., Eſdr. 2. v. 53.

סעד Fulcivit, ſuffulcivit, ſuſtentavit: *Item*, *ubi de* cibo, & potu *ſermo eſt*, *metaphorice* refecit, recreavit: *Præter.* וסעד בחסד כסאו & ſuſtentat benignitate ſolium ſuum, Prover. 20. v. 28. *Infin. cum præfix.*, & *affix:* ולסעדה & ad fulciendum, *ſive* firmandum illud, *ſcilic. regnum*, Iſa. 9. verſ. 6. *Imper.* סעד fulci, ſuſtenta, refice, conforta, Jud. 19. vv. 5. 8., & *cum* ה *paragog. in pauſa* וסעדה & refice te, cape cibum, & *juxta Vulgat.* ut prandeas, 1. Reg. 13. v. 7. *Cum affix.* סעדני fulci, robora, confirma, adjuva me, Pſal. 119. v. 117. *Plur.* וסעדו fulcite, reficite, confortate, Geneſ. 18. verſ. 5. *Futur.* יסעד reficit, fulcit, ſuſtentat, Pſalm. 104. v. 15., *Cum affix.* יסעדני *m.*, & תסעדני *f.* fulciebat, ſuſtentabat, adjuvabat me; יסעדך ſuffulciat, tueatur te, Pſalm. 20. v. 3., *Cum* Nun *epenthet.* יסעדנו ſuſtentabit, recreabit eum, Pſal. 41. v. 4.

סעד *Chald.* auxiliatus eſt, adjuvit. *Inde Pahel partic. plural.* מסעדין להון ſuffulcientes, adjuvantes eos, Eſdr. 5. verſ. 2.

מסעד *m.* Fulcrum, fulcimentum, 1. Reg. 10. v. 12., *Kimchi reddit* columnas; *R. Salomon*, pavimentum; *Quidam alii vertunt* repagulum.

* סעה *Vide ſupra in* נסע *pag.* 768., 770.

סיעהא Siá; *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 44.

* יסעם *Vide ſupra in* נסע *pag.* 768.

סעף *In Kal inuſit. Arabibus eſt* diviſit, propagavit; & *intranſit.* diviſit ſe; *in* 2. *Conjug.* diviſit in ramos, ramos produxit arbor, צ & פ *permutatis*, *ita Joa. Simon.*

Inde

Inde Pih. סֵעֵף collucavit, ramos excidit, *q. d.* deramavit: *Partic* מְסָעֵף פֻּארָה, Iſa 10. v. 33., collucaturus eſt ramum; *Joa. Simon vertit*, ramos auferens, *&* amputans; *Vulg. habet*, confringet lagunculam.

סֵעֵף *m. Unde plur.* סֵעֲפִים שָׂנֵאתִי, Pſal. 119. v. 113., cogitationes *confuſas*, *diſtractas* odio habui; *Jo. Simon*, *aliique vertunt*, homines animo nunc huc, nunc illuc diviſos, *ſive* homines ambiguos, ancipites, *& juxta LXX.*, *&* *Vulg.* iniquos odio habui.

סְעִיף *m.* I. Ramus, *q. d.* diviſio, propagatio arboris; *Plur. cum affix.* סְעִפֶיהָ rami ejus, *& juxta Vulgat.* ſummitates ejus, Iſa. 27. verſ. 10., *Cum præfix. & affix.* בִּסְעִפֶיהָ in ramis ejus; *ſive juxta Vulgat.*, *aliosque* in cacuminibus ejus, Iſa. 17. verſ. 6.: II. *Metaphoricè* cogitatio, *q. d.* diviſio animi; *Plural.* עַל־שְׁתֵּי הַסְּעִפִּים, 1. Reg. 18. verſ. 21., in duabus iſtis cogitationibus; *Vulg. reddit*, (claudicatis) in duas partes; *Aliud* סעפים *vide infra*: *& commutato* ס *in* ש, בִּשְׂעִפִּים inter cogitationes, Job. 4. verſ. 13., *& cum affix.* שְׂעִפַּי cogitationes meæ, Job. 20. v. 2. III. Scopulus, *qui ita ſe habet ad rupem*, *ut* ramus *ad arborem*; *item* fiſſura: *Conſtr.* אֶל־סְעִיף סֶלַע, Jud. 15. v. 11. ad ſcopulum, ad fiſſuram petræ; *Vulg. vertit*, ad ſpecum ſilicis; בִּסְעִיף סֶלַע, Jud. 15. verſ. 8., in ſcopulo, *h. e.*, ſub projectura rupis; *alii reddunt*, in fiſſura petræ; *Vulg. habet*, in ſpelunca petræ; *Plur. conſtr.* תַּחַת סְעִפֵי, Iſa. 57. verſ. 5., ſub fiſſuris (petrarum); *& juxta Vulg.* ſubter eminentes (petras); וּבִסְעִפֵי, Iſa. 2. v. 21., & in fiſſuras (petrarum); *juxta Vulg.* in cavernas (ſaxorum).

סְעַפּוֹת *f. p.* Rami: *Cum affix.* אֶל־סְעַפֹּתָיו ramis ejus, Ezech. 31. v. 8., בִּסְעַפֹּתָיו in ramuſculis ejus, *ibidem* v. 6.

סער, *& per* ש, שָׂעַר Procelloſus, procellis agitatus, commotus, exagitatus, conturbatus eſt, vehementer ſe commovit: *& active* turbulenter egit, vehementer commovit, exagitavit, propulit, abripuit: *Partic.* סֹעֵר, Jon. 1. verſ. 11., procelloſum erat, *& juxta Vulg.* intumeſcebat; *Fœm.* סֹעֲרָה procellis agitata, *ſive* tempeſtate convulſa *juxta Vulg.*, Iſa. 54. v. 11. *Futur. cum affix.*, *&* Nun *epenthet.*, *& cum* ש *loco* ס, יִשְׂעָרֶנּוּ propellet, abſorbet, turbine abripiat,

ripiat, perdat eum, Pſal. 58. v. 10.; *Plur.* יְסָעֲרוּ, Habac. 3. v. 14., procelloſe agunt, *vel*, *juxta alios*, vehementer commovebunt ſe; *Vulg. reddit*, (maledixiſti...) venientibus ut turbo. *Niph. præter. fœm. cum* ש *loco* ס, וּסְבִיבָיו נִשְׂעֲרָה, Pſalm. 50. v. 3., & circa eum commotio facta eſt, *vel* fiat; *Vulg.*, *aliique reddunt*, & in circuitu ejus tempeſtas (valida): *Futur.* וַיִּסָּעֵר & commotum & conturbatum eſt, 2. Reg. 6. verſ. 11. *Pih. futur. cum affix.* וְאֵסָעֲרֵם עַל כָּל־הַגּוֹיִם, Zach. 7. v. 14., & procella, *vel* turbine dejiciam, propellam, diſpergam eos ad omnes gentes: *verbum hoc in loco irregularem formam habet*, *pro* אֶסְעָרֵם *quaſi ex Kal*; *aut* אֲסַעֲרֵם *ex Pihel*; *aut* אֶסָּעֲרֵם, *i. e.*, אֶסָּעֵר עִמָּם procelloſum exhibebo me cum eis, *ex Niph.*, *Et cum* ש, וִישָׂעֲרֵהוּ, Job. 27. v. 21., & in morem procellæ abripiet eum (de loco ſuo). *Pyh. futurum* יְסֹעַר, Hoſ. 13. verſ. 3., *ubi* Tzere *loco* Pathach, turbine abripitur, propellitur, exagitatur. *Hitph. futur. cum* ש *loco* ס, וְיִשְׂתָּעֵר & inſtar turbinis feretur, ut turbo irruet (in eum), Dan. 11. v. 40.

סַעַר, *&* שַׂעַר *maſc.* Turba, procella, tempeſtas: סַעַר־גָּדוֹל tempeſtas magna, Jon. 1. verſ. 4. *Cum affix.* בְּסַעֲרֶךָ cum procella tua, Pſalm. 83. verſ. 16., שַׂעַר turbo, Iſa. 28. verſ. 2. *Fœm.* סְעָרָה turbo, Ezech. 1. v. 4., בִּשְׂעָרָה cum turbine, Job. 9. verſ. 17. *Conſtr.* סַעֲרַת יְהוָה turbo Domini, Jerem. 23. verſ. 19 *Plur.* סְעָרוֹת turbines, Ezech. 13. v. 11. *Conſtr.* בְּסַעֲרוֹת procellis, Zach. 9. v. 14.

ספא *Radix inuſit. Inde* מִסְפּוֹא *m.* pabulum: מִסְפּוֹא רַב pabulum multum, Geneſ. 24. v. 25.

סוּפְּא *Chald. vide ſupra in* סוּף *pag.* 851. *Item* כַּסְפָּא *Chald. vide ſupra pag.* 564.

ספד Planxit, planctum egit; *&* *de geſtu externo proprie dicitur.* *Conſtruitur cum præpoſ.* עַל, *&* לְ. *Præter. f.* וְסָפְדָה & planget, Zach. 12. v. 12., *Plural.* וְסָפְדוּ לוֹ & plangent eum, 1. Reg. 14. v. 13., וְסָפְדוּ עָלָיו & plangent ſuper eum, Zachar. 12. v. 10. *Partic. plural. m.* סֹפְדִים, *&* הַסּוֹפְדִים plangentes: *Infin.* וְסָפוֹד & plangere, Zach. 7. verſ. 5., *Et conſtr.* עֵת סְפוֹד tempus plangendi, Eccl. 3. verſ. 4., לִסְפּוֹד, *&* לִסְפֹּד, ad plangendum: *Imper. plural. maſc.*

maſc. סִפְדוּ, & *fœm.* סְפֹדְנָה plangite: *Futur. cum* ה *parag.* אֶסְפְּדָה plangam, Mich. 1. verſ. 8., תִּסְפֹּד planges, Ezech. 24. verſ. 16., וַתִּסְפֹּד *f.* & planxit, 2. Sam. 11. verſ. 26., *Plur.* לֹא־יִסְפְּדוּ לוֹ non plangent ei, Jerem. 22. verſ. 18. *Niph. futur.* יִסָּפְדוּ plangentur, Jer. 16. v. 4.

מִסְפֵּד *maſc.* planctus, Hamos 5. verſ. 16. *Conſtructum*, מִסְפַּד תַּמְרוּרִים planctum amaritudinum, Jerem. 6. verſ. 26., *id eſt*, amariſſimum: *Cum affix.* מִסְפְּדִי planctus meus.

סָפָה Conſumſit, abſumſit, perdidit: *Et intranſit.* conſumtus eſt, *quo quidem ſenſu cum* סוף *convenit*: *Item* addidit, adjecit, *quod à* יָסַף *mutuatur*: *Præter. fœm.* סָפְתָה בְּהֵמוֹת deficit quodque animalium, Jer. 12. v. 4., *Plur.* סָפוּ conſumuntur, conſumti ſunt, defecerunt, Pſalm. 73. verſ. 19., Amoſ. 3. v. 15. *Infin.* לְמַעַן סְפוֹת propter addere, *id eſt*, ut addat, *ſive*, *juxta alios*, ut abſumat, Deuter. 29. v. 18., *item* ut adderetis, Iſa. 30. verſ. 1., לִסְפּוֹת ut addatis, ut augeretis, Num. 32. v. 14., *Cum affix.* לִסְפּוֹתָהּ ad perdendam eam, *ſive*, *juxta Vulgat.*, ut auferant eam, Pſal. 40. v. 15. *Imper. plur.* סְפוּ adjicite, Iſa. 29. v. 1., Jerem. 7. v. 21. *Futur.* תִּסְפֶּה הַצַּדִּיק perimes juſtum, Geneſ. 18. v. 23., תִּסְפֶּה *fœm.* conſumet, auferet, radet, Iſa. 7. verſ. 20. *Niph. præter.* וְנִסְפָּה & conſumetur, peribit, pereat, 1. Sam. 26. v. 10. *Partic.* נִסְפֶּה, Prov. 13. v. 23. conſumtus, *vel* qui conſumit ſe, *ſive*, *juxta alios*, periens, (*ſcil. cibus collectus* abſque judicio); *eadem dictio*, 1. Paral. 21. v. 12., *redditur*, ſis conſumtus, ſis is, qui conſumitur, *vel*, *juxta quoſdam*, deficiens eſſe (a facie hoſtium tuorum); *Vulg. habet*, te fugere (hoſtes tuos): *Sed* וְכָל־הַנִּסְפֶּה & omnis, qui adjunctus fuerit, qui ſupervenerit, Iſa 13. verſ. 15. *Futur.* אֶסָּפֶה conſumar, 1. Sam. 27. v. 1., *ubi Vulgat.*, & *quidam alii reddunt*, incidam, *vel* includar, tradar; פֶּן־תִּסָּפֶה ne perimaris, Gen. 19. v. 15. *Plur.* תִּסָּפוּ conſumemini, 1. Sam. 12. v. 25. *Hiph. Futur.* אַסְפֶּה עָלֵימוֹ accumulabo ſuper eos, Deuter. 32. verſ. 23. *Sed* אַסְפֶּה, תֹּסֵף, &c., *vide in* אסף.

סוּפָה, סוּפָתָה *Vide ſupra poſt* סוף *pag.* 852.

סַף Sâph, *nom. propr. gigantis*, 2. Sam. 21. v. 18.

סַף, *& in pauſa* סָף *Vide infra poſt* ספף: סֹף *vide ſupra in* סוף.

סַפַּי Saphai, *nom. propr. gigantis*, 1. Paral. 2. verſ. 4.

ספח Aggeravit, adhærere fecit, adhibuit, cooptavit, aſſociavit, *& habet interdum* ש *pro* ס: *Imper. cum affix.* סְפָחֵנִי coopta me, 1. Sam. 2. v. 36. *Niph. præter. plur.* וְנִסְפְּחוּ & adjungent, *vel* aſſociabunt ſe, Iſa. 14. v. 1. *Pih.* סִפַּח admovit, aggregavit: *Item, petita ſignificatione a ſequenti nomine* סַפַּחַת, ſcabie affecit, *vel* decalvavit: *Præterit. cum* ש *loco* ס, וְשִׂפַּח & ſcabie afficiet, Iſa. 3. verſ. 17., *vel*, decalvabit: *Partic.* מְסַפֵּחַ adhibens, admovens, Abac. 2. verſ 15., מִסְפַּחַת, מִשְׂפָּח, מִסְפָּחָה, מִסְפָּחוֹת, *vide inter nomina. Pyh. futur. plur* יְסֻפָּחוּ aggregabuntur, Job. 30. v. 7., *vel juxta quoſdam*, ſcabie, abſceſſibus afficientur, *i. e.*, urentur, ut puſtulas, *&* abſceſſus contrahant. *alii vertunt*, recipiebant ſe ſe, *ut ſcil. ibi requieſcerent*; *unde & Vulg. reddit*, (qui & eſſe ſub ſentibus) delicias computabant. *Hithp. Infinit.* מֵהִסְתַּפֵּחַ ne adhæream, ne cooptatus hæream, 1. Sam. 26. v. 19.

סָפִיחַ *m.* Sponte-natum, ſponte-creſcens, *nempe* frumentum, *q. d.* aſſociatum, *&* acceſſorium *quid ad ſementem ſuperioris anni, quod videl. per ſe egreditur, & oritur ſine ſemente, aut ſatione*, 2. Reg. 19. v. 29., Iſa. 37. v. 30. *Conſtr.* אֵת סְפִיחַ קְצִירְךָ ſponte-natum meſſis tuæ, Lev. 25. verſ. 5. *Plural. cum affix.* סְפִיחֶיהָ ſponte-naſcentia ejus, Levit. 25. v. 11., תִּשְׁטֹף סְפִיחֶיהָ עֲפַר־אָרֶץ, Job. 14. v. 19., inundat (*aqua, vel impetus aquæ*) quæ ſponte fundit pulvis terræ; *vel, conſtructione, quæ ſane difficilis eruditis etiam videtur, mutata, reddendum*, pulvis terræ inundat ſponte naſcentia ejus, *videl. quæ ab eadem terra* ſponte naſcuntur, *h. e., germina, herbæ, fruges*; *Vulgat. vertit*, & alluvione paulatim terra conſumitur.

סַפַּחַת *fæm.* Abſceſſus, apoſtema, poſtula, cicatrix, *vel, ſecundum Chaldæum*, ſcabies, *dicta* סַפַּחַת, *quod tenaciter cuti* adhæreat, *vel quod in ea* congregetur *virus*, Levit. 13. v. 2. *Cum præfix.* וְלַסַּפַּחַת & ſcabiei, *vel* puſtulæ, Lev. 14. verſ. 56., *ubi Vulg. habet*, & erumpentium papularum.

מִסְפַּחַת *f.*, Scabies, *&c.*, *ut ſupra*, Lev. 13. vv. 6. 7. 8.

מִשְׂפָּח *m.* Supputatio, *vel* aggregatio, Iſa. 5. verſ. 7., *nempe*

cu-

cumulatio *peccati ad peccatum*, *ut R. Salomon explicat*; *Aliis eſt* pertinacia, contumacia; *&* *juxta LXX.*, *atque Vulgat.* iniquitas, *cum* ש *loco* ם.

מִסְפָּחָה *f. Inde plur.* הַמִּסְפָּחוֹת, Ezech. 13. v. 18., conſibulæ, *generale nomen*, *juxta quoſdam*, *earum rerum*, *quibus aliquid* conſtringitur, *&* conjungitur, *ut* adhæreſcat; *R. David Kimchi* pepla; *quidam* tiaras; *alii* pulvillos, *quibus lectus ſternitur*, *vel* cervicalia, *quod capiti*, *ſive caput ipſis* adhæreat, *reddunt*: *Cum affix.* מִסְפְּחֹתֵיכֶם, Ezech. 13. verſ. 21., conſibulas veſtras, pulvillos, cervicalia veſtra.

ספל *m.* Simpulum, *vaſis genus*, *&* *juxta LXX.*, *Vulgat.*, *alioſque* lecythus, concha, phiala, patina, pelvis, Jud. 6. v. 38., *Chaldæus*, לְקְנָא דְמַיָּא lagenam aquarum, *vertit*: בְּסֵפֶל in ſimpulo, *ſive* in phiala, Jud. 5. v. 25., *ubi Chald. habet*, בְּפִילֵי phiala, *ex qua bibunt heroes*, *&* *magnifici*, *ut Kimchi addit*.

ספם *Dictio compoſita*, *quam vide infra poſt* סָפַח *in* סף: אֲסִיפֵם *vide in* סוף *pag.* 851.

ספן Texit, obtexit, *proprie ſuperne*; *unde* laquearibus texit, contignavit, contabulavit: *Sed Chaldæis eſt*, honoravit; *Affine eſt verbo* צָפַן: *Partic. Pahul* סָפוּן tectus, protectus, *&* *juxta Vulg.* repoſitus eſſet, Deuter. 33. v. 21., וְסָפַן, *&* וְסָפוּן בָּאָרֶז, 1. Reg. 7. vv. 3. 7., Jerem. 22. v. 14., & tectum, *ſive* & contabulatum erat cedro, *i. e.*, *lignis cedrinis*; *Plural.* בְּבָתֵּיכֶם סְפוּנִים in domibus veſtris tectis, Hagg. 1. verſ. 4. *Conſtr.* *&* *cum* שׂ, וּשְׂפֻנֵי טְמוּנֵי חוֹל, Deuter. 33. verſ. 19., & occulta, tecta abſconditorum arenæ, *i. e.*, *occultos theſauros in arena*, *vel fundo maris*; *Futur.* וַיִּסְפֹּן & obtexit, contabulavit.

סִפּוּן *m.* Tegmen, tegumentum, laquear, contabulatio, contignatio: עַד־קִירוֹת הַסִּפֻּן, 1. Reg. 6. v. 15., uſque ad parietes, *ſive* ad muros tegminis, *i. e.*, *ad muri ſummam partem*, *cui incumbit tegmen*; *Alii habent*, uſque ad parietes contignationis; *Vulg. vertit*, uſque ad laquearia.

סומפניא *Vide ſupra in* סוּמְפּוֹנְיָה *pag.* 870.

סְפִינָה *f.* Navis, *proprie magna*, *quæ ſuperne tecta eſt*, Jon. 1. verſ. 5.

אַסְפְּסֻף *m. Vide ſupra pag.* 55.

ספף In Kal inuſit. Samaritanis in Aphel eſt comedo; Hebræis in Hitph. הִסְתּוֹפֵף limeni frequentavit, ad limen manſit, in limine commoratus eſt: Inſin. הִסְתּוֹפֵף (elegi) eſſe, verſari in limine, Pſal. 84. v. 11., ubi LXX., & Vulg. reddunt, (elegi) abjectus eſſe.

סַף, & in pauſa סָף maſc. I. Pelvis, vas late patens, phiala, vel, juxta quoſdam, hydria: Quidam derivant a rad. Æthiop. שפף extenſus, expanſus fuit, late patuit, Zach 12. v. 2., ubi a Vulg. redditur ſuperliminare: בַּסַּף, & בַּסָּף in vaſe, vel pelvi, & juxta Vulgat. in limine, Exod. 12. verſ. 22., Plural. הַסִּפִּים pelves, & juxta alios hydriæ, Jerem. 52. v. 19., Plur. fœm. סִפּוֹת, 2. Reg. 12. v. 14., הַסִּפּוֹת, 1. Reg 7. v. 50., pelves, & juxta alios hydriæ, ſed וְסִפּוֹת, 2. Sam. 17. v. 28., ab LXX., & Vulg., Syr., Arab. redditur, & ſtrata, & tapetia, fortaſſe ſtragula, & lectorum operimenta; aliis ſunt ſcyphi, crateres, pelves, hydriæ: II. Limen, veſtibulum, atrium, ſuperliminare (portis), porta: סַף, Ezech. 40. vv. 6. 7., הַסַּף, Jud. 19. verſ. 27, הַסַּף, 2. Reg. 12. verſ. 10., &c., limen ſ. oſtium; בַּסַּף, 1. Reg. 14. v. 17., & בַּסַּף, Soph. 2. verſ. 14., in limine, ſuperliminari; Cum affix. בְּתִתָּם סִפָּם אֶת־סִפִּי in dando, in coſtituendo ipſos, i. e., quum ipſi conſtituerent limen ſuum cum limine meo, vel juxta limen meum, Ezech. 43. v. 8., Plural. הַסִּפִּים limina ſuperliminaria, veſtibula, poſtes, 1. Paral. 9. v. 19., 2. Paral. 3. v. 7., 23. v. 4., Iſa. 6. v. 4., Ezech. 41. v. 16., Amoſ. 9. v. 1., בַּסִּפִּים in liminibus, & juxta Vulg. per portas, 1. Paral. 9. v. 22. III. Aliud סַף vide ſupra poſt ספה; & סֹף vide ſupra in סוף.

ספק Plauſit, comploſit, percuſſit: Arabibus eſt, percuſſit colaphis, verberavit: & ex uſu linguæ Chaldaicæ, ſuffecit: Pro ס quandoque eſt שׂ: Præter. וְסָפַק, Jerem. 48. verſ. 26., & plaudet, Vulgat. vertit, & allidet manum, i. e., ut notat Pagninus, volutabitur, & jactabit ſe (Moab in vomitu ſuo); Cum affix. סְפָקָם complodit, percuſſit eos, Job. 34 v. 26., סָפַקְתִּי עַל־יָרֵךְ, Jerem. 31. v. 19., plauſi, percuſſi femur, geſtus indignantis, pœnitentis, valde commoti præ dolore; Plural. סָפְקוּ plauſerunt, Thren. 2. verſ. 15.

verſ. 15. *Imper.* סְפֹק plaude (ſuper femur), *vel* percute femur, Ezech. 21. v. 17. *Futur.* בֵּינֵינוּ יִסְפּוֹק, Job. 34. verſ. 37., inter nos plaudit, complodit; *Vulgat. vertit*, inter nos interim conſtringatur; *&* *cum* שׂ *pro* ס, complodet, *ſcil. quivis* complodetur, *&* *juxta Vulgat.* ſtringet, Job. 27. v. 23., *item ex uſu Chald.* אִם־יִשְׂפֹּק ſi ſuffecerit, 1. Reg. 20. v. 10., וַיִּסְפֹּק & comploſit, Num. 24. v. 10. *Hiph. Futur. plur.*, ס *in* שׂ *mutato*, יַשְׂפִּיקוּ, Iſa. 2. v. 6., applaudunt, acquieſcunt, *&* *juxta Vulgat.* adhæſerunt; *vel ex uſu Chald.*, *juxta quoſdam*, ſufficientiam habent.

שֶׂפֶק *m.*, *cum* שׂ *loco* ס, Exploſio, compioſio, *ſcil. manuum præ indignatione*, *vel gaudio*. *Semel occurrit apud* Job. 36. verſ. 18., כִּי־חֵמָה פֶּן־יְסִיתְךָ בְשָׂפֶק ſi ira *eſt* (*Dei contra impios*), ne ſeducat te (*hoc*) cum compioſione, *i. e.*, *ita ut* complodas *manibus*, *vel ad* compioſionem, *ita reddit Joa. Simon*; *quidam alii habent*, quum æſtuat ira, cave, impellat te in exploſionem, *h. e.*, *ad* explodendum, *quod eſt admittendum*; *Alii aliter vertunt*; *locus ſane iſte obſcurus eſt*; *Vulgat. vertit*, non te ergo ſuperet ira, ut aliquem opprimas.

סֵפֶק *m.* Sufficientia, *ex uſu Chaldaico. Cum affix.* בִּמְלֹאות סִפְקוֹ, Job. 20. v. 22., quum impletur ſufficientia ejus; *Vulgat. reddit*, cum ſatiatus fuerit. *Vide* שפק.

סָפַר Numeravit, annumeravit, dinumeravit, enumeravit, narravit, recenſuit: *Præter.* סָפַר אֶת־הָעָם numeravit populum, 2. Sam. 24. v. 10., וְסָפַר & numerabit; *Cum affix.* סְפָרָם numeravit eos, 2. Paral. 2. verſ. 17., *Fœm.* וְסָפְרָה & numerabit, Levit. 15. v. 28., *Cum* ה *paragog.* סָפַרְתָּה enumeraſti, Pſalm. 56. v. 9. *Partic.* סֹפֵר numerans (turres), Iſa. 33. verſ. 18., *aliis ibidem eſt* ſcriba, cenſor (turrium), *&* *Vulg.* doctor (parvulorum): *Aliud vide inter nomina*: *Infin. conſtr.* לִסְפֹּר numerare, Gen. 15. verſ. 5. *Imper.* וּסְפֹר numera, Geneſ. 15. verſ. 5., *Plur.* סִפְרוּ numerate, recenſete, 1. Paral. 21. v. 2., Pſal. 48. verſ. 13., *ubi Vulg. habet*, narrate (in turribus ejus): *Futur. cum affix.* אֲסַפְּרֵם narrarem, *&* *juxta alios* dinumerabo eos, Pſalm. 139. v. 18., תִּסְפּוֹר, תִּסְפֹּר, *&* תִּסְפָּר־ nu-

numerabis; יִסְפּוֹר numerabit; *Cum affix.* וַיִּסְפְּרֵם & enumeravit ea, Eſdr. 1. verſ. 8. *Niph. Futur.* לֹא יִסָּפֵר non numerabitur, Geneſ. 16. v. 10., *Plural.* לֹא יִסָּפְרוּ non numerabuntur, 1. Reg. 8. v. 5. *Pih. Præter.* סִפַּרְתִּי enarro, Pſalm. 119. v. 13., *Plur.* סִפְּרוּ narrarunt, Jud. 6. verſ. 13. *Partic.* מְסַפֵּר narrans, Jud. 7. v. 13., 2. Reg. 8. v. 5., *ſed* מְסַפֵּר *vide in Inſin.*, & מִסְפָּר *cum præfix.*, & *affix. vide infra inter nomina*: *Plural.* מְסַפְּרִים enarrantes, Pſalm. 19. v. 2., 78. v. 4., *Inſin.* וּלְמַעַן סַפֵּר & ut annuncietur, narretur, Exod. 9. verſ. 16., לְסַפֵּר narrare, Pſalm. 50. v. 16., מִסַּפֵּר præ narrare, *ſive* (*magis*) quam narrari poſſint, Pſalm. 40. v. 6. *Imper. m.* סַפֵּר, Iſa. 43. v. 26., & *cum* ה *paragog.* סַפְּרָה, 2. Reg. 8. v. 4., enarra; *Plur.* סַפְּרוּ narrate, 1. Paral. 16. v. 24. *Futur.* אֲסַפֵּר numerabo, numerem, Pſalm. 22. v. 18., 118. v. 17., & *cum* ה *paragog.* אֲסַפְּרָה כְמוֹ narrabo ſicut, velut *hoc*, Pſal. 73. v. 15., & *cum affix.* אֲסַפְּרֶנָּה, Pſal. 145. v. 6., recenſebo, narrabo eam; *Vulg.*, & *Targum vertunt*, narrabunt; *legebant* יְסַפְּרוּ; תְּסַפֵּר *f.* (& ut) narres, Exod. 10. v. 2., יְסַפֵּר enarrabit; *Cum affix.* וַיְסַפְּרָהּ & enumeravit, & recenſebat eam, Job. 28. v. 27., וַתְּסַפֵּר־ & narravit, 2. Reg. 8. v. 6., *Plur.* נְסַפֵּר enarrabimus, Pſalm. 79. v. 13., וַנְּסַפֶּר־ & enarravimus, Geneſ. 41. v. 12., & *cum* ה *paragog.* וּנְסַפְּרָה & enarrabimus, Jerem. 51. v 10., *Plural.* יְסַפְּרוּ, & *in pauſa* יְסַפֵּרוּ narrabunt; *Cun affix.* וַיְסַפְּרוּם & narrarunt ea, 1. Reg. 13. v. 11. *Pyh Præter.* סֻפַּר narratum fuerat, Iſa. 52. v. 15. *Futur.* יְסֻפַּר narrabitur, Habac. 1. v. 5., יְסֻפַּר לַאדֹנָי לַדּוֹר, Pſal. 22 verſ. 31., narrabitur, *ſive*, *juxta quoſdam*, accenſebitur adſcribetur Domino in generationem, *h. e.*, *numerabitu inter filios Dei*; *Vulg. habet*, annuntiabitur Domino gene ratio; הַיְסֻפַּר num enarrabitur? Job. 37. v. 20.

סֹפֵר, *vel* סוֹפֵר *m.* Scriba, legiſperitus, juriſperitus, cancellarius, cenſor, *qui res divinas, aut politicas, vel voce enarrat, vel ſcriptis conſignat, ut* enarrentur, *cum opus fuerit Item, qui præeſt rebus* cenſendis, *ut* Iſa. 33. v. 18., *Cun præfix.* הַסֹּפֵר ſcriba, 2. Reg. 19. v. 2., *Plur.* סֹפְרִים legis periti, Jerem. 8. v. 8. *Conſtr.* סֹפְרֵי הַמֶּלֶךְ ſcribæ regis

Eſth. 3.

Eſth. 3. verſ. 12. *Chald.* סָפַר ſcriba, legiſperitus, Eſr. 7. vv. 12. 21., & *in ſtatu emphat.* סָפְרָא legiſperitus, Eſr. 4. vv. 8. 9. 17. 23.

סֹפֶר Sophér, *nom. propr. viri*, 2. Reg. 25. v. 19.

סֵפֶר *m.* Enumeratio, recenſio, liber, libellus, epiſtola, literæ, *quod in iis res* enumerentur, & recenſeantur, Gen. 5. verſ. 1., כַּסֵּפֶר ut liber; מִסֵּפֶר ex libro; *Cum affix.* סִפְרְךָ libro tuo, Pſal. 139. v. 16., מִסִּפְרִי de libro meo, Exod. 32. v. 33. *Plural.* סְפָרִים literas, 1. Reg. 21. verſ. 8., *item* libri, Eccleſ. 12. v. 12.

סְפַר *m. Chald.* liber, Eſdr. 6. v. 18., בִּסְפַר דָּכְרָנַיָּא in libro memoriarum, Eſr. 4. v. 15. *Plur.* וְסִפְרִין פְּתִיחוּ & libri aperti ſunt, Dan. 7. verſ. 10. *Et in ſtatu emphat.* בְּבֵית סִפְרַיָּא in domo librorum, *vel* ſcriptorum, Eſr. 6. verſ. 1.

סְפָר *m.* Numeratio, 2. Paral. 2. v. 17.

סַפִּיר *m.* Sapphirus, *à* ſplendore *ſic dictus, ex ſignificatione rad. Arab., ut notat Jo. Simon; Aben Eſra vult, eſſe gemmam rubri coloris: Occurrit* Exod. 28. v. 18., 39. v. 11., &c., הַסַּפִּיר *idem*, Exod. 24. v. 10., *Plur.* סַפִּירִים ſapphiri, Cant. 5. v. 14., בַּסַּפִּירִים in ſapphiris, Iſa. 54. v. 11.

* סָפְרָא *m. Chald. vide ſupra in* סֹפֵר: *item* סִפְרַיָּא *Chald. vide ſupra in* סְפַר.

סְפָרַד, *vel* סְפָרָד Sepharadh, *nom. propr. regionis: Cum præfix.* בִּסְפָרַד, Abd. v. 20., in Sepharad; *Syris, Chald., & recentioribus Judæis regio hoc in loco laudata eſt* Hiſpania; *Vulgat. eſt* Boſphorus.

סְפָרָה Sepharah, *nom. propr. montis Indiæ*, Gen. 10. v. 30.

סִפְרָה *f.* Numeratio, & *juxta quoſdam* liber commentarius; *hinc cum affix.* הֲלֹא בְּסִפְרָתֶךָ, Pſal. 56. v. 9., non ne in numeratione tua, nonne in libro tuo? *Sed LXX., & Vulg. reddiderunt*, ſicut & in promiſſione tua.

סְפֹרָה *fœm.* Numerus, *vel* numeratio, *ut quibuſdam videtur*; *Hinc plur.* כִּי לֹא יָדַעְתִּי סְפֹרוֹת, Pſal. 71. v. 15., licet non noverim, non didicerim numeros, *muſicam*, *arithmeticam*, *&c.*, *vel juxta alios*, enumerationes, narrationes, *ea ſcil.*, *quæ homines narrant*, *fabulas*, *traditiones*; *LXX. habent*, quoniam non cognovi negotiationes; *Vulg.* literaturam.

ספֶרֶת, Sophéret, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 55.

מִסְפָּר *m.* I. Narratio, Jud. 7. v. 15. II. Enumeratio, recenſio, *ut* בְּמִסְפָּר in enumeratione, *ſive* per enumerationem, Num. 1. v. 2. III. Numerus, numerando *elicitus*, menſura, Geneſ. 41. v. 49., Deut. 33. v. 6., *&c. Hinc Hebrea phraſis*, מְתֵי מִסְפָּר, Geneſ. 34. v. 30., Deuter. 4. verſ. 27., Pſal. 105. v. 12., Jerem. 44. verſ. 28., *item* אַנְשֵׁי מִסְפָּר, Ezech. 12. v. 16., homines numeri, *id eſt*, numero pauci, *qui videlicet facile* numerari *poſſunt*: יָמִים מִסְפָּר, Numer. 9. verſ. 20., dies numeri, *ſive* numerati, *i. e.*, paucis diebus, *juxta quoſdam*; *Alii vertunt* annum in, *vel* cum numero, *i. e.*, annum integrum, *toto ſuo* numero *conſtantem*; *Jonathan per* dies numeri *intelligit ſeptem*, *ſive ſeptimanam*: וִיהִי מְתָיו מִסְפָּר, Deuter. 33. v. 6., & ſint viri ejus numerus, *ſive* numerabiles, *i. e.*, pauci; *Vulg. vertit*, & ſit parvus in numero; *ita* Iſa. 10. v. 19. *Conſtr.* מִסְפַּר numerus, Jud. 7. verſ. 6., *&c. Cum affix.* מִסְפָּרָם numerus eorum, Eſr. 1. v. 9., מִסְפַּרְכֶם numero veſtro, Numer. 14. v. 29. *Plural. conſtr.* מִסְפְּרֵי numeri, 1. Paral. 12. v. 23.

סְפַרְוַיִם Sepharvàim, *nom. propr. urbis Aſſyriorum*, 2. Reg. 18. verſ. 34.

אָסְפַּרְנָא *Chald.* cito, celeriter, feſtinanter, *quaſi* numero *dicas*, Eſr. 5. v. 8., *&* 6. v. 8., *&* 12. v. 13., *&* 7. v. 17., *&* 21. v. 26.

סקל Lapidavit, lapidibus obruit: *Præter. cum affix.* וּסְקַלְתּוֹ & obrues, & lapidabis eum, Deuter. 13. verſ. 11., וּסְקַלְתָּם & lapidibus obrues eos, Deut. 17. v. 5., *Plural. cum affix.* עוֹד מְעַט וּסְקָלֻנִי parum abeſt, quin lapident me, *ſive* adhuc paullulum, & lapidabunt me, Exod. 17. v. 4., וּסְקָלוּהָ & lapidabunt eam, Deut. 22. verſ. 21., וּסְקַלְתֶּם אֹתָם & lapidibus obruetis eos, Deut. 22. v. 24. *Infinit.* סָקוֹל lapidare, *ſive* lapidando, Exod. 19. verſ. 13., 21. v. 28., *&* *cum affix.* לְסָקְלוֹ ad lapidandum eum, 1. Sam. 30. v. 6. *Imper. plur. cum affix.* וְסִקְלֻהוּ & lapidate eum, 1. Reg. 21. verſ. 10. *Futur. plur.* וַיִּסְקְלוּ & lapidarunt, Joſ. 7. v. 25., *&* *cum affix.* יִסְקְלֻנוּ lapidabunt nos, Exod. 8. v. 22., וַיִּסְקְלֻהוּ & lapidibus obruerunt eum, 1. Reg.

21.

21. v. 13. *Niph. futur.* יִסָּקֵל lapidibus obruitor, lapidabitur, Exod. 19. v. 13., 21. v. 28 *Pih.* סִקֵּל lapidavit, lapidibus petiit: *Item, per eam figuram rhetoricam, quæ* antiphraſis *appellatur, qua videl vocibus eiſdem per ſe conſideratis oppoſitus, aut contrarius ſenſus exprimitur*, elapidavit, lapides abſtulit, lapidibus purgavit, eruderavit: *Imper. plur.* סַקְּלוּ מֵאֶבֶן, Iſa. 62. v. 10., elapidate a lapidibus, *i. e.*, amovete lapides, *ne quis in eos impingat, vel* evacuate lapidibus, *ſive* projicite, ne lapis ſuperſit; *Vulgat. vertit*, eligite lapides: *Futur.* וַיְסַקֵּל בָּאֲבָנִים, 2. Sam. 16. vv. 6. 13., & lapidabat lapidibus, & lapidibus petiit, impetiit; *juxta Vulg.* mittebatque lapides (contra David); *Cum affix.* וַיְסַקְּלֵהוּ, Iſa. 5. v. 2., & lapidavit eam, *i. e.*, lapidibus munivit, *q. d. non ſepem tantum, ſed murum conſtruxit*; *contra alii vertunt*, & elapidavit, lapidibus purgavit eam (*vineam*); *Vulg. habet*, lapides elegit ex ea. *Pyh. præt.* סֻקַּל lapidatus eſt, 1. Reg. 21. v. 5. אֶסָּרָא *Chald. vide ſupra in* אָסוּר *pag.* 55.

סרב *Chald.* rebellis, refractarius fuit, renuit. *Inde Hebr.* סָרָב *m.* refractarius, & *juxta Vulg.* incredulus: *Plur.* סָרָבִים refractarii, Ezech. 2. v. 6.

סרבל *Chald.* texit, operuit. *Inde, ut quibuſdam videtur,* סַרְבָּלִין *m. pl.* chlamydes, pallia, *quibus homo tegitur. Sed Bochartus, aliique arbitrantur, Perſicam vocem eſſe, &* braccas, *ſive* femoralia *notare*: *Cum affix.* בְּסַרְבָּלֵיהוֹן, Dan. 3. verſ. 21., cum chlamydibus, *ſive* palliis ſuis; *LXX., Aq., Theod., retenta voce Chaldaica, reddiderunt*, cum Sarabois ſuis; *Sym. vero, Vulgat., aliique vertunt*; cum femoralibus, cum braccis ſuis; וְסַרְבָּלֵיהוֹן, Dan. 3. v. 27., & chlamydes, & pallia eorum, *ſive, juxta Vulg.*, & ſarabala eorum.

סַרְגוֹן Sargon, *nom. propr. regis Aſſyriorum, alias* Sennacherib *dicti*, Iſa. 20. v. 1.

סֶרֶד Séred, *nom. propr. viri*, Geneſ. 46. v. 14.

סַרְדִּי Sardí, & *juxta Vulgat.* Sareditès, *nom. patronymicum, eorum ſcil., qui a* Sered *erant oriundi*, Num. 26. v. 26.

סרה *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab.* dimiſit, remiſit: *Inde* סִרְיוֹן lorica, *ſic dicta, quod ſagittas* remittat. *Joa. Simon.*

mon vocem hanc derivat a rad. Arab. שָׁרָא micuit, coruſcavit; *unde* סִרְיוֹן *m.*, ס *pro* ש, lorica, *ſic dicta a* ſplendore. *Cum affix* בְּסִרְיֹנוֹ cum lorica ſua, Jerem. 51. v. 3. *Plural. fœm.* לִבְשׁוּ הַסִּרְיֹנוֹת induite loricas, *ſive* thoraces, Jerem. 46. v. 4. *Vide in* שרא, *&* שרה.

סָרָה *f. Conſtr.* סָרַת; *item* סַר; *& plur. conſtr.* סָרֵי *vide ſupra poſt* סור *pag.* 852., *&* 855.

סִרָה Sira, *nom. propr. ciſternæ*, 2. Sam. 3. v. 26.

סָרַח Extendit ſe, in longum ſe exporrexit: *Hinc* ſuperfluxit, redundavit, luxuriavit; *nam in* luxuria *eſt* redundantia: *Particip. præſens fœm.* לְגֶפֶן סֹרַחַת, Ezech. 17. verſ. 6., (& fuit) in vitem luxuriantem, *ſive* in longum ſe exporrigentem; *Vulg. reddit*, (crevit) in vitem latiorem: *Pahul., vel potius nomen part.* סָרוּחַ redundans, propendens, longe extenſum, Exod. 26. verſ. 13., *Plural.* סְרוּחִים, *&* סְרֻחִים redundandes, luxuriantes, luxu circumfluentes, Amos 6. vv. 4. 7. *Conſtr.* סְרוּחֵי טְבוּלִים, Ezech. 23. v. 15., abundantes, *ſive* luxuriantes coloratis; *Alii vertunt*, propendula coloratorum; *LXX.*, *Vulg.*, *aliique habent*, & tiaras tinctas *habentes* (in capitibus eorum); *Futur.* תִּסְרַח redundabit, Exod. 26. v. 12. *Niph. præter.* נִסְרְחָה ſuperflua, *id eſt*, *nihili facta eſt*, Jerem. 49. v. 7. *Quidam reddunt*, corrupta, fœtida facta eſt, *ex ſignificatione radicis Chald.* סרח fœtuit: *Unde apud Rabbinos*, טפה סרוחה gutta fœtida.

סֶרַח Redundantia, redundans, Exod. 26. v. 12.

סָרַךְ *m. Chald.* princeps, dux, tribunus, exarchus, eparchus: *Plur.* סָרְכִין eparchi, exarchi, principes, Dan. 6. v. 3. *Conſtr.* סָרְכֵי *idem*, Dan. 6. v. 8.

סָרְכַיָּא *m. plural. Idem ac ſupra, ſed in ſtatu emphat.*, Dan. 6. vv. 4. 5. 7.

* אֲסָרָם, *Dictio compoſita ab* אָסַר, vinxit eos, Job. 36 v. 13. *Item* אֶסֳּרֵם *ab eadem rad.*, colligebam eos, Hoſe. 10. verſ. 10., יְסִירֵם *vide in* סור *pag.* 855.

סָרָן *m.* Princeps, ſatrapes: *Plural.* סְרָנִים ſatrapæ, principes: *Cum præfix.* הַסְּרָנִים, Jud. 16. v. 30., 1. Sam. 6. v. 18., 29. v. 6. *Conſtr.* סַרְנֵי, Joſ. 13. v. 3., *&c.*, *Cum affix.* וּלְסַרְנֵיכֶם & ſatrapis, & principibus veſtris, 1. Sam. 6. v. 4. *Aliud eſt*

סֶרֶן

סַרֶן *m.* Tabula, aſſer, abſis, axis, rota, *per metatheſin, ut notat Jo. Simon, pro* נֶסֶר, *a rad.* נשׂר *Chald.,* & נסר *Syr.* ſecuit, diſſecuit; *ex quo plural. maſc. Hebr.* סַרְנֵי נְחֹשֶׁת, 1. Reg. 7. v. 30., tabulæ, *ſive* axes ærei.

סַרְיוֹן *Vide ſupra in* סָרָה: אַסּוּרִין *vide ſupra in* אֵסּוּר *pag.* 55.

סָרַס *Radix Hebræis inuſit. Sed Chald., & Syris in Pahel eſt*, eunuchum fecit, caſtravit; *Arabibus autem*, ad venerem impotens fuit. *Inde*

סָרִיס *m.* Eunuchus, Iſa. 56. v. 3., *&c. Item, juxta quoſdam*, cubicularius, *quod hi in gynæceo* eunuchi *eſſent; & latius*, aulicus, *qui officio alicui præfectus eſt*, 2. Reg. 8. verſ. 6. *Conſtr.* סְרִיס aulico, Gen. 37. verſ. 36. *Plur.* סָרִיסִים aulici, 2. Reg. 20. v. 18. *Et abſque* Jod *in medio*, וְסָרִסִים & eunuchos, Jerem. 41. verſ. 16. *Conſtr.* סָרִיסֵי, Eſth. 2. verſ. 21., *& aliter*, סְרִיסֵי, Gen. 40. v. 7., eunuchi, aulici; מִסָּרִיסֵי ex eunuchis, ex aulicis, Eſth. 4. v. 5. *Cum affix.* סָרִיסָיו eunuchi, *ſive* aulici ejus, *vel* ſui, Gen. 40. verſ. 2., וְסָרִיסֶיהָ & eunuchi ejus, Eſth. 4. v. 4.

סָרְעַף. *Radix Hebræis inuſit. Sed Syris eſt*, germinavit, pullulavit. *Inde* סַרְעַפָּה *fœm.* ramus; *Plural. cum affix.* סַרְעַפֹּתָיו, Ezech. 31. verſ. 5., ramuſculi, rami ejus, & *juxta Vulg.* arbuſta ejus.

עַד *m.* I. Præda, ſpolium; *Sed hoc vide poſt* עָוַר: II. Seculum, æternitas, perpetuum, *quod ſcilic. fine caret*, *q. d.* proceſſio *temporis* continua: אֲבִי־עַד, Iſa. 9. v. 5., pater æternitatis; *Sym.*, *&* *Theod. habent*, πατὴρ αἰῶνος pater ſæculi; *Aq. reddit*, πατὴρ ἔτι pater adhuc, *ſive* poſterum, *h. e.*, poſteritatis; *Vulgat.* pater futuri ſæculi; שֹׁכֵן עַד, Iſa. 57. verſ. 15., inhabitans æternitatem, *juxta LXX.*, *Vulg.*, *alioſque*; הַרְרֵי־עַד, Hab. 3. v. 6., montes ſempiterni, antiqui, *juxta LXX.*, *alioſque*; *Vulg. vertit*, montes ſæculi. *Cum particulis* מִנִּי־עַד, Job. 20. v. 4., a ſæculo, ab æterno, *juxta Sym.*, *&* *alios*; *Sed juxta Vulg.*, *&* *Paraphr. Chald.*, a principio, ab initio, a tempore, quo *&c.*, עֲדֵי־עַד, Iſa. 26. v. 4., 65. v. 18., uſque in ſæculum, in ſæculum ſæculi, in ſempiternum; עַד־עוֹלְמֵי עַד, Iſa. 45. v. 17., uſque in ſæcula perpetuitatis, *i. e.*, in omnem æternitatem; *juxta Vulg.*, in ſæculum ſæculi: *Cum præfix.* לָעַד in perpetuum, Job. 19. verſ. 24., Pſal. 19. v. 10., Iſa. 64. v. 8., לָעַד עַד־עוֹלָם, Iſa. 30. v. 8., in perpetuum uſque in ſæculum, *h. e.*, in omnem perennitatem; *Vulg. reddit*, in teſtimonium uſque in æternum; *unde primum* עַד *derivat a* עוד: *Item cum* Sægol *loco* Pathach, עֶד; *Kimchi in ſuo Michlol notat*, *cum* Sægol *ſemper*, *&* *tantum ſcribi poſt* עוֹלָם, *vel* לְעוֹלָם, *ut* עוֹלָם וָעֶד, Pſal. 10. v. 16., 21. v. 5., 45. v. 7., לְעוֹלָם וָעֶד, Mich. 4. v. 5., לְעֹלָם וָעֶד, Exod. 15. v. 18., (*ubi Ab. Eſra notat*, *eſſe conciſam locutionem*, *pro* לְעוֹלָם וְעַד עוֹלָם), in ſæculum, & in æternum, in perpetuum, *ſive* in ſæculum aſſidue, perpetuo, ſemper, in ſæculum, & ultra, in ſæculum ſæculi, *juxta Theod.*, *Aq.*, *Sym.*, *Vulg.*, *alioſque*: III. *Eſt adverbium*, *ſeu particula ſignificans*: 1. *Cum nominibus*, *&* *pronominibus*, ad, uſque ad, uſque in, *q. d.* tranſitus, proceſſio ad certum terminum *loci*, *temporis*, *vel rei*, *ut* עַד־גֹּרֶן ad aream, Gen. 50. v. 10., עַד הָאֱלֹהִים ad Deos, Exod. 22. v. 8., עַד מְקוֹם שְׁכֶם uſque ad locum

cum Sechem, Gen. 12. v. 6., עַד־תּוֹךְ הַבַּיִת uſque in me-
dium, *id eſt, in penitiorem partem*, domus, 2. Sam. 4.
verſ. 6., וְעַד־הַצָּהֳרַיִם, 1. Reg. 18. v. 26., & uſque ad
meridiem; עַד־אֵלֶּה, Levit. 26. v. 18., (ſi) uſque ad
hæc, *ſive* per hæc, *q. d. his flagellis admoniti*; עַד לַדָּבָר
הַזֶּה, Eſdr. 10. v. 14., uſque ad verbum hoc, *ſive, juxta
quoſdam alios*, propter rem hanc; *Vulg. vertit*, ſuper pec-
cato hoc, *atque ſic optime ſenſum expreſſit*; עַד־אֲפֵקָה עַד
גְּבוּל הָאֱמֹרִי uſque ad Aphek, & terminum Emoræi, Joſ.
13. v. 4., עַד זֶה מְדַבֵּר, Job. 1. verſ. 18., adhuc iſte lo-
quens, *i. e.*, dum iſte adhuc loquebatur: *Sed* עַד־סִירִים
ſicut ſpinæ, Nah. 1. v. 10., עַד־בְּנֵי, 1. Par. 4. v. 27.,
ſicut filii; *Item repetitum reddendum per* tam, quam, *ut*
Geneſ. 7. v. 23., Num. 8. v. 4., *& per* ſive, *ut* Geneſ.
31. v. 24., Exod. 22. v. 3., *ut* מִטּוֹב עַד־רָע, Gen. 31.
vv. 24. 29., a bono ad malum, *i. e.*, ſive bonum, ſive
malum; מִשּׁוֹר עַד־חֲמוֹר עַד־שֶׂה חַיִּים, Exod. 22. v. 3., a
bove uſque ad aſinum, uſque ad agnum vivos, *i. e.*, ſive
bos, ſive aſinus, ſive agnus vivi; לְמֵרָע וְעַד־טוֹב, 2. Sam.
13. v. 22., in malum, & ad bonum, *i. e.*, ſive malum,
ſive bonum: 2. *Cum verbis* donec, uſque dum, dum,
quandiu, adhuc, *ut* Joſ. 2. v. 22., 1. Sam. 2. verſ. 5.,
&c., עַד־הֱיוֹתִי, Jon. 4. v. 2., uſque eſſe me, *i. e.* ad-
huc exiſtente me, cum adhuc eſſem; עַד־תְּמֻתוּן, Iſa. 22.
verſ. 14., donec moriamini; antequam, *ut* Exod. 22.
verſ. 25. *Item cum* אֲשֶׁר, *vel ſimplici*, *ut* עַד אֲשֶׁר־יֵצֵא do-
nec exeat, Num. 11. v. 20., עַד אֲשֶׁר־נַעֲבֹר donec tranſ-
eamus, Num. 20. v. 17., *&c.*; quia, eo quod, Joſ. 17.
verſ. 14., *vel cum aliis adjunctis*, *ut* עַד אֲשֶׁר אִם־הֲבִיאֹנֻם
donec introducamus eos, Numer. 32. v. 17., *ita* Iſa. 6.
v. 11., antequam, *& juxta Vulg.* niſi, Gen. 28. v. 15.,
עַד לֹא־יָבֹאוּ antequam venerint, Eccl. 12. v. 1., *ſic* cap.
12. vv. 2. 6., *ſed* 2. Sam. 17. verſ. 13., 1. Reg. 17.
verſ. 17., uſque dum non, ut non, ita ut non; *& cum*
שׁ *præfix.*, *loco* אֲשֶׁר, *ut* עַד שַׁקַּמְתִּי donec ſurrexi, Jud.
5. verſ. 7., עַד שֶׁיָּפוּחַ donec ſpiret, *vel* afflet, Cant. 2.
verſ. 17., עַד שֶׁמָּצָאתִי, Cant. 3. v. 4., donec, *ſive* tunc
inveni: 3. *Cum aliis particulis*, *vel adverbiis*, *ut* עַד אַחַר
ante

ante poſtridie, uſque, niſi poſt, Nehem. 13. verſ. 19., וְעַד אָחֳרִין, Dan. 4. v. 5., uſquedum poſtremò, donec tandem; *Vulg. vertit*, donec collega; *exiſtimavit Vulgat.*, אָחֳרִין *idem eſſe quod Syrorum* אַחְרִין alius, *ut ſenſus ſit*, donec alius quidam, *qui & ipſe eſſet divinationum peritus, adeoque* collega; עַד־אֵין abſque, Pſalm. 40. v. 13., Job. 9. v. 10., עַד אִם donec; uſque dum, Gen. 24. vv. 19. 33., Ruth. 2. v. 21., Iſa. 30. v. 17., עַד־אָן, Job. 8. verſ. 2., עַד־אָנָה, Exod. 16. verſ. 28., *&c.*, uſquequo, quouſque, quamdiu? *item* quando? Job. 18. v. 2., עַד בְּלִי יָרֵחַ, Pſal. 72. verſ. 7., donec non (*ſit*), uſque ad conſumptionem lunæ, *vel* uſque dum non erit luna, *i. e.*, *quamdiu erit luna*, *ſive in perpetuum*; *Vulg. reddit*, donec auferatur luna; עַד בְּלִי דָי, Mal. 3. v. 10., uſque ad non ſufficiens, *i. e.*, *ut non ſatis multi futuri ſitis ad abſumendam omnem copiam benedictionis*; *vel*, *juxta alios*, ut non ſint vobis ſufficientia, *vaſa ſcil.*, *vel horrea*, *ſive cellæ*, *quæ tantam capiant copiam*; עַד־בִּלְתִּי donec non, uſque dum non, Num. 21. v. 35., Deut. 3. v. 3., Job. 14. v. 12., עַד דִּי donec, עַד־דִּבְרַת דִּי ut, donec, Dan. 4. v. 14., Dan. 4. v. 30., quoniam, quod, Dan. 7. v. 11., עַד־הֲלֹם huc uſque, eo uſque, 2. Sam. 7. v. 18., עַד־הֵנָּה hactenus, uſque ad præſens tempus, Geneſ. 15. verſ. 16., 1. Sam. 1. v. 16., *&c.*, *item* huc, 2. Sam. 20. v. 16., 2. Reg. 8. v. 7., עַד־כֹּה illuc, Geneſ. 22. v. 5., *item* huc uſque, uſque ad præſens, Exod. 7. v. 16., Joſ. 17. verſ. 14., עַד־כָּה hucuſque, Daniel. 7. verſ. 28., וַיְהִי עַד־כֹּה וְעַד־כֹּה, 1. Reg. 18. v. 45., & fuit uſque huc, & uſque huc, *ſive*, *juxta quoſdam*, & fuit dum ſic, & dum ſic, *i. e.*, interim, interea dum hæc agerentur; *Vulg. reddit*, cumque ſe verteret huc, atque illuc; עַד כִּי donec, uſquedum, Gen. 26. v. 13., 2. Sam. 23. v. 10., עַד כִּי־יָבֹא, Gen. 49. v. 10., donec, uſquedum veniat, *ita vertunt Chriſtiani omnes*, *& ex Hebræis Ab. Eſra*, *R. David. Kimchi*, *Bechai*, *& R. Iſaacus in Chizzuk Emunah*; *ita etiam habent verſiones Chald. Onk.*, *Jon.*, *& Jeros. Sed recentiores quidam Hebræi*, *ut argumenti vim elevarent*, *commenti ſunt*, *duas illas voces* עַד כִּי *per comma ſeparandas eſſe*, *atque pau-*

ſandum

ſandum ad priorem, videl. עַד*, in hunc modum:* non auferetur ſceptrum *&c.* עַד*, i. e.*, in æternum, כִּי*, i. e*, poſtquam venerit Silo, *videl.* Meſſias. *Verum novum hoc commentum pugnat prorſus cum aliis ſacræ Scripturæ locis. Nam licet* עַד *æternitatem quandoque ſonet; nunquam tamen id ſignificat ante* כִּי*, uti conſtat, ex* Gen. 26. v. 13., 41. v. 49., 2. Sam. 23. v. 10., 2. Paral. 26. v. 15. *Pugnat etiam cum ipſa accentuum lege Hebræis probatiſſima. Nam dictio hæc* רַגְלָיו*, quæ proxime præcedit particulam* עַד*, eſt affecta accentu* Athnach; *Porro accentus iſte dividit membrum periodi; atque adeo dictio* עַד*, quæ ſequitur, referri non poteſt ad orationis membrum præcedens. Nec Adverſariis præſidio eſt acaccentus* Jethiv, *quo, poſt* Athnach, *notatur dictio* עַד*; quia, ut ſcite admonet Guarin in Grammatica Hebræa, ibi non diſtinguit, ſed eſt omnino habendus tanquam honorarius majoris accentus regii, qui ſequitur, nempe* Zakeph Katon; *alioquin* Athnach, *qui, poſt* Silluk, *eſt omnium maximus, quique præcedit, eſſet honorarius regis ſe minoris, nempe* Jethiv *ſequentis; quod proſodiæ Hebraicæ e diametro adverſatur. Et ſane* Jud. 4. verſ. 24. *particula* עַד *affecta* Jethiv, *imo* Gen. 41. v. 49. *affecta accentu* Tebhir, *qui certe plus quam* Jethiv *ad diſtiguendum valet, pauſam in oratione non efficit propter* Athnach *præcedentem; atque in omnium ſententia ad ea, quæ ſequuntur, eſt referenda.* עַד־כַּמֶּה פְעָמִים, 1. Reg. 22. verſ. 16., uſque ad tot, *ſive* ad quot vices? *Vulg. reddit* iterum, atque iterum: עַד־כָּעֵת huc uſque, uſque nunc; עַד לֹא adhuc non, nondum, Prov. 8. v. 26., Iſa. 47. v. 7., עַד־אֶחָד לֹא ne unus quidem, 2. Sam. 17. verſ. 22., עַד־לְאֵין ita ut non, 2. Paral. 36. verſ. 16., עַד־לְמְאֹד valde, 2. Par. 16. v. 14., עַד־לְמַעְלָה ad ſummum uſque, plurimum; עַד־לְמֵרָחוֹק in longinquum, procul, Eſdr. 3. v. 13., עַד לִפְנֵי ante, Eſth. 4. v. 2., עַד־מְאֹד valde, ſupra modum, prorſus, omnino; עַד־מָה, *vel* עַד־מֶה uſquequo, uſque dum, quamdiu? עַד־מְהֵרָה celeriter, quam celerrime, quam maxime; עַד־מֵרָחוֹק in longinquum; עַד־מָתַי quamdiu? עַד נֶגֶד e regione, contra, Nehem 3. verſ. 26., עַד־נֹכַח uſque ad, *ſive, juxta Vulg.*, contra, Jud. 19. v. 10., עַד־עַתָּה huc uſque, uſque nunc, uſque

adhuc, Geneſ. 32. verſ. 5., עד־פה huc uſque (*de loco*), Job. 38. v. 11. *Admittit etiam formam quaſi numeri pluralis conſtructi*; *ut* עֲדֵי uſque ad, uſque in, Num. 24. vv. 20. 24., *item* in ſeculum, *ut* עֲדֵי־עַד in ſeculum ſeculi, Pſal. 83. v. 18. *Etiam affixa pronomina junguntur*, עָדַי uſque ad me, עֲדֵיכֶם ad vos, *ubi irregulariter eſt* Kametz, *quaſi ex forma quieſcentium ſecunda*, *cum tamen pronomen* כֶם *ſemper formæ conſtructæ, quæ hic eſt* עֲדֵי, *adjungatur*; עָדָיו ad eum, Iſa. 45. v. 24.; עָדֶיהָ ad eam; עָדֶיךָ uſque ad te. *Cum* ב *compoſitum ſignificat*: 1. Pro, propter, per, circa, *idem quod* כְּנֶגֶד, *ut probat R. Salomon in* Geneſ. 7. verſ. 16., בְּעַד רָעָתָם propter malum ipſorum, Jer. 11. verſ. 14., בְּעַד הָעָם הַזֶּה pro populo iſto, *ibidem*; בְּעַד הַחַלּוֹן per feneſtram, Gen. 26. v. 8., בְּעַד מְעָרוֹת in ſpeluncas, pro ſpeluncis, Iſa. 32. verſ. 14., *Cum affix.* בַּעֲדִי pro me, Exod. 8. v. 24., בַּעֲדֵנוּ pro nobis, Jerem. 21. verſ. 2., *item* propter nos, ſuper, *vel* circa nos, *ſive juxta Vulg.*, nobis, Amoſ. 9. v. 10., בַּעַדְכֶם pro vobis, 1. Sam. 7. verſ. 5., וַיִּסְגֹּר יְהוָה בַּעֲדוֹ, Gen. 7. verſ. 17., & occluſit, *nempe oſtium*, pro eo, *ſive* poſt eum, *id eſt*, *Noacho vix arcam ingreſſo*; בַּעַדְךָ pro te, Gen. 20. v. 7., Lev. 9. v. 7., בַּעַדְךָ וּבְעַד־בָּנֶיךָ, 2. Reg. 4. v. 4., *&c.*, pro te, & pro filiis tuis; בַּעֲדָם, Lev. 9. verſ. 7., *&c.*, pro eis: 2. Poſt, ſuper, *ut* 2. Reg. 4. vv. 5. 33., *Cum affix.* בַּעַדְךָ poſt, *vel* ſuper te, Iſa. 26. v. 20., בַּעֲדוֹ poſt eum, Geneſ. 7. verſ. 16., Jud. 3. verſ. 23., 2. Reg. 4. verſ. 21., בַּעֲדָהּ poſt, *vel* ſuper ſe, 2. Reg. 4. verſ. 5., בַּעֲדָם, Jud. 9. v. 51., poſt ſe; 3. Circum, circa, Job. 1. verſ. 10. *Cum affix.* בַּעֲדִי circa, circum me, Thren. 3. verſ. 7., Jon. 2. v. 7., בַּעֲדֵנִי, Pſal. 139. v. 11., circum, circa me, *vel*, *juxta Pagninum*, propter me; *Vulg. reddit*, in deliciis meis; *derivavit a voce* עֵדֶן voluptas, delectatio; *unde* Nun, *non ſervile juxta Maſoretas*, *ſed radicale eſſet*: בַּעֲדוֹ, Job. 1. verſ. 10., circa eum; *& cum præfix.* מ, מִבַּעַד, Cant. 4. vv. 1. 3., 6. v. 7., ex circa, ex ambitu, *i. e.*, inter, intra, circa, *Vulg. habet*, abſque eo, quod intrinſecus: 4. Verſus, juxta; *ita* בְּעַד יַד הַשַּׁעַר, 1. Sam. 4. v. 18., verſus, juxta latus portæ: 5. *Se ha-*

bet veluti articulus Accuſativi caſus ; ut 1. Sam. 1. v. 6., Zach. 12. v. 8., Job. 7. v. 9.

עַד *Chald.* Ad, uſque ad, uſque in, Dan. 2. v. 20., *&c.*, Eſdr. 7. v. 22. *Cum verbis, ſive cum particulis*, donec, uſquedum, dum; עַד דִּי uſquedum, Dan. 2. verſ. 9., עַד מִנִּי donec a me, Eſdr. 4. v. 21., עַד־כָּה hucuſque, Dan. 7. verſ. 28., עַד כְּעַן uſque nunc, hucuſque, Eſdr. 5. verſ. 16.

עַדְלָי Adhlái, *& juxta Vulg.* Adli, *nom. prop. viri*, 1. Par. 27. verſ. 29.

עֲדֻלָּם Odullam, *nom. prop. urbis in Tribu Judæ*, Joſ. 12. verſ. 15., 15. verſ. 35., *item nom. prop. ſpeluncæ*, 1. Sam. 22. verſ. 1.

עֲדֻלָּמִי Adhullamí, *& juxta Vulg.* Odollamites, *nom. patronymicum habitatorum urbis* Odollam.

עֲדָם, בַּעֲדָם *Vide in* עד *pag.* 912., *&* עוֹדָם *pag.* 920.

עדן *In Kal. inuſit. Sed Arabibus, ut notat Jo. Simon, eſt*, in 2. *Conjug.*, inſtrumento mucronato percuſſit, *& per* Gain, flexilis, mollis, tener fuit. *Inde Hebr.* עֵדֶן, עֶדְנָה, עֲדִין, מַעֲדָן, *quæ vide inter nomina*: בַּעֲדֵנוּ *vide in* עד *pag.* 912. *Inde etiam Hithp. futur. plur.* וַיִּתְעַדְּנוּ, Neh. 9. v. 25., & oblectarunt ſe, *ſive, juxta alios*, & abundaverunt deliciis, & molles, delicatos ſe geſſerunt.

עֵדֶן *maſc.* Voluptas, oblectatio, deliciæ, deliciarum locus. *Inde ſingulariter ſumitur a multis pro nomine proprio Regionis amœniſſimæ, in qua fuit hortus ille, quem* Paradiſum *vocant. Plerumque tamen antiquis, atque Vulgat. eſt appellativum. Cum præfix.* בְּעֵדֶן in Eden, *ſive, juxta Vulgat.* (hortum) voluptatis, in deliciis, Gen. 2. v. 8., Ezech. 28. v. 13., מֵעֵדֶן ex Eden, *& juxta Vulg.* de loco voluptatis: עֶדְנָה, עֲדִינָה *fœm.*, עֲדִינוֹ *vide infra*: בַּעֲדֵנוּ, בַּעֲדֵנִי *vide ſupra in* עד *pag.* 912. *Quater etiam cum duplici* Sægol *ſcribitur, quod vide infra. Plur.* עֲדָנִים deliciæ, 2. Sam. 1. verſ. 24. *Cum affix.* וְנַחַל עֲדָנֶיךָ & torrente deliciarum tuarum, Pſal. 36. v. 9., מֵעֲדָנָי ex deliciis meis, Jerem. 51. verſ. 34.

עֵדֶן Eden, *nom. prop. Levitæ*, 2. Paral. 29. v. 12.

עֵדֶן Eden, *nom. propr. civitatis in Syria Damaſci, forſan non*

procul ab horto Heden, 2. Reg. 19. v. 12., Iſa. 37. verſ. 12., Ezech. 27. v. 23., *Sed* מִבֵּית עֶדֶן, Amoſ 1. v. 5., *a Vulg. redditur*, de domo voluptatis; *a quibuſdam vero aliis vertitur*, à Beth Eden; *atque eiſdem videtur eſſe Syriæ locus, qui a Strabone παράδεισοσ appellatur*.

* עֵדֶן *Vide ſupra in* הֵנָּה *pag.* 236.

מַעֲדָן *m. In ſingulari inuſit. Inde plur.* מַעֲדַנִּים deliciæ, oblectamenta, Prov. 29. v. 17., לְמַעֲדַנִּים in deliciis, Thren. 4. verſ. 5. *Conſtr.* מַעֲדַנֵּי־מֶלֶךְ delicias regis, Geneſ. 49. verſ. 20. *Cum affix.* מַעֲדַנָּי deliciæ meæ, Jer. 51. v. 34., *Fœm. plur.* מַעֲדַנּוֹת כִּימָה, Job. 38. v. 31., deliciæ plejadum, *juxta Ab. Eſram, R. Levi Gerſon, & quoſdam alios*; *Vulgat. habet*, micantes ſtellæ. *Sed recentiores quidam reddunt* colligatas ſtellas; *putant enim* מַעֲדַנּוֹת *dictum pro* מַעֲנַדּוֹת, vincula *videl., quibus ligatur, per metathesim, ab* ענד ligavit, *& Arab.* firmavit. *Certe priſci Hebræi* faſciculos, ligamina *expoſuerunt*: *Unde* נקיט תרי מעדני אסא accepit duos faſciculos myrti, *Schabbath fol.* 33. *col.* 2., ראשי מעדנים שלהן כשרין ſummitates faſciculorum ipſorum rectæ ſunt, *Succa fol.* 13. *col.* 2., המתיר ראשי מעדנים diſſolvens capita nodorum, *Kelim cap.* 20. *Gloſſæ ubique exponunt* קשורים vincula, nodi, ligamina. *Sic & quidam interpretantur illud*, וַיֵּלֶךְ אֵלָיו אֲגַג מַעֲדַנֹּת & ivit ad ipſum Agag cum vinculis, 1. Sam. 15. v. 32., *ſubaudita præpoſitione* ב: *In hoc tamen poſteriori loco dictionem* מַעֲדַנּוֹת *ab* מָעַר vacillavit *derivandam potius, arbitratur Joa. Simon; adeoque illam reddendam* vacillatione; *quo etiam tendit verſio τῶν LXX. per τρέμων, & Vulg.* tremens.

עָדִין Adin, *nom. prop. viri*, Eſdr. 2. v. 15., 8. v. 6.

עִדָּנָא, *m. Chald., & plur.* עִדָּנַיָּא *vide infra in* עִדָּן *Chald.*

עַדְנָא Adhna, *nom. prop. viri*, Eſdr. 10. v. 30.

עֲדִינָא Adina, *nom. prop. viri*, 1. Paral. 11. v. 42.

* עֲדֶנָּה Hucuſque, *quod vide ſupra in* הֵנָּה *pag.* 236.

עַדְנָה Adhnah, *nom. prop. viri*, 1. Paral. 12. v. 20.

עֶדְנָה *f.* Voluptas, deliciæ, Gen. 18. v. 12.

עֲדִינָה *f.* Voluptuoſa, delicata, Iſa. 47. v. 8.

עֲדִינוֹ, 2. Sam. 23. v. 8., *quibuſdam eſt nom. prop. viri, videl.* Hadino; *Aliis eſt appellativum, redditurque* voluptas ejus,

ejus, volupe ipſi. *Sed Joa. Simon. Arab. ſignificationem ſequutus reddit*, percuſſio ejus; *ita ut ſenſus laudati textus ſit*; ad ipſum quod attinet, percuſſio ejus haſta ſua (*fuit*) in octingentos *&c.*, *Apud Vulg. legitur* tenerrimus.

עִדָּן *Chald.* Tempus, *proprie* opportunum, *ſive*, *ut notat Jo. Simon*, præciſe deſtinatum, *&* præfixum: *item* occaſio, opportunitas, ipſa hora; עַד־זְמַן וְעִדָּן, Daniel. 7. verſ. 12., uſque ad tempus, & tempus; *prius notat modum durationis*; *poſterius commoditatem rei*, *inquit Guarin*: *Emph.* עִדָּנָא, Dan. 2. v. 8., בְּעִדָּנָא in tempore, Dan. 3. verſ. 5. *Plur.* עִדָּנִין tempora, Dan. 4. v. 13., *vel* עִדָּנַיָּא, Dan. 2. verſ. 21.

עֲדָעָדָה Adada, *nom. prop. urbis in Tribu Judæ*; Joſ. 15. verſ. 22.

עָדַף Redundavit, abundavit, ſuperfuit, ſuperfluum fuit: *Partic.* הָעֹדֵף quod ſuperfluum eſt, Exod. 26. v. 12., *Cum præfix.*, *excluſo* ה *articulo*, בָּעֹדֵף in ſuperfluo, Exod. 26. v. 13., *Fœm.* הָעֹדֶפֶת quod ſuperfluum erit, *vel* eſt, Exod. 26. v. 12. *Plur.* הָעֹדְפִים qui redundant, Num. 3. v. 46. *Hiph. præter.* הֶעְדִּיף abundavit, Exod. 16. v. 18.

עָדַר Ordinavit, inſtruxit, diſpoſuit, *ſcil. aciem militarem*: *Partic. plur. conſtructum*, עֹדְרֵי מַעֲרָכָה diſponentes, *vel* ſervantes aciem, 1. Paral. 12. verſ. 38. *Infinit.* וְלַעֲדֹר & ad aciem ſervandam, *vel* diſponendam, 1. Par. 12. v. 33. *Niph.* נֶעְדַּר deeſſe, deſiderari: *Item*, ſarriri, reſarriri, paſtinari: *Præteritum*, וְלֹא נֶעְדַּר לָהֶם & non defuit eis, 1. Sam. 30. v. 19., *&* *in pauſa* אִישׁ לֹא נֶעְדָּר nullus deſideratur, vir non defuit, Iſa. 40. verſ. 26. *Fœm.* לֹא נֶעְדָּרָה non defuit, Iſa. 34. verſ. 16. *Partic. fœm.* נֶעְדֶּרֶת deficiens, *vel* deeſſe facta, ſublata, *&* *juxta Vulg.* (facta eſt veritas) in oblivionem, Iſa. 59. v. 15. *Futurum*, יֵעָדֵר reſarrietur, paſtinabitur, *h. e.*, *purgabitur a fruticibus*, *&* *malis herbis*, Iſa. 5. v. 6., *Plur. cum* Nun *parag.*, *&* *in pauſa*, יֵעָדֵרוּן ſarrientur, Iſa. 7. verſ. 25. *Pih. futur. plural.* יְעַדְּרוּ deeſſe, *vel* deſiderari ſinebant, 1. Reg. 5. verſ. 7., מַעְדֵּר *vide inter nomina*.

עֵדֶר *m.* Grex, *tam minorum*, *quam majorum animantium*, Geneſ. 32. verſ. 16. *Cum affix.* עֶדְרוֹ gregem ſuum, Iſa. 40. verſ. 11.

verſ. 11. *Plur.* עֲדָרִים greges, Iſa. 32. verſ. 14. *Conſtructum*, עֶדְרֵי־צֹאן greges pecorum, Geneſ. 29. v. 2. *Cum affix.* וְעֶדְרֵיהֶם & greges eorum, Jerem. 6. v. 3.

עֵדֶר Eder, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 23. v. 23., *item urbis in Tribu Judæ*, Joſ. 15. v. 21., *item turris*, Geneſ. 35. verſ. 21., Mich. 4. verſ. 8., *Vulgat. eſt appellativum in utroque hoc loco; reddit enim* (turrem) gregis.

מַעְדֵּר *m.* Sarculus, *vel* ſarculum: בַּמַּעְדֵּר יֵעָדֵרוּן cum ſarculo ſarrientur, Iſa. 7. v. 25.

עַדְרִיאֵל Hadriél, *nom. propr. viri*, 1. Sam. 18. v. 19.

עָדָשׁ *maſc.* Lens: *Plural.* וּנְזִיד עֲדָשִׁים & juſculum è lentibus, Geneſ. 25. verſ. 34., וַעֲדָשִׁים & lentes, 2. Sam. 17. verſ. 28.

עֲדִיתַיִם Adithaim, *nom. propr. urbis*, Joſ. 15. v. 36.

עַוָּא Hava, *nom. regionis Arabiæ deſertæ*; *Hinc* וּמֵעַוָּא & de Hava, 2. Reg. 17. v. 24.

עַיָּא *Vide infra ſuo loco.*

עוּב Tegitur, occultavit, ſe abdidit, latuit; *In Kal inuſit. Hiph.* הֵעִיב obnubilavit. *Affine eſt verbo* עָבָה denſum eſſe. *Futur.* יָעִיב obnubilabit, denſa nube obteget, Thren. 2. verſ. 1.

עָב *f.* Nubes *denſa*, *q. d.*, tectio, occultatio, obſcuratio *ſolis*, *& cœli*, 1. Reg. 18. v. 44., *&c.*, כָּעָב ut denſa nubes, Iſa. 44. v. 22. *Aliud vide ſupra poſt* עָבָה *pag.* 893. *Plural.* עָבִים *m.* nubes, Job. 22. v. 14., בֶּעָבִים in ipſas nubes, Jerem. 4. v. 29., *i. e.*, loca præalta nubium, *hyperbolice juxta Kimchium*; *aut* in denſitates, *h. e.*, denſas ſylvas, *juxta R. Salomonem*, *quaſi ab* עָבָה; *Vulg. reddit* ardua: *Conſtr.* עָבֵי שְׁחָקִים nubes cœlorum, Pſal. 18. verſ. 12. *Cum affix.* עָבָיו nubes ejus, Pſalm. 18. v. 13., בְּעָבָיו in nubibus ſuis, Job. 26. v. 8. *Fœm.* עָבוֹת nubes denſæ, Pſalm. 77. v. 18., 2. Sam. 23. v. 4.

עוּג Placentas coxit, *vel* paravit, *quaſi* placentare *dicas*: *Futur. cum affix.* תְּעֻגֶנָּה placentabis iſtam, *h. e.*, parabis; *ſive* coques placentam iſtam, Ezech. 4. verſ. 12., *Vulg. ibidem reddit*, operies illud, (*ſubter prunas ſcil.*). *Vide* מָעוֹג *inter nomina.*

עוֹג Og, *nom. propr. regis Baſan*, Num. 21. v. 33.

עָוָה

עֻגָּה *f.* Placenta, *proprie carbonibus toſta*, *ſive juxta Vulgat.*, *alioſque* ſubcinericius panis, 1. Reg. 17. v. 13., Hoſ. 7. verſ. 8. *Conſtr.* עֻגַת רְצָפִים placenta carbonum, 1. Reg. 19. verſ. 16. *Plur.* עֻגוֹת placentæ, Geneſ. 18. v. 6.

מָעוֹג *maſc.* Placenta, tortula; *vel juxta Vulgat.*, *R. Salom.*, *alioſque*, panis, cibus, 1. Reg. 17. verſ. 2., לַעֲגֵי מָעוֹג, Pſal. 35. v. 16., ſanniones placentæ, *vel* cibi, *i. e.*, *paraſiti*, *qui gulæ cauſa aliis adulantur*; *juxta alios*, ſanniones facetiæ, *ſive* ſubſannatores facetiæ, *i. e.*, faceti. *Sed Pagninus vertit*, (cum) ſubſannatoribus, qui indulgent ventri; *LXX. vero*, *atque Vulgat. habent*, ſubſannaverunt me ſubſannatione. *Sic etiam hoc in loco Rabbini veteres*, & *præcipue R. David dictionem* מָעוֹג *expoſuerunt*, *videl.* ſubſannationem, & verbum otioſum.

עוד *Pih.* Diſpoliavit, prædatus eſt: *Præter. plur. cum affix.* עִוְּדֻנִי, Pſal. 119. verſ. 61., diſpoliaverunt, *ſive* diripuerunt me; *Vulg. ex uſu Æth. vertit*, circumplexi ſunt me. *Vide ſupra poſt* ערה.

עַד *m.* Spolium, præda, Geneſ. 49. verſ. 27., לָעַד ad prædam, Soph. 3. v. 8., *Vulg. ibidem reddit*, in futurum, *teſtimonium ſcil.*, *vel judicium*; *referebat ad* עוד, *quod ſequitur*: *Conſtr.* עַד־שָׁלָל præda ſpolii, Iſa. 33. v. 23., *nec ſæpius hac ſignificatione occurrit*. *Quidam ab* עָדָה *deducunt*, *quaſi* remotionem, *vel* rem amotam *dicas*. *Aliud vide ſupra poſt* ערה *pag.* 907., 908.

עוד Teſtatus eſt; *item* conteſtatus eſt, *i. e.*, *adhibitis teſtibus aliis*, teſtatus eſt. *Sed in Kal non occurrit*: *Vide ſupra in* עֵדָה, עוֹד: *vide etiam in* ערד, יָעַר. *Hiph.* הֵעִיד teſtatus, teſtificatus eſt, teſtimonium perhibuit: *Item* teſtari, *ſive* atteſtari fecit, teſtes adhibuit, teſtes provocavit: *Item* obteſtatus, conteſtatus eſt; *quo ſenſu ſæpius conſtruitur cum* ב: *Præter.* הָעֵד הֵעִיד בָּנוּ הָאִישׁ conteſtando conteſtatus eſt nos vir ille, Geneſ. 43. v. 3., *in accuratioribus exemplaribus loco* הֵעִיד *legitur* הֵעֵד, *abſque* Jod *ſcil.*, הֵעִיד בָּם conteſtatus eſt eos, 2. Reg. 17. v. 15., הֵעִיד בֵּינְךָ teſtificatus eſt, teſtis factus eſt inter te, Malach. 2. verſ. 14., הַעֵדֹתָה בָּנוּ conteſtatus es nos, Exod. 19. v. 23., הַעִידֹתִי בָכֶם, Deut. 4. v. 26., teſtes provocavi, in-

vocavi, *ſive* teſtes jubeo eſſe contra vos, Deut. 4. v. 26., 30. v. 19., *item* conteſtatus ſum, Deut. 8. v. 19. Jer. 11. v. 7., 42. v. 19., *Sed* וְעַדֹתִי *vide in* עָדָה *pag.* 919. *Plur.* הֵעִידוּ conteſtabantur, conteſtati ſunt: *Partic.* מֵעִיד conteſtans, teſtificor: *Infin.* הָעֵד conteſtando: *Imper.* הָעֵד בָּעָם, Exod. 19. verſ. 21., conteſtare populum; וְהָעֵד עֵדִים, Jerem. 32. vv. 25. 44., atteſtari fac, *ſive* adhibe, conſciſce teſtes; *Plur.* וְהָעִידוּ & teſtificamini, & conteſtamini, Amoſ. 3. verſ. 13. *Futur.* וָאָעִיד, Nehem. 13. verſ. 15., *item* וָאָעֵד, 1. Reg. 2. v. 42., & conteſtatus ſum; *Sed* וָאָעֵד עֵדִים, Jerem. 32. verſ. 10., & atteſtari feci, & adhibui teſtes; *Cum* ה *paragog.* וְאָעִידָה & teſtes provocabo, invocabo (contra eos), Deut. 31. v. 28., *item* & teſtificabor, conteſtabor, Pſal. 50. verſ. 7., 81. verſ. 9., Jerem. 6. v. 10., *item* & teſtificari, atteſtari faciebam (teſtes), Iſa. 8. v. 2., *ubi Vulg. habet*, & adhibui teſtes; וָאָעִידָה בָּהֶם, Nehem. 13. v. 21., & conteſtatus ſum eos; *Cum affix.* אֲעוּדֵךְ, *ſive juxta Maſſorethas* מָה־אֲעִידֵךְ, Thren. 2. v. 13., quid conteſtabor te? *Vulg. vertit*; cui comparabo te? תָּעִיד conteſtaberis, 1. Sam. 8. verſ. 9., וַתָּעַד & conteſtatus es, Nehem. 9. vv. 29. 30., וַיָּעַד & conteſtatus eſt, & conteſtabatur; *Cum affix.* יְעִידֵנִי, Jerem. 49. v. 19., conteſtabitur mecum; *Quidam reddunt*, vadimonium, *vel* tempus conſtituet mihi; *Vulg. habet*, ſuſtinebit me; *referebant ad* יָעַד, *quod vide*; וַתְּעִידֵנִי teſtimonium perhibuit mihi, Job. 29. verſ. 11. *Plur. cum affix.* וִיעִדֻהוּ & conteſtabuntur contra eum, 1. Reg. 21. verſ. 10., וַיְעִדֻהוּ & teſtati ſunt contra eum, 1. Reg. 21. verſ. 13. *Hoph. præter.* וְהוּעַד בִּבְעָלָיו teſtibus adhibitis denunciatum fuit, *ſive*, *juxta alios*, & conteſtatio facta fuerit domino ejus, Exod. 21. verſ. 29., *Vide inter nomina* תְּעוּדָה, הַתְּעוּדָה, *&c.*

עֵד *m.* Teſtis, Geneſ. 31. v. 50., Exod. 23. v. 1., Deut. 17 v. 6, *&c. Et interdum reddi poteſt* teſtimonium, *ut* Exod. 20. v. 16., *ita etiam*, *& quidem præcipue*, *cum de rebus inanimatis ſit ſermo*, *ut* Deut. 31. vv. 19. 21. 26., *Cum præfix.* הָעֵד teſtis, Deut. 19. v. 18., וּלְעֵד & in teſtem, teſtimonium; *Cum. affix.* עֵדִי teſtis meus, Job. 16. verſ. 19.

verſ. 19. *Plur.* עֵדִים teſtes, Deut. 19. verſ. 15. *Conſtr.* עֵדֵי, Pſalm. 35. verſ. 11., *& cum* Jod *in medio*, *juxta Maſſor.*, עֵידֵי שֶׁקֶר teſtes falſi, Pſal. 27. v. 12. *Cum affix.* עֵדַי, Iſa. 43. verſ. 10., *& in pauſa* עֵדָי, Iſa. 44. v. 8., teſtes mei, עֵדֶיךָ teſtes tuos, Job. 10. v. 17., עֵדֵיהֶם teſtes ipſorum, Iſa. 43. verſ. 9., 44. verſ. 9. *Vide ſupra* עֵד, *&* עַד *pag.* 908., *&c.*

עֵדָה *f.* Teſtis, *item* teſtimonium: וְעֵדָה הַמַּצֵּבָה & teſtis hæc ſtatua, Gen. 31. v. 52., לְעֵדָה in teſtimonium, Gen. 21. verſ. 30. *Aliud vide ſupra in* יָעַד; *Plur.* הָעֵדֹת teſtimonia, Deut. 4. v. 45. *Cum affix.* עֵדֹתָיו teſtimonia ejus, Pſalm. 119. verſ. 2. *Et cum affixo ſingulari*, וְעֵדֹתִי & teſtimonia meum, *i. e.*, teſtimonia mea *ſingula*, *eorum unumquodque*, Pſalm. 132. verſ. 12.

עֵדוּת *f. Idem*, *& in ſpecie per hanc dictionem deſignatur* lex, *ſive* tabulæ legis, Arca, *&c.*, בְּאֹהֶל הָעֵדֻת in tabernaculo teſtimonii; אֶת הַנֵּזֶר וְאֶת הָעֵדוּת coronam, & teſtimonium, 2. Reg. 11. verſ. 12., *i. e.*, *librum legis*, *ſed hoc ipſum vide ſupra pag.* 907., עַל־שׁוּשַׁן עֵדוּת, Pſal. 60. v. 1., ad lilium inſtrumenti, *ita multi*; *vel* ſuper Suſan eduth, *ita Pagninus*, *aliique*; *eſt nomen muſici inſtrumenti*, *& quidem*, *uti quibuſdam videtur*, *ſculptura aliqua roſæ*, *vel lilii ornati*, *ſive ſex chordis conſtantis*, *ſicuti lilium ſex foliis conſtat*; *additur autem* teſtimonii, *quia eo inſtrumento utebantur Sacerdotes prope* Arcam teſtimonii *ſubſiſtentes*; *vel fuit principium cantici alicujus vulgaris apud Hebræos*, *ad cujus modulos decantandus erat Pſalmus iſte*. *Jo. Simon vertit* cymbalum, *vel collective*, cymbala cantionis citharæ, *id eſt*, cantioni citharæ *adhiberi*, *ſive cum illa conjunctim pulſari ſolita*. *Sed LXX.*, *& Vulg. reddiderunt*, pro iis, qui immutabuntur; *legerunt* שֹׁשׁוֹן *à* שָׁנָה mutari, variari: *Vide* שׁוּשַׁן: אֶת־הָעֵדֻת, Exod. 25. verſ. 22., (pones in arca) teſtimonium, *i. e.*, *tabulas teſtamenti*, *& fœderis*; לִפְנֵי הָעֵדֻת, Exod. 16. v. 34., (poſuit eam) ante teſtimonium, *h. e.*, *ante arcam teſtimonii*; *ubi habetur metonymia contenti pro continente*; *Plur. cum* ו *mobili*, *& cum affix.* עֵדְוֹתָיו teſtimonia ejus, 2. Reg. 17. verſ. 15., עֵדְוֹתֶיךָ teſtimoniorum tuorum, Pſal. 119. v. 14. *Vide Maſſoram ad iſta loca.*

תְּעוּדָה *f.* Teſtimonium, Iſa. 8. verſ. 16. *Cum præfix.* הַתְּעוּדָה teſtimonium, Ruth. 4. v. 7., וְלִתְעוּדָה & in teſtimonium, Iſa. 8. verſ. 20.

עוֹד Adhuc, amplius, deinceps, etiam, quin etiam, inſuper, præterea, amplius *&c.* *Sic* כָּל־עוֹד נִשְׁמָתִי בִי quandiu habitus meus in me *eſt*, Job. 27. verſ. 3. *Cum præfix.* בְּעוֹד in adhuc, intra, quum adhuc, dum adhuc, tantiſper dum: *Bis abſque* ו *ſcribitur*, בְּעֹד tantiſper dum, Pſalm. 39. v. 2., בְּעֹד dum adhuc, Jerem. 15. verſ. 9., הַעוֹד an adhuc? וְעוֹד & adhuc; *item*, & iterum, Job. 14. v. 7., & præterea, Eccl. 3. v. 16., ſed adhuc, Iſa. 5. v. 25., quamvis adhuc, Ezech. 7. v. 13., & tandem, 2. Paral. 17. v. 6. *Cum affix.* עוֹדֶנּוּ adhuc ille, Gen. 18. verſ. 22., עוֹדְךָ adhuc tu; אִם־עוֹדֶנִּי חָי ſi adhuc ego vivam, 1. Sam. 20. v. 14., עוֹדָם adhuc illis *loquentibus*, Eſth. 6. v. 14., הַעוֹדֶנּוּ an adhuc ipſe *vivit*; בְּעוֹדֶנּוּ חַי in adhuc illo vivente, *i. e.*, quum adhuc viveret ipſe, Geneſ. 25. v. 6., מֵעוֹדְךָ ex quo tu: בְּעוֹדִי quum adhuc ego, *ſcilic.* ſuperſum, quamdiu ſuperſtes futurus ſum: מֵעוֹדִי ex quo die, *vel* tempore ſum, quamdiu ſuperſtes ſum, *vel* fui: בְּעוֹדֶנִּי חַי, Deut. 31. v. 27., adhuc me vivente; הַעוֹדָם חַיִּים an adhuc ipſi vivi ſint, Exod. 4. verſ. 18., עוֹדֵינָה, *pro* נוּ, adhuc nobis, *ſcilic.* *ſuperſtitibus*, Thren. 4. verſ. 17.

עוֹד *Chald.* adhuc, Dan. 4. v. 28.

עֲדִיתַיִם Adithaim, *nom. propr.*, *vide pag.* 916.

עָוָה Inique, perverſe egit, *cum ſcilicet ad animum, vel ad actiones transfertur, atque difficile interdum a verbo* עָוַת *diſcerni poteſt, quod vide ſuo loco*: *Præter. f.* לֹא עַל־הַמֶּלֶךְ, לְבַדּוֹ עָוְתָה, Eſth. 1. v. 16., non adverſus regem tantum perperam egit, perverſa, iniqua fuit; *Vulg. vertit*, non ſolum regem læſit; *Plural.* חָטָאנוּ וְעָוִינוּ peccavimus, & perverſe egimus, Dan. 9. verſ. 5. *Niph.* נַעֲוָה perverti, diſtorqueri, contorqueri, curvari, incurvari: *Præt.* נַעֲוֵיתִי curvatus ſum, depreſſus ſum, Pſal. 38. verſ. 7., *&* Iſa. 21. verſ. 3., contorqueor, *Vulg. reddit*, corrui: *Partic. conſtr.* נַעֲוֵה־לֵב perverſus animo, Prov. 12. verſ. 8., *Fœm. conſtr.* בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת fili perverſæ rebellione, 1. Sam. 20.

20. v. 30., *Vulg. vertit*, fili mulieris virum ultro rapientis. *Pih. præter.* וְעִוָּה & pervertet, Iſa. 24. verſ. 1. *Pyh. partic.* מְעֻוָּת perverſum, Eccl. 1. verſ. 15. *Hiph. præter.* הֶעֱוָה inique egit, 2. Sam. 19. v. 20., הֶעֱוֵיתִי inique feci, 2. Sam. 24. v. 17., וְיָשָׁר הֶעֱוֵיתִי & rectum depravavi, *Vulg. reddit*, & vere deliqui, Job. 33. v. 27., *Plur.* הֶעֱווּ perverterunt, Jerem. 3. v. 21., הֶעֱוִינוּ inique fecimus, Pſal. 106. v. 6., *Infin.* הַעֲוֵה perverſe agendo, Jerem. 9. v. 5., בְּהַעֲוֹתוֹ quum perverſe egerit, 2. Sam. 7. v. 14.

עַוָּה *f.* Perverſitas, perverſa, Ezech. 21. v. 32.

עִוָּה Ivváh, *& juxta Vulg.* Ava, *videtur nom. propr. unius ex idolis incolarum regionis* עַוָּא, *quod etiam in Samaria colebatur*, 2. Reg. 18. v. 34.

עַוִּים Avvím, *& juxta Vulg.* Hevæi, *nom. propr. populorum, habitantium ad meridiem, quos expulerunt Cappadoces*, Deut. 2. v. 23., Joſ. 13. v. 3., 2. Reg. 17. v. 31. *Putant quidam, dictos fuiſſe* עַוִּים *à* עַוָּא, *de qua ſupra, atque illos ipſos eſſe, quos Ptol. in Bactriane vocat* Avadias: *Item eſt nom. propr. civitatis in Tribu Benjamin, quam Vulgat. nominat* Avim, Joſ. 18. v. 23.

עֲוָיָה *f. Chald.* iniquitas: *unde plur. cum affix.* וַעֲוָיָתָךְ & iniquitates tuas (*redime*), Dan. 4. v. 24.

עִוְעִים *m. plur.* Perverſitates, *& quidem ſummæ, & omnimodæ, ut notat Jo. Simon: Unde* Iſa. 19. v. 14., רוּחַ עִוְעִים (*miſcuit*) ſpiritum pravitatum, *ſive, juxta alios*, titubationis; *LXX.*, *& Chaldæus reddiderunt*, ſpiritum erroris; *Vulg. habet*, ſpiritum vertiginis; *R. Salomon inquit*, שם חולי של טירוף הרעת eſſe nomen morbi abreptæ mentis. *Aben Eſra ſcribit, eſſe vocem irregularem ab* עָוָה, *ex geminata ſcil. prima radicali.*

עיה *Vide poſtea ſuo loco.*

עָוֹן *m.* Perverſitas, iniquitas; בְּעָוֹן, *&* בַּעֲוֹן in iniquitate; מֵעָוֹן ab iniquitate: *Conſtr.* עֲוֹן, 1. Paral. 21. verſ. 8., *atque ſic quater cum duplici* ו *ſcribitur, alias ſemper cum unico*; בַּעֲוֹן, propter iniquitatem; *Cum affix.* עֲוֹנִי iniquitas mea; מֵעֲוֹנִי ab iniquitate mea; עֲוֹנוֹ iniquitatem ſuam, Pſalm. 36. verſ. 3., עֲוֹנָהּ, Levit. 7. verſ. 18., Num. 5. verſ. 31., *& ſine* Mappik, עֲוֹנָה Num. 15. verſ. 31., iniquitas

quitas ejus, *vel* ſua; בַּעֲוֺנֶךָ propter iniquitatem tuam, Hoſ. 14. v. 2., *& cum affix. Chald.* עֲוֺנְכִי iniquitas tua, Pſal. 103. v. 3., עֲוֺנֵנוּ iniquitas noſtra, Jer. 16. v. 10., עֲוֺנְכֶם iniquitas veſtra, Ezech. 21. v. 29., עֲוֺנָם iniquitas ſua, *vel* eorum; *Plur.* עֲוֺנִים: *Cum affix.* עֲוֺנֶיךָ iniquitatum tuarum, Ezech. 28. verſ. 18. *Et cum defectu* Jod עֲוֺנֵנוּ iniquitates noſtræ, Jerem. 14. verſ. 7., מֵעֲוֺנֵינוּ ab iniquitatibus noſtris, Dan. 9. verſ. 18. *Et fœm.* עֲוֺנֹת iniquitates, Levit. 16. v. 21. *Cum affix.* עֲוֺנֹתָיו iniquitates ejus, Prover. 5. v. 22., עֲוֺנֹתַי iniquitates meæ, Pſal. 38. verſ. 5., עֲוֺנֹתֵיכֶם iniquitates veſtræ, Numer. 14. verſ. 34., עֲוֺנֹתֵיהֶם, *&* עֲוֺנֹתָם, *&* עֲוֺנוֹתָם iniquitates ipſorum; מֵעֲוֺנֹתֵיהֶם propter iniquitates ſuas. *Hinc juxta quoſdam*, לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם propter duas iniquitates ipſorum, Hoſ. 10. verſ. 10., *nam juxta Maſſorethas legendum* עונותם, *quod LXX. acceperunt* עֲוֺנֹתָם iniquitates ipſorum. *Vide amplius in* עין.

עוֹנָה *f. Vide infra in* עון.

עוז *In Kal inuſit. Sed vide in* עָזַז, *& in* יָעַז. *Hiph.* הֵעִיז coire, congregari, congregare ſe: *Et active*, congregare: *ſed Joa. Simon, & quidam alii arbitrantur rectius exponi per* fugere, confugere: *Præterit. plural.* הֵעִיזוּ, Iſa. 10. verſ. 31., congregant ſe, *ſcil. ad fugam, ut R. Salomon explicat; alii vertunt*, obfirmant ſe, *& Vulg. habet*, confortamini; *referebant iſti ad* עָזַז: *Imper.* הָעֵז אֶת מִקְנְךָ congrega pecus tuum, Exod. 9. v. 19., *Plur.* הָעִיזוּ, Jerem. 4. v. 6., congregate vos, *juxta alios* fugite, confugite; *Vulg. reddit*, confortamini, *à* עָזַז; *& defective, abſque* Jod, *videl.* הָעִזוּ, Jerem. 6. v. 1., *redditur ut ſupra*.

עוֹז *m.* Robur, *&c. vide infra poſt* עָזַז.

עוט Involavit, irruit, *&c., in Kal inuſit. Inde, uti quibuſdam videtur, Hiph.* הֵעִיט; *item* עַט, עַיִט, *&c., quæ vide poſtea in* עָטָה, *& in* עַיִט.

עול *Arabibus eſt*, ſuſtentavit, aluit, nutrivit; *Hebræis vero, ut notat Joa. Simon, eſt*, lactavit. *Inde Particip. fœm. plur.* עָלוֹת lactantes, fœtæ, *quæ videl.* parvulos, *vel* fœtum lactant, Gen. 33. v. 13., *ſed* עָלוֹת *vide infra poſt* עָלָה. *Pih.* עִוֵּל *vide infra.*

עול Infantulus, lactens, fœtus, Iſa. 65. verſ. 20. *Cum affix.* עוּלָהּ fœtus, *vel* infantuli ſui, Iſa. 49. v. 15.

עול *Vide infra poſt* עָלַל.

עֲוִיל *m.* Puer, parvulus, *qui videl.* lactatus fuit, *adeoque* lactari *deſiit*: *ſed alio in ſenſu vide poſt* עָוַל: *Plur. cum affix.* עֲוִילֵיהֶם parvuli ſui, *vel* eorum, Job. 21. v. 11. *Ad hoc legitur in Bereſchit rabba, ſect.* 36. *notatum*: בערביה צווחין לינוקא עוילה in Arabia vocant parvulam, *ſive* puellam עוילה. *Eſt ergo Arabicum, ut alia in Jobo*.

עוֹלֵל, *&* עוֹלָל, *quæ quidam huc referunt, vide poſt* עלל.

עָוַל *Pih.* Inique egit: *Partic.* מְעַוֵּל inique agens, Pſal. 71. verſ. 4. *Futur.* יְעַוֵּל inique aget, Iſa. 26. v. 10.

עֲוִיל *m.* Iniquus, Job. 16. verſ. 11. *Plural.* עֲוִילִים iniqui, Job. 19. v. 18., *juxta R. Levi*; *vel* parvuli, *quaſi ſit a præcedenti themate, juxta Chaldæum, Ab. Eſram, Joa. Simonem, & quoſdam alios*; *ſed Vulgat., & Theod. verterunt,* ſtulti, inſipientes.

עַוָּל *m.* Iniquus, Job. 18. verſ. 21., לְעַוָּל iniquo, Job. 31. verſ. 3.

עָוֶל *m.* Iniquitas, Levit. 19. v. 15. *Conſtr* בְּעֶוֶל רְכֻלָּתְךָ propter iniquitatem, *vel* improbitatem mercaturæ tuæ, Ezech. 28. v. 18., מֵעָוֶל ab iniquitate: *Cum affix.* בְּעַוְלוֹ propter iniquitatem ſuam, Ezech. 18. v. 26.

עַוְלָה *f. Idem*, 2. Sam. 3. verſ. 34. *Et* ו *ac* ל *tranſpoſitis*. עַלְוָה, Hoſ. 10. v. 9. *Cum duplici ſigno fœm.* עַוְלָתָה, Hoſ. 10. verſ. 13. *Cum præfix.* בְּעַוְלָתָה in iniquitatem, Pſal. 125. verſ. 3.

עוֹלָה *f. Idem*: *unde* עֹלָתָה nequitia, Job. 5. verſ. 16. *Plural.* עוֹלֹת iniquitates, Pſalm. 64. v. 7., *&* 53. v. 3. *Aliter vide in* עלה.

עוֹן Habitavit, cohabitavit, commoratus eſt. *Radix eſt inuſit. Inde ſunt*

עוֹנָה *f.* Tempus, *juxta Hebræos communiter, ſed determinatum, & ſtatutum certæ rei*: *Cum affix.* עֹנָתָהּ, Exod. 21. verſ. 10., tempus ejus, *ut ſcilicet ſuo tempore* debitum conjugale *ipſi præſtet ad ſuſcipiendam ex ea prolem, qui finis eſt conjugii. Tria enim in iſta lege marito imponuntur, quæ uxori debet præſtare, nempe* שְׁאֵרָהּ alimentum ejus,

כְּסוּתָהּ

כְּסוּתָהּ veſtitum ejus, וְעֹנָתָהּ, *i. e.*, תַּשְׁמִישׁ officium debiti conjugalis, *quod verecunde a* tempore ſtatuto *appellat, quia non quovis tempore convenit, propter immunditiam ejus ſtatam, de quâ & lex poſita eſt. Ab. Eſra monet, quoſdam interpretari* דִּירָתָהּ habitationem ejus, *priorem autem ſenſum genuinum eſſe. Sed LXX. ſunt interpretati* & converſationem ejus; *Vulg. habet*, & pretium pudicitiæ: *Aliud vide ſub rad.* עין. *Plurale hujus quidam faciunt*, לִשְׁתֵּי עֹינֹתָם in duabus habitationibus ipſorum, Hoſ. 10. v. 10., *legendum enim illud eſt juxta Maſſorethas* עונותם: *Id quidam accipiunt, quaſi idem ſit cum ſequenti* מָעוֹן, *&* מְעוֹנָה. *Sed aliis hæc nulla ratione probantur, referturque ad* עָוֹן; *LXX. ſiquidem reddiderunt*, ἐν ταῖς δυσὶν ἀδικίαις αὐτῶν propter duas iniquitates ſuas, *ita Vulg., Arias Montanus, Joa. Simon, aliique. Vide amplius in* עַיִן.

עִיּוֹן Jiôn, *& juxta Vulgat.* Aion, *nom propr. urbis*, 1. Reg. 15. v. 20., 2. Reg. 15. v. 29., 2. Paral. 16. v. 4.

עָוֹן *maſc.* Injuſtitia, *&c. vide ſupra poſt* עָוָה *pag.* 922. *&c. Vide etiam in* עַיִן.

עוֹנֵן, מְעוֹנֵן *Vide infra in* עין.

מָעוֹן *m.* Habitatio, habitaculum, refugium, *uti* Pſalm. 90. verſ. 1. *Item* templum, tabernaculum, *juxta Vulg., alioſque*, 1. Sam. 2. vv. 29. 32., *ubi* מָעוֹן *eſt pro* בְּמָעוֹן: *Conſtr.* מְעוֹן, Pſalm. 26. v. 8., לִמְעוֹן in habitaculum, 2. Paral. 30. v. 27., מִמְּעוֹן ex habitaculo, Zach. 2. v. 17. *Cum affix.* מְעוֹנוֹ, 2. Paral. 36. v. 15., מְעוֹנָהּ, Soph. 3. verſ. 7., habitaculum ſuum, *vel* ejus; מְעוֹנֶךָ habitaculum tuum, Pſal. 91. v. 9. *Plur. cum* Schurek, וְאֶת הַמְּעִינִים & habitacula, 1. Paral. 4. v. 41., *ſcribitur cum* Jod, *& legitur* מְעוּנִים.

מְעוֹנָה *f.* Habitatio, habitaculum, Deut. 33. verſ. 27. *Cum affix.* וּמְעוֹנָתוֹ & habitaculum ejus, Pſalm. 76. verſ. 3., מִמְּעוֹנָתוֹ ex habitaculo ejus, Amoſ. 3. verſ. 4. *Plur. cum præfix.* בִּמְעוֹנוֹת in habitaculis, Job. 38. v. 40., מִמְּעוֹנוֹת ex habitaculis, Cant. 4. verſ. 8. *Cum affix.* בִּמְעוֹנוֹתֵינוּ in habitacula noſtra, Jerem. 21. v. 13., וּמְעוֹנֹתָיו, *& juxta Maſſor.* וּמְעֹנֹתָיו & habitacula ejus, *vel* ſua, Nah. 2. verſ. 13., וּבִמְעוֹנֹתֶיהָ & in habitaculis ſuis, Job. 37. verſ. 8.,

מְעוֹנָתָם

וְאֶל־מְעוֹנֹתָם & in habitaculis, *vel* cubilibus ſuis, Pſalm. 104. verſ. 22.

* עוע, עִוְעִים *Vide ſupra in* עוה.

עוּף Volavit, volitavit, advolavit, avolavit, evolavit, involavit, convolavit: *& metaphorice* evanuit: *Item Syr.* involvit; *hinc Hebr.* involutus, obvelatus, obſcuratus fuit, *uti notat Jo. Simon. Alium ſenſum vide poſtea in* עִיף, *& in* יָעֵף: *Præt. plur.* וְעָפוּ & involent, Iſa. 11. v. 14. *Partic. fœm.* עָפָה volans, *i. e.*, celeriter ad terram pervadens (*volumen*), Zach. 5. vv. 1. 2., *Plur.* עָפוֹת volantes, Iſa. 31. v. 5. *Infin. cum præfix.* וְעִיף avolando, *ſcil.* avolat, Prover. 23. v. 5., *ubi Maſſor. legendum admonet*, יָעוּף avolat, *in futur.*, עוּף, Job. 5. v. 7., volare, *& juxta Vulg.* ad volatum; לָעוּף ad volandum, Prover. 26. verſ. 2. *Futur. cum* ה *paragog.* אָעוּפָה evolarem, Pſal. 55. verſ. 7., תָּעֻפָה, *cum* ה *paragog. præter morem*, Job. 11. verſ. 17., evolabis, *juxta quoſdam*; *ſcilicet ex tenebris, calamitatum*, *vel* ſplendebis, illuſtraberis, *uti exponunt R. Levi*, *& quidam alii*; *vel* ſi obſcurus fueris, obſcuraberis, *uti reddunt Ab. Eſra*, *Jo. Simon*, *& alii*; *Vulg. habet* & cum te conſumptum putaveris. *In varia tamen interpretatione una eſt ſententia*, *poſt tenebras ſcil. fore lucem*; יָעוּף avolabit, avolat, evolat, *vel juxta alios* evaneſcit, Pſal. 91. v. 5., Job. 20. v. 8., *& etiam*, *juxta Maſſor.*, Prover. 23. v. 5., *ut ſupra notatum eſt*; וַיָּעַף *& in pauſa* וַיָּעֹף & volavit, avolavit, celeriter latus eſt; *Fœm.* תָּעוּף volabit, volat; *Plur. cum* ה *paragog.* וַנָּעֻפָה & avolamus, *ſive* avolavimus, evanuimus, Pſal. 90. v. 10., *LXX.*, *& Vulg. ſunt interpretati*, & corripiemur, *id eſt*, rapiemur celeriter *ex hac vita*, *vel* caſtigabimur, *videl. per mortem*, *ut notat Genebrardus*; יָעֻפוּ advolabunt, volabunt, Habac. 1. verſ. 8., *Fœm.* תְּעוּפֶינָה volant, advolant, celeriter feruntur, Iſa. 60. v. 8. *Pih. partic.* שָׂרָף מְעוֹפֵף preſter volans, Iſa. 14. v. 29. *Infinit. cum præfix.*, *& affix.* בְּעוֹפְפִי חַרְבִּי quum faciam, ut volet gladius meus, Ezech. 32. verſ. 10., *i. e.*, cum vibravero, agitavero, *vel* motavero gladium meum. *Futur.* יְעוֹפֵף עַל־הָאָרֶץ volet, volitet, volitabat, volitabit ſuper terram, Gen. 1. verſ. 20. *Hiph.*

futur.

futur. הֲתָעִיף עֵינֶיךָ בּוֹ an facies, ut involent oculi tui in eo, & juxta Vulg., ne erigas oculos tuos ad opes, Proverb. 23. v. 5., ſcribitur cum ו, ſed juxta Maſſor. legendum הֲתָעִיף: וְיָעֵף vide in עיף. Hoph. particip. כִּי לֹא מוּעָף, Iſa. 8. v. 23., cum non eſſet evolaturus (ex anguſtiis); Vulgat. reddit, & non poterit avolare; מֻעָף בִּיעָף volare juſſus cum laſſitudine, Dan. 9. v. 21., i. e., coactus volare tanta contentione, ut laſſus fuerit; nam Jod in בִּיעָף eſt radicale a יָעַף, formæ בִּיקַר, quod eſt à יָקַר, ſcribit Aben Eſra: Alii reddunt, volare factus volatu, quaſi יְעָף ſit ex hac radice, & Jod ſervile, ut in יקום, quod eſt à קום: Vulgat. habet, citò volans: Vide inter nomina מָעוּף.
Hithp. יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם avolabit gloria eorum, Hoſ. 9. v. 11.

עוֹף m. Avis, volucris, volatile; collectivum eſt, & transfertur ad omnia volatilia. Chald. גַּפִּין אַרְבַּע דִּי־עוֹף alæ quatuor volucris, Dan. 7. verſ. 6., וְעוֹף־שְׁמַיָּא & volucres cœli; Dan. 2. v. 38.

עֵיפָה f. Obſcuritas, Amoſ. 4. v. 13. Cum duplici ſigno fœm. עֵפָתָה obſcuritas maxima, Job. 10. v. 22.

עֵיפָה Epha, nom. propr. virorum, Gen. 20. v. 4.; 1. Paral. 2. verſ. 47.

עֵפַי Ephai, Vulg. Ophi, nom. propr. viri, Jerem. 40. v. 8.

עַפְעַפַּיִם m. d. Palpebræ, a vibratione, & motu, qui volatui comparatur, ſic dicta, ut ſupra in Pihel de gladio uſurpatur verbum: Conſtr. בְּעַפְעַפֵּי שָׁחַר in palpebras auroræ, Job. 3. verſ. 9., i. e, radios, lumina: Cum affix. עַפְעַפָּיו palpebræ ejus (probant filios hominum), Pſal. 11. v. 4.

מָעוּף m. Obſcuratus: Conſtr. מְעוּף צוּקָה obſcuratus anguſtia, Iſa. 8. v. 22, Vulg. ibidem habet, diſſolutio, & anguſtia.

עוּץ Conſuluit, conſilium iniit: Imper. עֻצוּ וְדַבֵּרוּ conſilium inite, & colloquimini, Jud. 19. verſ. 30. Cætera vide in יָעַץ.

עוּץ Hus, nom. propr. virorum, Gen. 10. v. 23., 22. v. 21., 36. v. 28., item nom. propr. regionis Jobi.

עוּק Syris, & Chald. eſt, premi, arctari. Inde Hebr. in Hiph. partic. מֵעִיק premo, vel preſſurus ſum, Amoſ. 2. verſ. 13. Futur. כַּאֲשֶׁר תָּעִיק quemadmodum premit, Amoſ. 2. verſ. 13., מוּעָקָה vide inter nomina.

עקה

צָקָה *f.* Preſſura: *Conſtr.* מִפְּנֵי עָקַת רָשָׁע propter preſſuram, *vel* angorem improbi, *Vulg. vertit*, a tribulatione peccatoris, Pſal. 55. v. 4.

מוּעָקָה *f.* Preſſura, conſtrictio, tribulatio, Pſal. 66. v. 11.

עוּר Evigilare, expergiſci: *Vide in* יער, נער, *&* ערה: *Imper. cum* ה *paragog.* עוּרָה evigila, excita te, exurge, Pſalm. 7. v. 7., 44. v. 24., 57. v. 9., *Fœm.* עוּרִי ſurge, excitare, ſuſcitare, Jud. 5. verſ. 12.; Zach. 13. verſ. 7., *& juxta quoſdam* וְעֹרָה, Iſa. 32. v. 11.; *Vulgat. tamen, & alii pro* וְעֹרְנָה, *pro plur. videl. acceperunt, per ſyncopen literæ* Nun, *ad imitationem nempe Chaldaiſmi, in quo* Jerem. 9. v. 20. *eſt* שְׁמַעְנָא audite, *pro* שְׁמַעְנָא; *unde reddunt*, & nudamini, *vel* nudate vos; *Vulgat. habet*, & confundimini. *Sunt alii, qui arbitrantur, hoc eſſe infinitivum cum* ה *paragog. pro Imper. poſitum*: *Futur. cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* יְעִירֶנּוּ excitet, excitabit, ſuſcitabit eum, Job. 41. v. 2., *ſcribitur autem cum* Jod. *in medio, quaſi ex Hiph., ſed in quibuſdam codicibus legitur* יְעוּרֶנּוּ *ex Kal, pro* יָעוּר עִמּוֹ, *vel* יִתְעוֹרֵר עִמּוֹ: *Vide in* נָעַר, *Niph. præter.* נֵעוֹר excitatus fuit, Zach. 2. v. 17., *cum* Tzere *ſub* נ *præter morem*: *Vide in* נער: *Futur.* יֵעוֹר excitabitur, *& juxta Vulgat.* conſurget, ſuſcitatur, Jerem. 6. verſ. 22., Zach. 4. v. 1., *Fœm.* עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ, Habac. 3. v. 9., nudando nudabitur arcus tuus, *ut Hebræi, & quidam alii exponunt, ita ut ſignificatio ſit ab* עָרָה, nudatione, *ſive* nudus (*è theca ſcil. eductus*) excitabitur, *i. e.*, parabitur, tendetur arcus tuus; *Vulgat. habet*, ſuſcitans ſuſcitabis arcum tuum; *Plur.* יֵעוֹרוּ, Joel. 4. v. 12., *&* יֵעֹרוּ, Job. 14. v. 12., Jer. 50. v. 41., excitabuntur, excutientur, egredientur. *Pih. duplici forma occurrit*: I. עִוֵּר, *& ſignificat*, cæcum fecit, excæcavit, obcæcavit, oculos eruit, *ut* 2. Reg. 25. v. 7., Jerem. 39. v. 7., 52. v. 11. *Futur.* יְעַוֵּר, Exod. 23. v. 8., excæcat: II., *geminata tertia radicali*, עוֹרֵר, *& ſignificat*, evigilare fecit, ſuſcitavit, excitavit, Iſa. 14. verſ. 9., *item* commovit, vibravit, *ut* עוֹרֵר אֶת־חֲנִיתוֹ ſuſcitavit lanceam ſuam, *i. e.*, vibravit, *& juxta Vulg.* levavit haſtam ſuam, 2. Sam. 23. v. 18., 1. Paral. 11. vv. 11. 20., וְעוֹרֵר & excitabit, ſuſcitabit,

 Iſa. 10.

Iſa. 10. v. 26., וְעוֹרַרְתִּי & excitabo, Zach. 9. verſ. 13., *Cum affix.* עוֹרַרְתִּיךָ excitavi te, Cant. 8. verſ. 5. *Plural.* עוֹרְרוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ excitaverant palatia ſua, *i. e.*, reſtauraverant, exſtruxerant, Iſa. 23. verſ. 13. *Sed quidam alii* עוֹרְרוּ *derivant à radice verbi* עָרָה, *atque vertunt*, nudarunt, deſtruxerunt, contriverunt, *vel, juxta etiam Vulg.*, ſuffoderunt domos, *ſive* palatia ejus: *Infin.* עֹרֵר excitare, Job. 3. v. 8. *Imper.* ה *cum paragog.* עוֹרְרָה excita, Pſalm. 80. verſ. 3. *Futur. fœm.* תְּעֹרֵר מְדָנִים excitat lites, Prov. 10. verſ. 12., *Plur. m.* תְּעוֹרְרוּ, תְּעֹרְרוּ excitabitis, Cant. 2. v. 7., 3. v. 5., 8. v. 4. *Hinc etiam juxta Ab. Eſram anomalum illud ex geminata prima radicali*, יְעֹעֵרוּ, Iſa. 15. verſ. 5., excitabunt, ſuſcitabunt, *ſive, juxta Vulg.*, levabunt, *ita ut ſit pro* יְעֹרְרוּ, *qua cacophonia, inquit Joa. Simon*, fragoſam, & inconditam *tumultuantium* vocem *inſinuari, obſervat Buxtorfius in Lex. Sed R. Salomon, aliique vertunt*, vociferabuntur, *à* רִיעַ vociferatus eſt, *ita ut* יְעֹעֵרוּ *ſit per metatheſin pro* יְרֹעֲעוּ. *Aliud geminatum* עַרְעָר *vide in* עָרָה. *Hiphil*, הֵעִיר excitavit, ſuſcitavit: *Et interdum intranſitive*, evigilavit: *Præter.* הַעִירוֹתִי excitavi, ſuſcitavi, Iſa. 41. v. 25., *& cum affix.* הַעִירֹתִהוּ excitavi, ſuſcitavi eum, Iſa. 45. v. 13. *Partic.* מֵעִיר excitans, Iſa. 13. verſ. 17., Jer. 50. v. 9., 51. v. 1., Ezech. 23. v. 22., *ſic, ſecundum quoſdam*, 2. Sam. 18. v. 3., *ſed a Vulg.*, & *aliis redditur* civitas, *à radice* עִיר, *quam vide*; *vide etiam mox in Infinit. Cum affix.* מְעִירָם excitabo, ſuſcitabo eos, Joel. 4. v. 7. *Infin. cum præfix.* בָּעִיר, Pſal. 73. v. 20., in excitando, *ſive, juxta Pagninum*, quum ſuſcitabis; *Sed Vulg., aliique reddunt*, in civitate tua, *i. e.*, *quam dederis eis poſſidendam*; *quæ quidem expoſitio, inquit Genebrardus, multo eſt planior*, & *nervoſior*, *nec* ה, *ſymbolum Hiph.*, *ſolet in infinitivis conjungi*; לָעִיר, Mich. 6. v. 9., ad excitandum, *ita multi reddunt*; *at Vulg.*, & *alii referunt ad* עִיר, & *vertunt*, ad civitatem; *ita etiam* מֵעִיר, Hoſe. 7. verſ. 4., (dum ceſſat) ab agitando, à movendo, *juxta quoſdam*; *juxta vero alios* (quievit) civitas: *Imper. cum* ה *paragog.* הָעִירָה evigila, & *juxta Vul.* exurge, Pſalm. 35. verſ. 23. *Plural.* הָעִירוּ agitate, ſuſcitate, excitate,

Joel. 4. verſ. 9. *Futur. cum* ה *paragog.* הָעִירָה evigilabo, exurgam, Pſalm. 57. v. 9., 108. v. 3. יָעִיר excitabit, ſuſcitabit, concitabit, Iſa. 42. v. 13., Dan. 11. verſ. 2., excitat, provocat, Deut. 32. v. 11., יָעִיר לִי אֹזֶן, Iſa. 50. verſ. 4., excitat mihi aurem, *i. e.*, *attentam facit* ad audiendum; *Vulgat. reddit*, erigit mihi aurem; excitavit, concitavit, accendit, Pſalm. 78. v. 38., *item* evigilabit, Job. 8. verſ. 6. *Cum aſſix.* וַיְעִירֵנִי & excitavit, ſuſcitavit, me, Zach. 4. verſ. 1. *Plur. m.* תָּעִירוּ excitabitis. *Hiph. Præter.* וְהִתְעֹרַרְתִּי, Job. 31. v. 29., & excitavi me (*ad lætitiam*); *Vulg. habet*, exultavi: *Partic.* מִתְעוֹרֵר excitans ſe, Iſa. 64. verſ. 7. *Imper.* הִתְעוֹרְרִי expergiſcere, Iſa. 51. verſ. 17. *Futur.* יִתְעֹרָר excitabit ſe, *juxta Vulg.* ſuſcitabitur, Job. 17. verſ. 8. *Sed* הִתְעַרְעֵר *vide in* ערה.

עוּר *m. Chald.* gluma, וַהֲווֹ כְּעוּר fueruntque ut ſtupa, Dan. 2. v. 35., *fortè, inquit Kimchi, eſt quaſi* נְעוֹר excuſſum, *ut Hebraice*, נְעֹרֶת ſtupa, *à* נָעַר excuſſit; *Vulg. ibidem habet*, quaſi in favillam.

עוֹר, מָעוֹר *Vide in* ערה.

עִוֵּר *m.* Cæcus, Exod. 4. verſ. 11. *Plur.* עִוְרִים cæci, Iſa. 29. v. 18. *Fœm.* עִוֶּרֶת cæca: *Plur.* עִוְרוֹת, Iſa. 42. v. 7.

עִוָּרוֹן *m.* Cæcitas *intenſa*, excæcatio *totalis*, *quod deſignat terminatio augmentativa*: וּבְעִוָּרוֹן & cæcitate, Deut. 28. verſ. 28., בַּעִוָּרוֹן cæcitate, Zach. 12. v. 4.,

עִיר *m. Chald.* vigil, tutelaris angelus, Dan. 4. vv. 10. 20. *Plur.* בִּגְזֵרַת עִירִין decreto vigilum, Dan. 4. v. 14.

עִיר Civitas, *vide infra ſuo loco*.

עֵר *m.* Vigilans, vigil, *i. e.*, *acris*, & *excitatus ad aliquid peragendum*, *Vulg. reddit* magiſtrum, Malach. 2. verſ. 12., וְלִבִּי עֵר & cor meum vigilat, vigilabat, Cant. 5. verſ. 2. *Vide poſt* ערה.

עֵר Her. *nom. propr. viri*, Gen. 38. v. 3., 1. Par. 4. v. 21.

עָר *m.* Inimicus, adverſarius, *quaſi*, *in malum alterius* vigilans: *Sed alii arbitrantur*, *plane eſſe Chaldaicum pro Hebræo* צַר, *per commutationem uſitatam* צ *in* ע. *Maſſora octo in hoc ſenſu adducit*, *in* Mich. 5. *Cum aſſix.* עָרֶךָ inimicus tuus, 1. Sam. 28. v. 16. *Plur.* עָרִים inimici, adverſarii, hoſtes, Pſalm. 9. v. 7., Iſa. 14. v. 21., *Sed Vulgat. ver-*

 tit,

tit, civitates; *quo quidem in ſenſu vide infra ſub radice* עיר. *Conſtr.* עָרֵי inimici, Mich. 5. v. 10., עָרֶיךָ adverſarios tuos, Mich. 5. v. 14., *ſic* Pſalm. 139. v. 20., *Vulg. autem utrobique reddit*, civitates; *Chaldaic.* לְעָרָיךְ inimicis tuis, Dan. 4. verſ. 16.

עָר Ar, *nom. propr. urbis Moabitarum*, Iſa. 15. v. 1.

עוּשׁ Coire, convenire, congregari: *Imper. plur.* עוּשׁוּ coite, congregate vos, Joel. 4. verſ. 11., *Vulg. ibidem reddit*, erumpite.

40. v. 10., Iſa. 53. v. 2., 55. v. 13., Hoſe. 10. v. 8., Amoſ. 7. v. 1., *item* invaluit, Deut. 28. verſ. 43., 1. Reg. 22. v. 35., *item* ſuperavit, Proverb. 31. verſ. 29. II. Obtinuit, expugnavit, Prover. 21. v. 22. III. Ortus eſt, *cùm de* aurora *ſupra horizontem* aſcendente *fit ſermo*, *ut* Gen. 19. v. 15., 32. vv. 25. 27. IV. Inſcriptus, relatus eſt, 1. Paral. 27. v. 24. V. Receſſit, a conſpectu noſtro ſubductus eſt, diſparuit, evanuit; *ita ſumitur cum rebus ſpiritualibus, aut aereis, ut rori tribuitur; quæ enim ab oculis noſtris ſummoventur*, ſurſum ferri *videntur*: *unde & generaliter hoc verbum pro* ſuccidi, tolli, evaneſcere, *ac veluti* abire in nihilum, in auras, perire, conſumi *uſurpatur in rebus quibuſcumque*; *& ſæpe in hoc ſenſu habet poſt ſe* מֵעַל ab, *ut notat Robertſon*. *Præter*. מִי עָלָה־שָׁמַיִם quis aſcendit in cælum? Prover. 30. verſ. 4., עָלָה כֻלּוֹ קִמְּשֹׂנִים, Prov. 24. v. 31., ſuccreverat totus (*ager*) carduis; *Vulgat. reddit*, totum repleverant urticæ; וְעָלָה מִן־הָאָרֶץ, Exod. 1. v. 10., ne aſcendat de terra, *i. e.*, *ex Ægypto, loco depreſſiore, in terram Cänaan* altiorem; *Vulg. optime vertit*, ne exeat de terra, *in qua videl. tunc Iſraelitæ habitabant*; *Fœm.* עָלְתָה crevit, Gen. 40. v. 10., *item* aſcendit, Joſ. 2. v. 8., *&c.*, *& in pauſa* עָלָתָה aſcendit, 1. Sam. 1. v. 22., וְעָלְתָה & aſcendet, & perget, Deut. 25. v. 7., & ſuccreſcet, Iſa. 34. v. 13., עֹלָתָה *vide ſupra in* עוֹלָה *pag.* 923., עָלִיתָ aſcendiſti, Gen. 49. vv. 4. 9., *Fœm.* עָלִית ſuperaſti, ſupergreſſa es, Proverb. 31. verſ. 29., aſcendiſti, Iſa. 22. v. 1., 57. v. 7., *Plural.* עָלוּ aſcenderunt; עָלֵהוּ *vide inter nomina in* עָלֶה; *Cum præfix.* שֶׁעָלוּ quæ aſcenderunt, Cant. 4. v. 2., 6. v. 6., עָלִינוּ aſcendimus, Geneſ. 44. verſ. 24. *Partic.* עוֹלָה, עֹלֶה aſcendens, Gen. 38. v. 13., Deut. 32. v. 50., *ſed* עֹלֶה, Joſ. 16. v. 1., *&* הָעֹלֶה, Joſ. 11. v. 17., 12. v. 7., *a quibuſdam per metonymiam redditur* ſurſum tendens, *ſive* quæ tendit, ferebatur (*via*); *in hunc ipſum ſenſum accipitur & a Vulg.* עֹלָה, הָעֹלָה *fœm.*, Jud. 20. v. 31., 21. v. 19., *Sed* 1. Reg. 18. v. 44., Cantic. 3. v. 6. *ſignificat* aſcendens, *ſive* quæ aſcendit; *Alia vide inter nomina*: *Plural. m.* עֹלִים, *&* הָעֹלִים aſcendentes; *& fœm.* עֹלוֹת, עֹלֹת, הָעֹלֹת aſcen-

aſcendentes, Gen. 41. vv. 2. 3. 27., *ibidem autem* v. 22. *redditur* ſuccreſcentes, pullulantes; *ſed* עלות *vide infra*: *Infin.* עלה aſcendendo, Geneſ. 46. verſ. 4., 2. Sam. 15. verſ. 30., Num. 13. v. 30. *Conſtr.* עלות oriri, Gen. 32. v. 25., aſcendere, Exod. 19. v. 12. *Cum præfix.* בַּעֲלוֹת הַמִּנְחָה, 1. Reg. 18. v. 36., cum aſcenderet, *i. e.*, offerret, *ſive* offerretur munus; כַּעֲלוֹת quemadmodum aſcendit, *&* *juxta Vulg.* infertur, Job. 5. v. 26., לַעֲלֹת, *&* לַעֲלוֹת aſcendere; ut aſcendatis; מֵעֲלוֹת ne aſcendatis, 1. Reg. 12. v. 26., *item* ab aſcenſu, ab ortu, Nehem. 4. v. 15., *alias* 21. *Cum affix.* בַּעֲלֹתִי in aſcendere me, *h. e.*, quando aſcendi ego, Deuter. 9. verſ. 9., בַּעֲלֹתְךָ dum aſcenderes tu, Exod. 34. v. 24., עֲלֹתוֹ aſcendere ipſum, *i. e.*, (die), quo aſcendebat ipſe, Iſa. 11. verſ. 16., בַּעֲלוֹתוֹ in aſcenſu ipſius, Jud. 11. v. 13., 1. Sam. 15. verſ. 2., עֲלוֹתָהּ *f.* (juxta dies) aſcenſionis ſuæ, Hoſ. 2. verſ. 12., בַּעֲלוֹתָהּ in aſcendere ipſam, *h. e.*, cum aſcenderet ipſa, 1. Sam. 2. v. 19., בַּעֲלוֹתָם in aſcendere eos, *i. e.*, cum aſcenderent illi, *ſive* in aſcenſu illorum, Jud. 11. verſ. 16., 1. Sam. 15. v. 6. *Imper.* עֲלֵה *m.*, עֲלִי *f.* aſcende; *Plur.* עֲלוּ aſcendite: *Futur.* אֶעֱלֶה aſcendam; *&* *cum* ה *interrog.* הַאֶעֱלֶה num aſcendam? 2. Sam. 2. v. 1., 5. v. 18., 1. Paral. 14. v. 10., *& per apocopen* וָאַעַל & aſcendi, Deut. 10. verſ. 3., תַּעֲלֶה aſcendes; וַתַּעֲלִי *f.* & aſcendiſti, Iſa. 57. v. 8., תַּעֲלֶה עָלֶיךָ *f.* aſcendat contra te, Eccl. 10. verſ. 4., *& cum apocopa* תַּעַל, *& in pauſa* תָּעַל aſcendet, aſcendit; יַעֲלֶה aſcendet, aſcendebat, Geneſ. 2. v. 6., Lev. 19. v. 19., *&c. Sed* יַעֲלֶה עַל לֶב־אִישׁ, 2. Reg. 12. verſ. 5., aſcendet in cor cujuſque, *ſenſus eſt, per ſynecdochen ſcil.* in mentem veniet, *ſive* videbitur cuique; הֲיַעֲלֶה, Amoſ. 3. verſ. 5., an aſcendit? *i. e.* an tollitur, auferetur? וְיַעֲלֶה מֵעָלָי & aſcendat a me, *h. e.*, ſurgens diſcedat, 1. Reg. 15. verſ. 19., *& cum apocopa* יַעַל, *& in pauſa* יָעַל aſcendet, aſcendat; וַיַּעַל מֵעָלָי abiit, receſſit, demiſſa eſt a me (*viſio illa*), Ezech. 11. v. 24. *Cum affix.* יַעֲלֶנָּה aſcendet, tranſibit per eam, Iſa. 35. verſ. 9. *Fœm.* תַּעֲלֶה עָלֶיךָ aſcendat contra te, Eccleſ. 10. verſ. 4., תַּעֲלֶה *vide infra inter nomina*: *Et cum apocopa* תַּעַל,

תַּעַל, *& in pauſa* תָּעַל aſcendet, aſcendit; *Plur.* נַעֲלֶה, *& cum apocopa* נַּעַל aſcendemus, aſcendimus; יַעֲלוּ *m.*, *&* תַּעֲלֶינָה *f.* aſcendent; וַתַּעֲלֶינָה, Dan. 8. v. 8., *ubi Maſſor. legit abſque* Jod, *videl.* וַתַּעֲלֶנָה & aſcenderunt. *Niph.* נַעֲלָה ſuſtulit, extulit, elatus, excelſus fuit: *Item* aſcendendo abductus, deductus, traductus fuit; ſubduxit ſe, receſſit: *Præter.* נַעֲלָה abductus fuit, *& juxta alios aſcendendo ſe ſubmovit; vel diſceſſit, receſſit,* Num. 9. verſ. *21., 10. v. 11., 2. Sam. 2. v. 27.,* נַעֲלֵיתָ elatus; exaltatus es, *exaltaſti te, Pſal. 97. v. 9. Infin.* וּלְפִי הֵעָלוֹת, Num. 9. verſ. 17., & quum aſcenderit; *alii vertunt*, & cum ablata, *ſive* elevata fuiſſet (nubes); עִם הֵעָלוֹת, Eſdr. 1. v. 11., cum diſcedere, *i. e.*, quum diſcederet (migratio); *optime Vulgat. vertit*, cum his, qui aſcendebant (de traſmigratione): *Cum præfix.* בְּהֵעָלוֹת dum diſcederet, *ſive* cum receſſiſſet, Jerem. 37. v. 11., וּבְהֵעָלוֹת & cum attolleretur, *ſive*, *juxta Vulg.*, ſi quando (nubes) deſerebat (tabernaculum), Exod. 40, v. 36. *Cum affix.* עַד־יוֹם הֵעָלֹתוֹ, Exod. 40. v. 37., uſque ad diem, qua attolleretur, diſcederet, ſe ſubmoveret ipſa (nubes); וּבְהֵעָלֹתוֹ & quum attolleretur, diſcederet ipſa (nubes); *Vulg. vertit*, ſtatim autem ut receſſiſſet, Num. 9. v. 22. *Imper. plur.* הֵעָלוּ aſcendendo ſubmovete vos, diſcedite, recedite: *Futur.* יֵעָלֶה diſcedet, attolleretur, Exod. 40. verſ. 37., *Plur.* וַיֵּעָלוּ & diſceſſerunt, receſſerunt, Num. 16. verſ. 27., וַתֵּעָלוּ & aſcendiſtis, Ezech. 36. verſ. 3. *Hiph.* הֶעֱלָה aſcendere fecit, *vel* juſſit, extulit, elevavit, adduxit, deduxit, attulit, *proprie* ſurſum, evexit, ſubvexit; *ſed* aſcendere facere ſuper cor, *eſt* cogitare, probare, admittere: eduxit, ſubduxit, e loco *ſcil.* depreſſiore in altiorem: extraxit, abduxit, abſtulit, ſuſtulit, *ſicut latine* tollere *eſt quoque* auferre: obtulit, *cum ſermo habetur de* holocauſtis in altare attollendis: *Item* accendit *cum de* lumine *agitur*, *cujus flamma* ſurſum aſcendit; *ſed Joa. Simon cum quibuſdam aliis arbitratur*, *ſignificationem* accendendi *commode per* aſcendere fecit, *ſive* impoſuit *exponi*, *ut* Exod. 25. verſ. 37. *Semel pro* הֶעֱלָה *in præter. occurrit* הֶעֱלָה eduxit, ſublevavit, Habac. 1. v. 15. *Con-*

ſtruitur

ſtruitur cum Accuſativo, & Præpoſit. מִן, & עַל Præterit. הֶעֱלָה eduxit, 1. Sam. 12. v. 6., הֶעֱלָה נֵרֹתֶיהָ accendet, impoſuit lucernas ejus, Numer. 8. v. 3. Cum affix. הֶעֱלְךָ eduxit te, Nehem. 9. v. 18., הֶעֱלָנוּ eduxit nos, Exod. 32. vv. 1. 23., Jud. 6. v. 13., Fœm. וְהַעֲלְתָה & ſurſum efferebat, 1. Sam. 2. v. 19., Cum affix. הֶעֱלָתַם aſcendere juſſit eos, Joſ. 2. v. 6., הֶעֱלִיתָ, Exod. 32. verſ. 7., & הֶעֱלִיתָ, Exod. 33. v. 1., eduxiſti; וְהַעֲלִיתָ & accendes, ſive impones, Exod. 40. v. 4., item וְהַעֲלִיתָ & offeres, Deut. 27. v. 6., Jud. 6. v. 26., & educes, Jerem. 38. v. 10. Cum affix. הֶעֱלִיתָנוּ eduxiſti nos, Exod. 17. v. 3., Num. 16. v. 13., Fœm. הֶעֱלִית obtuliſti, Iſa. 57. v. 6., הֶעֱלֵיתִי eduxi, Jud. 6. v. 8., &c., vide in Infin., וְהַעֲלֵיתִי, & ſine Jod in penultima, in aliquibus codicibus, וְהַעֲלֵתִי & aſcendere faciam, inducam, Ezech. 26. v. 3., 37. v. 6., Amoſ. 8. v. 10., & educam, Ezech. 37. v. 12.; Cum affix. הֶעֱלִתִיךָ eduxi te; וְהַעֲלִיתִיךָ & educam te, וְעֲלִתִיהוּ עוֹלָה, Jud. 11. v. 31., & offeram illud, ſive eum in holocauſtum; וְהַעֲלִיתִים & reducam ea, Jerem. 27. v. 21., Plur. הֶעֱלוּ aſcendere fecerunt, aſcendere facient, offerent; Cum affix. הֶעֱלוּךָ eduxerunt, educent te; וְהַעֲלִיתֶם & aſcendere facietis; Cum affix. הֶעֱלִיתֻנוּ aſcendere feciſtis nos, Num. 20. v. 5. Partic. מַעֲלָה הָעוֹלָה offerens holocauſtum, 1. Sam. 7. v. 10., item aſcendere faciens, educens, adducens; Aliud vide inter nomina; ibidem etiam vide מַעֲלָה, & מַעַל: Conſtr. מַעֲלֵה גֵרָה, Levit. 11. v. 4., aſcendere faciens ruminationem, ſive revocans cibum ruminis; Vulg. vertit, ruminat; Cum affix. הַמַּעַלְךָ qui eduxit te, Deut. 20. v. 1., הַמַּעֲלָם qui eduxit ipſos, Iſa. 63. v. 11. Fœm. מַעֲלָה aſcendere faciens, i. e. ruminans, Levit. 11. v. 26. Conſtr. מַעֲלַת גֵּרָה idem ac ſupra, Levit. 11. v. 3. Aliud vide inter nomina; Plur. m. מַעֲלִים adducentes, offerentes, aſcendere facientes; Conſtruct. מִמַּעֲלֵי הַגֵּרָה, Levit. 11. v. 4., ex aſcendere facientibus ruminationem, ſive ex revocantibus cibum ruminis, ex ruminantibus: Infin. הַעֲלָה, more Chald., aſcendere faciendo, Ezech. 23. v. 46., & הַעֲלוֹת offerre, aſcendere facere, educere, adducere, &c. Cum affix. הַעֲלוֹתִי, & הַעֲלֹתִי,

2. Sam.

2. Sam. 7. verſ. 6., (*die*, *qua*) aſcendere feci, eduxi; וּלְהַעֲלֹתוֹ & ad educendum eum, *ſive* & ut educam eum, Exod. 3. v. 8., בְּהַעֲלֹתְךָ cum aſcendere feceris, *ſive* accenderis tu, *ſed juxta Vulg.*, *alioſque* cum poſueris (lucernas), Num. 8. v. 2., וּבְהַעֲלוֹתִי & cum eduxero vos, Ezech. 37. v. 13., לְהַעֲלוֹתָם ut aſcendere facerent ipſi, Jud. 20. v. 38. *Imper.* הַעֲלֵה aſcendere fac, educ, offer, *&c. Inde cum affix.* וְהַעֲלֵהוּ & offer eum, Gen. 22. v. 2., *Item cum apocopa* הַעַל educito, Exod. 33. v. 12., aſcendere fac, Exod. 8. verſ. 1., Num. 20. verſ. 25., *Fœm.* הַעֲלִי־לִי aſcendere fac mihi, *& juxta Vulg.* ſuſcita mihi, 1. Sam. 28. vv. 8. 11. *Plur.* הַעֲלוּ adducite, reducite, 1. Sam. 6. v. 21. *Futur.* (*quod quidem non niſi ipſo ſenſu, ſerieque orationis a Futur. in Kal. ſecerni poteſt*) אַעֲלֶה aſcendere faciam, educam, offeram: *Cum apocopa* וָאַעַל & obtuli, Num. 23. v. 4., *Cum affix.* אַעַלְךָ גַם־עָלֹה, Gen. 46. v. 4., aſcendere te quoque faciam aſcendendo; *Vulg. vertit*, inde, (*i. e. de Ægypto*), adducam te revertentem: *At, quum Jacob in Ægypto fuerit vita functus, laudatum oraculum hunc præſefert ſenſum*, efficiam *ſcilicet, ut in promiſſa terra ſepeliaris, quod eventui plane reſpondit, ut patet ex cap.* 50. Geneſ. vv. 5. 13., *vel* te reducam *in poſteris tuis; poſteri enim cum progenitore iidem cenſentur*: תַּעֲלֶה offeres, Deuter. 12. vv. 13. 14., aſcendere, *ſive* transferre facies, 2. Paral. 2. v. 15., וַתַּעַל & eduxiſti, Jon. 2. v. 7. *Cum affix.* אַל־תַּעֲלֵנִי בַּחֲצִי יָמַי, Pſalm. 102. verſ. 25., ne aſcendere facias me, *h. e., ut exponit Pagninus*, ne ſuccidas me in dimidio dierum meorum, *ſive* in media ætate mea; aſcendere *ſiquidem hoc in loco, ut notat Guarin, eſt inſtar ſpiritus redeuntis* ad Deum, qui dedit illum, Eccleſ. 12. verſ. 7, *ſic in mortis mentione*, aſcendere *Hebræis uſurpatur, ſicut aliis* abire *pro* mori; *Vulgat. ibidem vertit*, ne revoces me in dimidio dierum meorum: *item* (de abyſſis terræ) aſcendere facies, *& juxta Vulg.* reduxiſti me, Pſal. 71. v. 20., תַּעֲלֶנָּה offeres illud, Jud. 13. verſ. 16., תַּעֲלֵנוּ educas nos, Exod. 33. verſ. 15., יַעֲלֶה aſcendere faciet, educet, offeret; וַיַּעַל aſcendere fecit, impoſuit, obtulit, eduxit, adduxit, *&c.*

Cum

Cum affix. וַיַּעֲלֵנִי & eduxit me, Pſal. 40. v. 3., וַיַּעֲלֵהוּ & obtulit, & aſcendere fecit eum; יַעֲלֵם adducet, inducet ea, Deut. 28. v. 61., וַיַּעֲלֵם & aſcendere fecit, *&* *juxta Vulgat.*, portavit eos, Jud. 16. v. 3., *&c.*, וַתַּעַל *fœm.* & aſcendere fecit, & eduxit, Ezech. 19. v. 3. *Cum affix.* וַתַּעֲלֵהוּ & adduxit eum, 1. Sam. 1. v. 24. *Plur.* תַּעֲלוּ offeretis, Exod. 30. v. 9., Amoſ. 5. v. 22., יַעֲלוּ offerent, Nehem. 10. v. 39., Pſalm. 51. v. 21., Jerem. 14. verſ. 12. *Cum affix.* וַיַּעֲלֻהוּ & deduxerunt eum, Jud. 15. v. 13., Jerem. 39. verſ. 15. *Hoph.* הָעֳלָה, *&* הֹעֲלָה aſcendere factus, *vel* juſſus fuit, oblatus, relatus, abductus fuit: *Præterit.* הֹעֲלָה עַל־הַמִּזְבֵּחַ oblatus fuit ſuper altare, Jud. 6. v. 28. *Item*, juſſus eſt, ut aſcendere faceret, *i. e.*, referret, 2. Par. 20. v. 34., *Fœm. in pauſa* הֹעֲלָתָה abducta, *vel* deducta eſt, *ſeu* abducetur, Nahum. 2. verſ. 7. *Hithp. Futur.* וְאַל־יִתְעַל, *pro* יִתְעַלֶּה *per apocopam*, Jerem. 51. verſ. 3., & non extollit, non effert ſe ſe, non aſcendat, *ita Vulg.*, *aliique reddunt*, אֶל *pro negativa* אַל *accipientes*; *Sunt tamen, qui, ellipſim & antecedentis, & relativi hoc in loco arbitrati, reddunt*, & ad *eum*, qui ſe ſe elevat, qui ſibi placet, qui gloriatur (in lorica ſua, hæc dicit Dominus). *Conſule, quæ ſequuntur.*

עֹלֶה *m.* Aſcenſus, gradus, *juxta Kimchium, alioſque*: לְעוֹלָה לַפֶּתַח ad aſcenſum oſtii portæ, Ezech. 40. verſ. 40. *Quibuſdam eſt Participium*, aſcendens.

עָלֶה *m.* Folium, *quia* ſurſum creſcit, *vel levi flatu* ſurſum propellitur: עָלֶה מִגֶּפֶן folium de vite, Iſa. 34. verſ. 4., הֶעָלֶה an folium? Job. 13. v. 25., וְכֶעָלֶה & ſicut folium illud, Prover. 11. v. 28. *Conſtr.* עֲלֵה תְאֵנָה folium ficus, Geneſ. 3. verſ. 7. *Cum affix.* עָלֵהוּ folium ejus, Pſalm. 1. verſ. 3., Jerem. 17. v. 8., Ezech. 47. v. 12. *Plur. conſtruct.* עֲלֵי זַיִת folia oleæ, Nehem. 8. verſ. 15. *Cum affix. m.* עָלָיו, Ezech. 17. v. 7., *&* *fœm.* עָלֶיהָ, Iſa. 27. v. 3., folia ejus, *ſecundum nonnullos*; *ſed Vulg., Pagninus, aliique referunt ad præpoſitionem* עַל, *& vertunt*, (ne forte viſitet) eam, *vel* (ne viſitetur) contra eam, *i. e.*, (ne hoſtis, fracta ſepe, irrumpat) in eam; עָלֶהָ foliis ſuis, Iſa. 1. v. 30., *defective pro* עָלֶיהָ, *juxta Maſſor.*, *&* *Hebr.*

עולה

עֹלָה עוֹלָה *f. Significat*: I. Aſcenſum, *metonymice* aſcenſus *medium*, via, qua aſcenditur; *unde cum aff.* וְעֹלָתוֹ אֲשֶׁר יַעֲלֶה, 1. Reg. 10. v. 5., & aſcenſum ejus, per quem aſcendebat, *ita multi reddunt*; *Sed LXX.*, *Vulg.*, *Chald.*, *Jon.*, *Arabica*, *& Syriaca verſio*, *aliique ſunt interpretati*, & holocauſta, quæ offerebat; *Plural. cum affix.* עֹלֹתָו, *pro* עֹלוֹתָיו, Ezech. 40. verſ. 26., aſcenſus ejus: II. Holocauſtum, *ſic dictum*, *quod totum igne abſumptum*, ſurſum aſcenderet, *&* evaneſceret: *Conſtr.* עֹלַת תָּמִיד holocauſtum jugis *temporis*, Exod. 29. verſ. 42., וְלָעוֹלֹת & ad holocauſtum, Nehem. 10. v. 34. *Cum affix.* עוֹלָתְךָ, Pſal. 20. verſ. 4., *& in pauſa* עֹלָתֶךָ holocauſtum tuum, Levit. 9. verſ. 7.; עֹלָתָם holocauſtum eorum, *vel* ſuum, Lev. 10. v. 19. *Plur.* עֹלוֹת holocauſta, Gen. 8. v. 20., *Sed* עָלוֹת *vide ſupra poſt* עול *pag.* 922., *&* עָלוֹת *vide infra inter nomina*: *Cum affix.* וְעֹלֹתֶיךָ & holocauſta tua, Pſal. 50. v. 8. III. עוֹלָה, עַוְלָה, *&c. vide ſupra poſt* עָוַל *pag.* 923.

עַלְוָה Alva, *nom. propr. urbis*, Geneſ. 36. v. 40.

עֲלָוָה *fœm. Chald.*, *idem*, *quod Hebr.* עוֹלָה holocauſtum; *Inde plur.* לַעֲלָוָן in holocauſta, Eſdr. 6. v 9. *Sed* עַלְוָה, Hoſ. 10. v. 9., *vide ſupra poſt* עול *pag.* 923.

עָלוֹת *p.*, 2. Paral. 24. verſ. 14., piſtilla, *juxta R. Salom.*, *ſive juxta alios*, mortaria, phialæ, tabellæ, vaſa, inſtrumenta offerendi, miniſtrandi, attollendi *ſcilicet*, deprimendive, accendendi, *vel* extinguendi. *Poteſt & Infinit. Hiphil eſſe*: *ſcribitur enim* הַעֲלוֹת offerendi. *Senſus tamen* vas, *vel* inſtrumentum *aliquod poſtulare videtur Buxtorfio*. *Sed LXX. ſunt interpretati*, καὶ τῶν ὁλοκαυτωμάτων & holocauſtomatum; *Vulg vertit*, & ad holocauſta. הָעֲלוֹת, עֹלוֹת, בַּעֲלוֹת, *&c. vide in verbo* עָלָה.

עֱלִי *m.* Piſtillum, *ſic dictum*, *quod* attollatur, *ut feriat*, *niſi potius*, *addit Joa. Simon*, *inde nomen habeat*, *quod ſit* ſuperior mortarii pars. *Cum præfix.* בַּעֱלִי, Prov. 27. v. 22., piſtillo, *& juxta Vulg.* pilo.

עֵלִי Heli, *nom. Sacerdotis*, 1. Sam. 1. v. 3.

עֲלִיָּה *f.* Aſcenſus, cænaculum, conclave ſuperius, *vel quod* aſcenditur: דַּלְתוֹת הָעֲלִיָּה fores cænaculi, Jud. 3. verſ. 23. *Conſtr.* עֲלִיַּת הַשַּׁעַר cænaculum portæ, 2. Sam. 19. v. 1.

Cum

Cum affix. וַעֲלִיָּתוֹ & aſcenſum ejus, 2. Paral. 9. verſ. 4., בַּעֲלִיָּתוֹ in cœnaculo ſuo, 2. Reg. 1. v. 2. *Plural.* וַעֲלִיּוֹת & cœnacula, Jerem. 22. v. 14. *Cum affix.* עֲלִיּוֹתָיו cœnacula, excelſa ſua, *& juxta Vulgat.* ſuperiora ejus, Pſalm. 104. verſ. 3., מֵעֲלִיּוֹתָיו e cœnaculis ſuis, *& juxta Vulg.* de ſuperioribus ſuis, Pſalm. 104. v. 13.

עִלָּיָא *maſc. Chald.* Excelſus, Dan. 4. v. 14., *&* 7. v. 25. *Juxta Maſſorethas legendum* עִלָּאָה, *quæ eſt forma emphatica abſoluta* עִלַּי *vel* עִלָּאי.

עֶלְיוֹן *m.* Excelſus, ſupremus, *aut ſi de duobus ſermo eſt*, ſuperior, Gen. 14. v. 18. *Fœm.* הָעֶלְיוֹנָה ſummum, Ezech. 4. verſ. 17. *Plural.* עֶלְיוֹנוֹת ſummæ, ſuperiores.

עֶלְיוֹן *maſc. Chald. Idem*: *Plur.* עֶלְיוֹנִין excelſi, ſummi, Dan. 7. vv. 18. 22. 27.

עִלִּית *f.* Superius, Jud. 1. v. 15. *Plural.* עִלִּיּוֹת ſuperiores, Joſ. 15. v. 19. *Maſculinum ejus eſſet* עִלִּי.

עִלִּית *f. Chald.* Cœnaculum: *Cum affix.* בְּעִלִּיתֵהּ in cœnaculo ſuo, Dan. 6. v. 11.

מֹעַל *maſc.* Elatio, elevatio: בְּמֹעַל יְדֵיהֶם cum elatione manuum ipſorum, Nehem. 8. v. 6.

מַעַל Pars ſuperior, locus altior. *Aliud vide poſt* מָעַל *pag.* 662. *Cum præfix.* מ, מִמַּעַל, *& in pauſa* מִמָּעַל a loco elatiore, a parte ſuperiore, verſus locum, *ſive* regionem ſuperiorem, *ita juxta multos*; *ſed aliis eſt adverbium*, *videlicet* ſupra, ſuperne, Geneſ. 22. verſ. 9., 1. Reg. 8. verſ. 23. *Sed* מֵעַל, מֵעֲלֵי *vide poſt* עלל *pag.* 965., 967.

מַעְלָה *Adverbium* ſurſum, ſupra. *Idem eſt, ac* מַעַל; *ſed cum* ה *paragog., ſive locali, & accentu in penultima manente*, 1. Sam. 9. v. 2., 1. Reg. 7. verſ. 31. *Geminatum*, מַעְלָה מַעְלָה ſupra ſupra, *i. e.*, perquam ſupreme, Deuter. 28. verſ. 43. *Item, cum ſermo ſit de* tempore, *notat* ulterius, deinceps, Num. 1. v. 20., 1. Sam. 16. v. 13., Eſdr. 3. verſ. 8., *&c. Per pleonaſmum præfixum* ל *aſſumit*, לְמַעְלָה ſupra, ſurſum, Exod. 25. v. 20., Deuter. 28. v. 13., *&c.*, *item* ulterius, deinceps, 1. Paral. 23. v. 27., 2. Paral. 31. verſ. 17., *item* inſuper, amplius, abunde, 1. Paral. 29. v. 3., *&c. Unde cum præfix.* מ, מִלְמַעְלָה ſuperne, Gen. 6. verſ. 16.

מַעֲלָה Aſcenſus, clivus, gradus, ſuggeſtum, excelſior, *ſeu* ſuperior locus; בַּמַּעֲלָה in aſcenſum, Nehem. 12. v. 37. *Conſtr.* מַעֲלֵה aſcenſus, Joſ. 10. verſ. 10., עַל־מַעֲלֵה ſuper ſuggeſtum levitarum, Nehem. 9. v. 4., בְּמַעֲלֵה הָעִיר per clivum civitatis, 1. Sam. 9. verſ. 11., מִלְמַעֲלֵה־הֶחָרֶס ab aſcenſu, *ſeu*, ante aſcenſum ſolis, Jud. 8. v. 13. *Plur. cum affix.* מַעֲלָו aſcenſus ejus, Ezech. 40. v. 31., *cum defectu* Jod *ante* Vau.

מַעֲלָה *f.* Gradus, aſcenſus, aſcenſio; excellentia, dignitas excelſa; הַמַּעֲלָה מִבָּבֶל aſcenſus è Babel, Eſr. 7. verſ. 9., הַמַּעֲלָה excellentiæ, *vel* (de) hac excellentia, 1. Paral. 17. v. 17. *Plur.* מַעֲלוֹת aſcenſiones, Ezech. 11. verſ. 5., וּמַעֲלוֹת & gradus, Ezech. 40. verſ. 26. *Cum affix.* מַעֲלוֹתָו cœnacula ſua, *&* *juxta Vulg.* (ædificat) aſcenſionem ſuam, Amoſ. 9. verſ. 6., בְּמַעֲלוֹתָו per gradus ejus, Ezech. 40. verſ. 6., וּמַעֲלוֹתֵהוּ & gradus ejus, Ezech. 43. verſ. 17., *pro* מַעֲלוֹתָיו.

תְּעָלָה *fœm.* Canalis, aquæductus, *in quo aqua* ſe ſe effert, & aſcendit, 1. Reg. 18. v. 32., *&c. Item* curatio, emplaſtrum, coalitio vulneris, *q. d.* obductio *cicatricis*, *aut vulneris*, *vel* aſcenſus, elatio, & incrementum carnis, Jerem. 30. v. 13., 46. v. 13. *Conſtr.* תְּעָלַת aquæductus, Iſa. 7. verſ. 3. *Plur. cum affix.* תְּעָלֹתֶיהָ aquæductus ſuos, Ezech. 31. v. 4.

עַל־, עַל, עֹל, עוֹל *vide poſt* עלל.

עָלַז Exſultavit, geſtivit, *præ gaudio*: *Infinit.* לַעֲלוֹז ad exſultandum, Iſa. 23. v. 12. *Imper. f.* וְעָלְזִי & exſulta, Soph. 3. verſ. 14., *Plur.* וְעִלְזוּ & exſultate, Pſalm. 68. verſ. 5. *Futur.* וָאֶעֱלֹז & exſultavi; *Cum* ה *paragog.*, *& in pauſa*, אֶעֱלֹזָה exſultabo; תַּעֲלְזִי *f.* exſultabis, Jerem. 50. verſ. 11., *Maſſora tamen ibidem notat legendum*, תַּעֲלְזוּ exſultabitis, *Vulgat. reddit*, magna loquimini; *Et in pauſa* תַּעֲלֹזִי exſultabis, *& juxta Vulg.* gloriata es, Jerem. 11. verſ. 5. *Plural. m.* יַעַלְזוּ, *& in pauſa* יַעֲלֹזוּ exſultabunt, exultent; תַּעֲלֹזְנָה *f.* exſultabunt.

עָלֵז *m.* Exſultabundus, glorioſus, Iſa. 5. verſ. 14.

עַלִּיז *m. Idem*: *Plural.* שְׁאוֹן עַלִּיזִים ſonitus exſultantium, Iſa. 24. verſ. 8. *Conſtr.* עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי exſultantes in excellentia mea,

mea, Iſa. 13. verſ. 3. *Fœm.* קִרְיָה עַלִּיזָה urbs exſultabunda, Iſa. 22. verſ. 2., הָעַלִּיזָה exſultans, *& juxta Vulgat.* glorioſa, Soph. 2. v. 15.

עָלַט *Radix Hebræis inuſit. Sed Arabibus eſt, auctore Jo. Simone*, denſus, ſpiſſus fuit; *ſive, juxta alios*, nigro diſtinxit, obſcuravit. *Inde* עֲלָטָה *f.* nox-cæca, tenebræ, caligo maxima, Geneſ. 15. v. 17.

עָלַל Acceſſit, aggreſſus, ingreſſus eſt, *ita Chald. & Syr.*, *quod quidem vide poſt hanc radicem: Sed apud Hebræos in Kal non occurrit. Pih.* עוֹלֵל *ſignificat*: I. Fecit, egit, aggreſſus eſt opus, operatus, occupatus eſt, laboravit: II. *ex uſu Syr., & Arab., in malum* conficit, *i. e.*, turbavit, male habuit, dolore affecit, *ſive* dolorem, moleſtiam, vim fecit, negotium faceſſivit, illuſit, jocatus eſt, *q. d.* vexavit: III. *ex uſu Chald. & Syr., ut notat Guarin, ſive, ut vult Joa. Simon, ex nomine* עוֹלֵלוֹת racemi *eſt altera ſignificatio, videl.* racematus fuit, iterum vindemiavit, remanentes uvas collegit, ſtipulas legit. *Nam* עֲלַל *Chaldæis eſt* intravit; racemando *autem quæruntur ea, quæ interius erant recondita, & latuerant, quaſi* penetrando: *Quidam alii hoc ipſum referunt ad* עָוַל*, geminata ultima radicali, quod ſonat,* inique egit, injuria perdidit, defraudavit, dehoneſtavit, deturpavit, fædavit. *Sed Robertſon tenet, omnes varios recenſitos ſenſus ab radice* עָלַל *eſſe derivandos, ut ſint, inquit ille,* facere, afficere, *pro loci diverſitate: etſi ſæpe uſurpetur in* malum, *i. e.* facere, quod in contemptum ſit *aliquid. Quo reduci poterit, addit, &* racemandi *ſignificatio; hoc enim facto vinea ita* afficitur, *ut, jam ſuo ornatu ſpoliata, veluti* contemptui *exponatur. Præter. f.* עֵינִי עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי, Thren. 3. v. 51., oculus meus conficit, afficit animam meam, *ſive juxta alios* moleſtiam creavit, negotium faceſſivit, fecit animæ meæ vim, dolorem, *propter ſcil. multum fletum; Vulgat. vertit*, oculus meus deprædatus eſt animam meam; עוֹלַלְתָּ לִי, Thren. 1. v. 22., 2. v. 20., feciſti mihi, *ſed Vulg., & quidam alii optime verterunt*, vindemiaſti me, vindemiaveris, (*metaphorica eſt locutio*); עוֹלַלְתִּי בֶעָפָר קַרְנִי, Job. 16. v. 15., redegi in pulverem cornu meum, *i. e.*

robur, *& gloria mea in* pulverem *abierunt*, *vel* confeci in pulvere cornu meum, *q. d. contemptibile reddidi*; *vel paſſive ex Pyhal*, *juxta quoſdam*, redactus ſum in pulverem cornu meo, *i. e. robore*, *& gloria mea*; *LXX. verterunt*, robur autem meum extinctum eſt; *Vulg. habet*, & operui cinere carnem meam; *Lud. de Dieu*, *Clericus*, *Joa. Simon* τὸ עוֹלַלְתִּי *reddunt*, ingredi feci, indidi, immiſi: *Particip.* מְעוֹלֵל, *item* מְעֻלָּל, מַעֲלִיל *vide inter nomina*: *Infinit.* עוֹלֵל racemando, Jerem. 6. v. 9. *Imper.* וְעוֹלֵל לָמוֹ, Thren. 1. verſ. 22., & fac, faceſſe negotium illis, *ſive* exagita illos; *Vulg. vertit*, vindemia eos: *Futur. m.* תְּעוֹלֵל racemabis, Levit. 19. v. 10., Deut. 24. v. 21., תְּעוֹלֵל *vide infra inter nomina*; *Plural.* יְעוֹלְלוּ racemabunt, Jerem. 6. verſ. 9. *Cum affix.* וַיְעֹלְלֻהוּ & racemarunt eum, *ſcil. Benjamin*, *h. e.* quaſi racemando ſucciderunt. *Pyh. præterit.* כְּמַכְאֹבִי אֲשֶׁר עוֹלַל לִי, Thren. 1. v. 12., ſicut dolor meus, qui factus eſt mihi, *ita habent LXX.*, *& recentiores Interpretes*; *ſed Vulgat.*, *aliique*, *legentes in Pih.* עוֹלֵל, *verterunt*, ſicut dolor meus: quoniam vindemiavit me. *Hithp.* הִתְעַלֵּל egit, operatus eſt, fecit, factitavit, machinatus eſt: *Item*, illuſit, ludificatus eſt, *& ſic cum* ב *conſtruitur*. *Præter.* הֲלוֹא כַּאֲשֶׁר הִתְעַלֵּל בָּהֶם, 1. Sam. 6. verſ. 6., annon quando operatus eſt, *ſive* quando præclara, mira geſſit, *i. e.*, *quando vires ſuas deprompſit*, in eos? *ita Buxtorfius*, *Pagninus*, *&c.*, *LXX.*, *Arias Montanus verterunt*, nonne quando illuſit, *vel* poſtquam illuſiſſet eis? *Quidam vertunt*; annon quum male feciſſet ipſis? *Alii vero aliter*; *Vulgat. habet*, nonne poſtquam percuſſus eſt, *&c.*, *qua ſane expoſitione*, *ut conſideranti patet*, *ſenſum expreſſit*; הִתְעַלַּלְתְּ בִּי ludificata es me, illuſiſti mihi, Numer. 22. verſ. 29., הִתְעַלַּלְתִּי præclare geſſero, factitavi, illuſi, *& juxta Vulg.* contriverim, Exod. 10. v. 2., *Plur.* וְהִתְעַלְּלוּ בִי & illudant mihi, *ſive* & ludificabuntur, ludificentur: *Infin. cum præfix.* לְהִתְעוֹלֵל עֲלִלוֹת בְּרֶשַׁע, Pſalm. 141. v. 4., ad agitandum actiones per improbitatem, *ſive*, *ut habet Pagninus*, ad operandum opera cum impietate; *Alii vertunt*, ad involvendum involucra in impietate *vel* ad quærenda prætexta, patrocinia improbitati; *Sed*

LXX.,

LXX., & *Vulgat. ſunt interpretati*, ad excuſandas excuſationes in peccatis: *Futur. plural.* וְהִתְעַלְּלוּ בִי & illudant mihi, 1. Sam. 31. v. 4., וַיִּתְעַלְּלוּ־בָהּ & malitioſe facitaſſent, *vel*, facinus commiſiſſent in eam, *ſive*, *juxta alios*, & ludificati ſunt, & illuſerunt ei, Jud. 19. v. 25.

עוֹלָל *m.* Parvulus, puerulus, *lactente major*, *qui ſcil.* agitare *aliquid incipit*, *quaſi* activus *dictus*, *qui videlicet* continuis actionibus puerilibus, rebuſque ludicris *occupatur*, Jerem. 6. verſ. 11. *Plur.* עוֹלָלִים parvulos, Joel. 2. v. 16. *Cum affix.* עוֹלָלֶיהָ parvuli ejus, Thren. 1. v. 5.

עוֹלֵל *m. Idem*: מֵעוֹלֵל וְעַד־יוֹנֵק a puero uſque ad lactentem, 1. Sam. 15. verſ. 3. *Plur.* כְּעֹלְלִים ſicut parvuli, Job. 3. verſ. 16. *Conſtr.* עוֹלְלֵי parvuli, Thren. 2. verſ. 20. *Cum affix.* עֹלְלֵיהֶם parvuli eorum, Hoſe. 14. v. 1.

מְעוֹלֵל *m.* parvulus, *ſed* conſilio, & judicio, Iſa. 3. v. 12. *LXX. ibidem verterunt*, racemant, racemando ſpoliant; *Vulg. habet*, ſpoliaverunt.

עֲלִיל *m.* Catinus, *vas*, *in quo purgantur metalla*, *quaſi* operatorium, *vel* laboratorium *dictum*: בַּעֲלִיל לָאָרֶץ, Pſal. 12. verſ. 7., in catino, in operatorio terreo, & *juxta Paginum*, in fornace terrea; *LXX.*, & *Vulgat. verterunt*, probatum terra, *vel* terræ.

עֲלִילָה *fœm.* Actio, opus, facinus; occaſio: *Plural.* עֲלִילוֹת actiones, facinora: *Item*, occaſiones, Deuter. 22. v. 14. *Cum affix.* עֲלִילוֹתָיו actiones ejus, Iſa. 12. v. 4.

עֲלִילִיָּה *f.* Actio eminens, & plane ſingularis: וְרַב הָעֲלִילִיָּה, Jerem. 32. verſ. 19., & multus, *ſive* magnificus actione, *vel* opere; *Vulg. reddit*, & incomprehenſibilis cogitatu.

עִלָּה, *f. Chald.* cauſa, occaſio, Dan. 6. vv. 5. 6. *Sic verbum* הִתְעַלֵּל *eſt* cauſam, occaſionem quærere.

עוֹל, & עֹל *m.*, Onus, vinculum, jugum, *quaſi* operatorium *dictum*, *ſive quod eo mediante bos* laboret, *vel quod boum collis* alligetur, *ex ſignificatione radicis Arab.* עלל religavit in collo, *ut notat Joa. Simon*, Num. 19. v. 2., Deut. 28. v. 48., &c. *Cum præfix.* הָעֹל jugum, 1. Reg. 12. verſ. 9., בְּעוֹל, & בְּעֹל cum jugo; *Cum affix.* עֻלֵּךְ jugum tuum, Iſa. 47. v. 6., Jerem. 2. v. 20., עֻלּוֹ jugum ejus; וּמֵעֻלּוֹ & de jugo ejus, 1. Reg. 12. verſ. 4., עֻלֵּנוּ jugum

jugum noſtrum, Geneſ. 12. v. 4., עֻלְּכֶם jugum veſtrum, Levit. 26. v. 13., עֻלָּם jugi ipſorum, Ezech. 34. v. 27.

עוֹלֵלוֹת *f. p.* Racemationes, racemi. Iſa. 17. v. 6. *Conſtr.* כְּעוֹלְלֹת ſicut racemi vindemiæ, Mich. 7. v. 1.

בְּלִיַּעַל *maſc.* Nequitia, nequam, *quaſi* בְּלִי עוֹל abſque jugo, *qui* jugum *laboris, pietatis, ac legis Dei excuſſit, ac proinde nihil boni* agit; *vel quaſi* בַּל יוֹעִיל qui nihil prodeſt, qui nullius frugis, *&* utilitatis eſt: אֲנָשִׁים בְּנֵי בְלִיַּעַל homines filii nequitiæ, *i. e.*, nequiſſimi, Deut. 13. v. 13., דְּבַר בְּלִיַּעַל res nequam, Deut. 15. verſ. 9., דְּבַר בְּלִיַּעַל res nequiſſima, Pſal. 41. v. 9., *&* 101. v. 3., בַּת בְּלִיַּעַל filia nequitiæ, *i. e.*, fœmina nequam, 1. Sam. 1. v. 16., *exponitur à Chald.*, *&* *Kimch.* filia improbitatis: אַנְשֵׁי הַבְּלִיַּעַל homines nequiſſimi, 1. Reg. 21. verſ. 13. *Apud Talmudicos ad* Deuter. 13. *legitur* בני בליעל, *i. e.* שפרקו עול שמים מצואריהם. qui ruperunt jugum Dei a cervicibus ſuis, *Sanh. fol.* 111. *v.* 2. *Sed Vulgat. fere ſemper vocem Hebraicam* Belial *retinuit*.

מַעֲלָל *maſc.* Actio, opus, ſtudium, inſtitutum: *Inde plural.* מַעֲלָלִים actiones, opera, 1. Sam. 25. v. 3. *Conſtr.* מַעַלְלֵי אֵל operum Dei, Pſal. 78. v. 7. *Cum affix.* מַעֲלָלָיו actionum ſuarum, Jerem. 17. v. 10.

מַעֲלִיל *m.* Actio, opus: *Unde plur. cum affix.* וּמַעֲלִילֵיכֶם, Zach. 1. v. 4., & opera veſtra, *ita reddit Joa. Simon*; *Sed Vulg.*, *&* *alii habent*, & de cogitationibus veſtris.

תַּעֲלוּל *m.* *Unde plur.* תַּעֲלוּלִים facinora, ludificationes: *Et metonymice*, facinoroſi, ludificatores, effœminati; *R. Sal. exponit* לֵיצָנִים illuſores; *Chald. habet* חַלָּשַׁיָּא debiles, *ſcil. mente*, *&* *judicio*, pueriles: *Cum affix.* בְּתַעֲלוּלֵיהֶם ludificationes ipſorum, Iſa. 66. v. 4.

עלל *Chald.*, *&* *contracte* עַל acceſſit, intravit, ingreſſus eſt. *Frequenter pro Hebr.* בּוֹא venire *in Targum uſurpatur*: *Præter. defectivum*, עַל ingreſſus eſt, Dan. 2. verſ. 16., עַלַּת acceſſit, ingreſſa eſt, Dan. 5. v. 10., *ſcribitur cum* ל *redundante*, *&* *legitur*, עַלַּת: *Sic Partic. plur.* עָלְלִין ingredientes, Dan. 4. verſ. 4. *Aphel Præter.* הַנְעֵל introduxit, Dan. 2. v. 25., *cum epentheſi* נ. *Imper.* הַעֵלְנִי introduc me, Dan. 2. verſ. 24., *Infin. cum* ה *paragogi-*

ca, לְהַעֲלָה ad adducendum, Dan. 5. v. 7., & *epentheſi*, לְהַנְעָלָה adducere, Dan. 4. verſ. 3. *Hophal*, *Præter.* הֻעַל adductus, introductus eſt, Dan. 5. verſ. 13. *Plural.* הֻעַלוּ introducti ſunt, Dan. 5. v. 15. *Nomen plur. Conſtr.* עַד־מֶעָלֵי שִׁמְשָׁא uſque ad ingreſſus, *i. e.*, occaſum ſolis, Dan. 6. v. 15.

עַל *m.* Excelſus, *juxta quoſdam*: הַגֶּבֶר הֻקַם עָל, 2. Sam. 23. v. 1., vir, qui conſtitutus eſt excelſus; *Sed quidam alii* עָל *hoc in loco accipiunt pro præpoſitione* ſuper, *vel* de; *unde reddunt*, vir, cui conſtitutum eſt, *vel* qui certior factus fuit de (Chriſto); *Alii* עֹל *pro* עָל *legentes vertunt*, vir, qui portavit jugum (Chriſti &c.): יָשׁוּבוּ לֹא עָל, Hoſ. 7. verſ. 16., revertentur, *vel* revertuntur non ad Excelſum, *ſive* Altiſſimum, *i. e. Deum*, *ita multi reddunt*, *ipſiſque* עָל *eſt pro* אֶל; *vel in* עָל *eſt ellipſis præfixi* ל: *Alii ſunt arbitrati*, *legendum eſſe*, לֹא עָלַי non ad me; *LXX. reddiderunt*, ἀπεστράφησαν εἰς οὐδὲν converſi ſunt in nihilum; *legiſſe propterea videntur*, לֹא עָל; *Sed tam Vulgat.*, *quam Chald.* עָל *ſumpſere pro* עוֹל, *vel* עֹל, *atque verterunt*, reverſi ſunt, ut eſſent abſque jugo, *i. e.* abſque lege: *Aliud* עָל *cum præfix.*, *vel affix. vide infra in præpoſitione* עַל.

עַל *m.* Excelſus, Altiſſimus: וְאֶל־עַל יִקְרָאֻהוּ יַחַד לֹא יְרוֹמֵם, Hoſ. 11, v. 7., &, *vel* quamvis ad Excelſum, *ſive* Altiſſimum, *i. e. Deum*, invitaverint, revocent eum; ſimul, pariter non exaltavit, non exaltat, *i. e.* nullus tamen *ex illis*, *ſive* ne unus quidem *reperitur*, *qui* exaltet, *laudibus ſcil. Deum*: *Vulgat. pro* עַל *legit* עֹל jugum, & τὸ יַחַד ſimul *conſtruxit cum præcedentibus*, *reddiditque*, jugum autem imponetur eis ſimul, quod non auferetur, *q. d.* vocabuntur ab Aſſyriis ab ſubeundum jugum, idque non ex intervallis auferendum: *Alii tandem* עַל *pro præpoſitione*, *ſive adverbio accipiunt*, *atque vertunt*, quamvis ad ſuper, ſuprà revocent eum ſimul *Prophetæ omnes*: Nullus elevat ſe, movetur. *Aliud* עַל *contract. pro* עֲלֵל *vide ſupra in eadem radice Chald. pag. 964. Vide etiam quod ſequitur.*

עַל *Præpoſitio varia ſignificans*: I. עַל *ſcribitur pro* אֶל ne, Ezech. 9. v. 5., *pro* עִם cum, Exod. 35. v. 22., *pro* בְּ in,

in, per, Geneſ. 27. v. 40. II. Super, ſupra, Geneſ. 41. verſ. 33., &c., *ſic vero interdum* comparationi *inſervit*, *ut* עַל־אַחֶיךָ ſupra fratres tuos, *i. e.* præ fratribus tuis, Geneſ. 48. v. 22., עַל דִּי חֲזֵה ſupra quam viſum, *i. e.* ſolitum eſt, Dan. 3. v. 19. III. Apud, prope, ſecus, *ut* עַל־עַיִן prope fontem, Gen. 16. verſ. 7., &c. עַל־אוּבַל apud fluvium, Dan. 8. v. 2., *ſed Vulg. reddit*, ſuper portam; juxta, Geneſ. 18. v. 8., Exod. 18. vv. 13. 14., ante, Gen. 30. v. 40., Exod. 27. v. 21., coram, Gen. 18. verſ. 2., Exod. 18. verſ. 13. IV. Circa, circum, 1. Reg. 18. v. 26., Ezech. 13. v. 5. V. Una cum, Geneſ. 32. v. 12., Exod. 35. v. 22., Levit. 3. v. 4., &c. VI. Verſus, Geneſ. 1. v. 29., 24. v. 49., &c. VII. Adverſus, contra, Pſal. 2. v. 2., Iſa. 29. v. 8., Ezech. 29. v. 2. VIII. Erga, 1. Sam. 20. v. 8., 1. Reg. 3. v. 26. IX. Ad, in, *cum accuſativo*, Gen. 47. verſ. 31., Exod. 18. verſ. 23., 2. Reg. 25. v. 20., Iſa. 17. v. 7., &c., & in, *cum ablativo*, Deut. 4. verſ. 13., Pſal. 37. verſ. 4., אִם־עַל־שַׁדַּי, Job. 27. v. 10., an in Omnipotente? X. Inter, *ut* Numer. 31. v. 8., 1. Sam. 22. v. 9., 2. Sam. 4. v. 2., Job. 16. v. 11. XI. Poſt, Iſa. 32. v. 10., 38. verſ. 15. XII. Præ, magis quam, Gen. 48. v. 22., Deut. 28. v. 1., Eccl. 1. v. 16., Job. 23. v. 2. XIII. Præter, Geneſ. 31. v. 50., Levit. 18. v. 18. XIV. Ob, propter, pro; עַל־בַּיִת pro domo, 2. Reg. 10. v. 3., עַל חַטָּאתוֹ pro peccato ſuo, Levit. 4. v. 3., עַל־בָּנִים pro filiis, *i. e.*, vice, *ſeu* loco filiorum, Deut. 24. v. 16., עַל־שְׂדֵה הָאָרֶץ pro agro terræ, *i. e.*, *ut habet Vulg.*, agrorum jure, Levit. 25. v. 31., עַל־אֵלֶּה propter hæc, Thren. 5. v. 17., propterea, ideo, Geneſ. 41. verſ. 32., quamvis, *ut* עַל לֹא־חָמָס בְּכַפָּי, Job. 16. v. 17., quamvis non *ſit* injuria in manibus meis, *Vulgat. reddit*, abſque iniquitate manus meæ; ſecundum, juxta, per, *ut* Exod. 6. v. 26., Num. 1. v. 13., *ſic* עַל־דִּבְרָתִי ſecundum ordinem, Pſalm. 110. v. 4., quantum ad, *ſive* quod attinet ad, *ut* Ruth. 4. v. 7., *item* עַל־יַד ſub manu, *i. e.*, ſub cuſtodia, cura, *vel* poteſtate, 1. Sam. 17. v. 20., 1. Reg. 14. v. 27.; &c., ab, *ut* עַל־אֱלֹהִים a Deo, Pſalm. 62. v. 8., e, ex,

de,

de, ut 1. Reg. 4. v. 33., Deuter. 8. v. 3., Pſalm. 81. v. [illegible], uſque ad, *ut* עַל־מֶלֶךְ אַשּׁוּר עַל־נְהַר פְּרָת con-[illegible] regem Aſſyriæ, uſque ad fluvium Euphratem, 2. Reg. 23. vv. 29. XV. עַל *interdum connotat* officium, *ſeu* debitum, *ut* יִהְיֶה עַל־אֶחָד, 1. Reg. 4. v. 7., (*ubi Maſſor. admonet legendum* הָאֶחָד), erat uniuſcujuſque; עַל־יִשְׂרָאֵל Iſraelis eſt, 2. Paralip. 2. v. 3. XVI. *Cum verbis in Præter., vel Infin. ſignificat*, quia, eo quod, *ut* עַל לֹא־שָׁמְרוּ quia non cuſtodierunt, Pſalm. 119. v. 136., עַל הוּסַּד eo quod fundata eſſet, Eſdr. 3. v. 11., עַל רִיב בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְעַל נַסֹּתָם propter litem, *ſive* jurgium filiorum Iſrael, & quia tentaſſent (Dominum), Exod. 17. v. 7. XVII. עַל *interdum eſt dictio redundans, ſeu expletiva caſus Genitivi, ut* וְעַל־הַמַּשְׁקוֹף עַל הַבָּתִּים & in ſuperliminari domorum, Exod. 12. v. 7., *Dativi, ut* עַל־הָאָדָם (præcepit) homini, Gen. 2. verſ. 16., *Accuſativi, ut* וְסַכֹּתָ עַל־הָאָרֹן & teges arcam, Exod. 40. v. 3., *Ablativi, ut* עַל־יְדֵיהֶם manibus ſuis, Jerem. 5. v. 31. XVIII. *Cum præfix.* הַעַל an ad? 2. Reg. 18. v. 27., an propter? Iſa. 57. v. 6., Jerem. 5. v. 29., 9. v. 8., Amoſ. 8. verſ. 8., an poſt, *vel* an non obſtante? *& juxta Vulg.* numquid ſuper (his)? Iſa. 64. v. 11., numquid contra? Nehem. 2. verſ. 19., הֶעָל quod ſuper, 1. Sam. 9. v. 24., הַעַל כֵּן an propterea? Habac. 1. v. 17., כְּעַל quaſi de, *vel* quaſi contra, 2. Paral. 32. v. 19., ſicut ad, quaſi ad, *ſive* ſecundum, Iſa. 59. v. 18., pro, propter, ſuper, Pſal. 119. v. 14., Iſa. 63. v. 7., מֵעַל, *&* מִמַּעַל ſuper, ſupra, deſuper, deſurſum, *ut* Geneſ. 1. v. 7., 27. v. 39., Exod. 25. v. 22., Pſal. 50. v. 4., apud, juxta, *ut* Jerem. 36. v. 21., 2. Paral. 29. v. 19., propter, *ut* 2. Sam. 19. verſ. 10., de, in, *cum ablativo*, Jerem. 16. v. 16., contra, Hoſ. 9. v. 1., *item* a, ab, ex, e, Num. 16. v. 26., Deut. 13. v. 11., 2. Sam. 11. v. 11., *&c.*, *& cum affix.* מֵעָלַי a me, Exod. 10. v. 17., *&c.*, in me, Job. 30. vv. 17. 30., מֵעָלֶיךָ a te, Exod. 33. verſ. 5., in te, Deuter. 8. verſ. 4., מֵעָלַיִךְ *f.* ſuper te, Nahum. 1. v. 13., מֵעָלָיו ab eo; מֵעָלֶיהָ *f.* a ſe, ab ea; מֵעָלֵינוּ a nobis; מֵעֲלֵיכֶם a vobis, in vobis; *item* contra vos, Jer. 34. v. 21., מֵעֲלֵיהֶם

ab

ab eis, ſuper ea: שֶׁעַל quæ juxta, Jud. 7. verſ. 12., & quæ in, Jud. 8. v. 26. XIX. *Cum affix.*, & *ſemper formam plur. induit*, *ut* עָלַי ſuper me, Geneſ. 20. verſ. 9., &c., a me, 2. Sam. 19. verſ. 39., ad me, 2. Sam. 15. v. 4., apud me, Geneſ. 33. v. 13., &c., contra me, Geneſ. 34. v. 30., &c., coram me, Geneſ. 48. v. 7., in me, intra me, Pſal. 7. v. 9., 42. vv. 5. 6. 7., &c., meum, mihi curæ, Jud. 19. v. 20., pro me, Eſth. 4. verſ. 16., propter me; עָלֶיךָ, עָלַיִךְ, & *cum affix. Chald.* עָלָיְכִי, Pſal. 116. v. 7., ſuper, ad, apud, contra te, &c. עָלָיו *m.*, עָלֶיהָ *f.* ſuper, apud eum, eam, &c., & *cum articulo relativo*, הֶעָלֶיהָ id, quod ſupra eam, 1. Sam. 9. verſ. 24., עָלֵינוּ ſuper, ad, apud, erga, contra nos, nobis, pro nobis; nobiſcum, Eſdr. 8. v. 31., de nobis, 1. Sam. 27. v. 11., noſtrum (*eſt*), Eſdr. 10. verſ. 12., עֲלֵיכֶם ſuper, ad, propter, contra vos, *item* coram vobis, pro vobis, erga vos; עֲלֵיהֶם ſuper, ad, apud, contra eos, coram eis, cum eis, pro eis, *item* eorum, Nehem. 13. verſ. 13., &c., præter ea, Num. 35. v. 6., & *cum affix. poetico* עָלֵימוֹ ſuper eum, Job. 20. v. 23., 27. v. 23., ſuper eos, Job. 6. v. 16., contra eos, Job. 30. v. 5., ſibi, ſibi ipſi, Job. 22. v. 2., eos, Pſal. 5. v. 12., 55. verſ. 16. *Conſule verba* עָלָה, עָלַל, & *nomina, quæ ibidem recenſentur*: XX. *Cum variis quoque particulis conſtruitur*: *ut* עַל אַחֲרֶיהָ ad poſteriores partes ejus, Ezech. 41. verſ. 15., עַל אֲשֶׁר eo quod, propterea quod, Deuter. 29. v. 24., 2. Sam. 3. verſ. 30., ad quod, quo, 2. Sam. 15. v. 20., 1. Reg. 18. v. 12., ſupra quod, *vel* pluſquam, Exod. 16. v. 5., de quo, Pſalm. 119. v. 49., quocunque, Ezech. 1. v. 20., עַל־בֵּין uſque ad medium, Ezech. 19. verſ. 11., עַל־בְּלִי eo quod non, Gen. 31. verſ. 20., עַל־דְּבַר propter, Geneſ. 12. verſ. 17., de, 2. Sam. 18. verſ. 5., per, Num. 25. v. 18., עַל־דְּבַר אֲשֶׁר quia, eo quod, Deut. 23. v. 5., 2. Sam. 13. v. 22., עַל־זֶה propter hoc; עַל כִּי eo quod, quia; עַל כָּכָה ſic, juxta hunc modum, Eſth. 9. v. 26., עַל כֵּן propterea, ideo; עַל־לִפְנֵי uſque ad, Ezech. 40. v. 15., עַל־מָה, & עַל־מֶה propter quid? quare? Num. 22. v. 32., &c., *item abſque interroga-*

rogatione, עַל־מָה quare, Job. 10. v. 2., עַל־מַה־זֶּה quare hoc, Eſth. 4. v. 5., *item* עַל־מֶה quo magis, Iſa. 1. verſ. 5., *Vulgat. ibidem reddit*, ſuper quo? *ita apud* Job. 38. v. 6., in quo, 2. Paral. 32. verſ. 10., עַל־עֵקֶב pro mercede, Pſal. 40. v. 16., 70. v. 4., עַל־פִּי ſecundum, Gen. 43. v. 7., Levit. 27. v. 8., &c., ſecundum mandatum, Gen. 45. v. 21., ſecundum teſtimonium, Deut. 17. v. 6., 19. v. 15., juxta littus, Iſa. 19. verſ. 7., *item* a, ab, 2. Sam. 13. v. 32., 2. Reg. 24., verſ. 3., עַל־פִּי הַנָּבֶל, Amoſ. 6. v. 5., in nablio, & *juxta Vulgat.* ad vocem pſalterii; *Item* in os, Nahum. 3. v. 12., os meum, Iſa. 6. v. 7., Jerem. 1. v. 9., ſuper os, *metaphorice*, *i. e.*, ſuper orificium, aperturam, Geneſ. 29. vv. 2. 3., Joſ. 10. v. 27., in, *ſive* ſuper oram, fimbriam, Pſal. 133. v. 2., עַל־פְּנֵי ſuper, Gen. 11. v. 8., &c., a, ab, Ezech. 40. v. 15., ante, Gen. 23. v. 19., &c., apud, prope, juxta, ſecus, e regione, Gen. 25. v. 18., Deut. 32. v. 48., Joſ. 19. v. 11., &c., in, *cum accuſativo*, Levit. 14. v. 7., Ezech. 32. v. 4., & *cum ablativo*, Gen. 6. v. 1., Levit. 17. v. 5., &c., עַל־פְּנֵי אַהֲרֹן cum, & *juxta Vulg.* coram Aarone, Numer. 3. verſ. 4., עַל־פְּנֵי כָל־הָעָם coram toto populo, Levit. 10. verſ. 3., ſuper faciem, Gen. 50. v. 1., in faciem, Gen. 17. v. 3. *Cum affix.* עַל־עֵבֶר פָּנֶיהָ verſus latus oppoſitum, Exod. 25. verſ. 37., עַל־פָּנַי coram, *vel* contra me, in faciem meam; עַל־פָּנֶיךָ coram te, Pſalm. 9. v. 20., in faciem tuam, Job. 1. v. 11., 21. v. 31., עַל־פָּנֶיהָ in faciem ſuam, Ruth. 2. v. 10., 1. Sam. 25. v. 23., ſuper faciem ejus, *metaphorice*, *i. e.* in orificium ſuum, 2. Reg. 21. verſ. 13., עַל־פְּנֵיכֶם coram vobis, Job. 6. verſ. 28., in facies veſtras, Malach. 2. verſ. 3., עַל־פְּנֵיהֶם ſuper eos, Deut. 11. v. 4., contra eos, Pſal. 21. v. 3., *ubi Vulg. habet*, (præparabis) vultum eorum; coram oculis eorum, Ezech. 32. v. 10., in facies ſuas, Levit. 9. v. 24., &c.

על־ *Chaldaic. ſignificat eadem ac* על *Hebr.*, *ut* ſuper, ſupra, Daniel. 6. vv. 4. 18., &c., עַל דְּנָה ſuper hoc, propter hoc, propterea: Ad, *ut* עַל־אַרְיוֹךְ על ingreſſus eſt ad Arioch; עַל־רַגְלוֹהִי, Dan. 2. v. 34., ad pedes, & *juxta Vulg.*

Vulg. in pedibus ejus ; עַל־אַתְרֵהּ in loco ſuo , Eſdr. 5. v. 15. , וְעַל־אַחָיךְ , Eſdr. 7. v. 18. , & ad fratres tuos , *ſive juxta Vulg.* fratribus tuis : Contra , adverſus , *ut* Dan. 3. v. 29. , 5. v. 23. , Eſdr. 4. v. 19. , *Sed* עַל־כָּל־דְּנָה de omnibus his , Dan. 7. v. 16. , עַל־חֵיוְתָא de beſtia , Dan. 7. v. 19. *Cum affixis induit formam nominis plur. ut* עֲלַי ad me , Daniel. 4. vv. 31. 33 , apud me , in me , Dan. 7. v. 28. , עֲלָיךְ ſuper te , ad te , apud te , tibi , Dan. 3. v. 12. , 4. vv. 22. 29. , *&c.* , Eſdr. 7. v. 18. , עֲלוֹהִי ſuper eum , *vel* ſuper eo , de eo , apud eum , contra eum , ad eum ; עֲלַיהּ ſuper illud , Dan. 4. verſ. 14 , 5. v. 21. , עֲלַיְנָא ad , *ſive* ſuper nos , Eſdr. 4. vv. 12. 18. , 5. v. 17. , עֲלֵיהוֹן eis , ad eos , Eſdr. 5. vv. 1. 3. , עֲלֵיהֹם ſuper illos , Eſdr. 7. v. 24. , עַל דִּי ſupra quam , plus quam , Dan. 3. v. 19.

עָלַם Occultavit , abſcondit : *Item* occultavit ſe , abſcondit ſe : *Particip. Pahul cum affix.* עֲלֻמֵנוּ , Pſalm. 90. verſ. 8. , abſconditum noſtrum ; *Sed Vulg. reddit* , ſeculum noſtrum ; *Pagninus habet* errores noſtros : עוֹלָם , תַּעֲלֻמָה *vide inter nomina* . *Niph.* נֶעְלַם latitavit , abditum , abſconditum , occultum fuit : *Conſtruitur cum præpoſ.* מִן : *Præterit.* מִשְּׁלֹמֹה נֶעְלַם abſconditum fuit a Salomone , 2. Paral. 9. v. 2. , וְנֶעֶלְמָה & abſcondita eſt (ab oculis) , Job. 28. verſ. 21. *Partic.* נֶעְלָם מִן־הַמֶּלֶךְ occultum a rege , 1. Reg. 10. v. 3. *Fœm.* נַעֲלָמָה abſcondita eris , Nahum. 3. v. 11. *Plur.* וְעִם נַעֲלָמִים , Pſal. 26. v. 4. , cum ignoratis , abſconditis , ſubducentibus , *vel* occultantibus ſe ; *LXX. verterunt , καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω , i. e. , juxta Vulgat.* , cum iniqua gerentibus. *Hiph.* הֶעְלִים abdidit , abſcondit , celavit , occultavit : *Præter.* הֶעְלִים מִמֶּנִּי celavit me , 2. Reg. 4. v. 27. , *Plur.* הֶעְלִימוּ occultant , occultarunt , Ezech. 22. v. 26. *Partic.* מַעְלִים qui obſcurat , diſſimulat , occultat , Job. 42. v. 3. , *item* , qui avertit , claudit , abſcondit (oculos) , Prover. 28 v. 27. *Sed* מַעְלָם *vide in* מַעַל *pag.* 662 , הַמַּעֲלָם *vide in* עָלָה *Hiph. part. pag.* 955. *Infin.* הַעְלֵם , avertendo , occultando , Levit. 20. verſ. 24. *Futur.* וְאַעְלִים & occultabo , 1. Sam. 12. v. 3. , תַּעְלִים , Pſal. 10. v. 1. , occultas te , *vel ſubintellige* oculos ; *Vulg.* reddit ,

reddit, deſpicis; אַל־תַּעְלֵם, Thren. 3. v. 56., ne occultes, & *juxta alios*, ne obtures *aurem*; *Vulgat. habet*, ne avertas; יַעְלִם *vide in* עָלָה *futurum in Hiph. pag.* 957., *Plur.* יַעְלִימוּ occultabunt ſe, negligent, Levit. 20. v. 4. *Hithp.* הִתְעַלֵּם abſcondit ſe, occultavit ſe, avertit oculos; *unde* negligit, deſpexit, contempſit: *Præter.* וְהִתְעַלַּמְתָּ & occultabis te, & deſpicies, Deuter. 22. verſ. 1. *Infinit.* לְהִתְעַלֵּם occultare te, Deut. 22. verſ. 3. *Futur.* תִּתְעַלַּם, Pſalm. 55. v. 2., & *in pauſa*, תִּתְעַלָּם, Iſa. 58. verſ. 4., abſcondes, abduces, ſubducas te; עָלֵימוֹ יִתְעַלֶּם־שָׁלֶג, Job. 6. v. 16., ſuper quos abſcondit ſe nix, *i. e.* nix nivem tegit, in quo congeritur; *Jo. Simon vertit*, ſuper quos roborabit ſe, *i. e.* congeret ſe, multiplicabit ſe nix, *ex ſignificatione radicis Chald.* עלם fortis, robuſtus fuit; *unde* הֶעְלֵם conjunctio, congeries; *vocabula enim* roboris *etiam ad* multitudinem, & copiam *referuntur*.

* עָלֶם *Vide in* עול *pag.* 964.

עָלַם *Chal. idem ac* עוֹלָם *Hebr.*, ſeculum, *quod vide infra in* עָלְמָא.

עֶלֶם *m.* Adoleſcens, puer adultus, *qui domi in parentum cura* latitat, 1. Sam. 17. v. 56., לָעֶלֶם adoleſcenti iſti, 1. Sam. 20. v. 22.

עֹלָם *m. Vide infra in* עוֹלָם.

עוֹלָם *m.* Seculum, *tempus homini* abſconditum, *tam infinitum*, & *æternum*, *quam finitum*, *ut* Geneſ. 17. verſ. 8., Exod. 21. v. 6., 1. Sam. 1. v. 22., & 13. v. 13., 2. Sam. 12. verſ. 10. &c., מִן־הָעוֹלָם a ſeculo, *i. e.*, jam olim; לְעֹלָם in ſeculum, Exod. 21. v. 6. *Cum affix.* עוֹלָמוֹ ſeculi ſui, Eccl. 12. v. 5. *Plur.* עוֹלָמִים ſecula, 1. Reg. 8. v. 13., לְעֹלָמִים in ſecula, Eccleſ. 1. verſ. 10. *Conſtr.* עַד־עוֹלְמֵי עַד uſque ad ſecula æternitatis, Iſa. 45. v. 17., עולם *Eſt ſpatium* 50. *annorum*, *ut exponit Raſchi ad* Exod. 21. v. 6. *Vide* & *Aben Eſram*.

עֵילוֹם *m. Idem*: לְעֵילוֹם in ſeculum, 2. Paral. 33. v. 7.

עֵילָם Elam, *nom. propr. virorum*, Gen. 10. v. 21., 1. Paral. 8. v. 24., *item regionis*, Iſa. 11. v. 11.

עָלְמָא *Chald. in ſtatu emphat.* ſeculum, *idem ac ſupra* עָלַם *item Chald. in ſtatu abſoluto*: וּלְחַי עָלְמָא & viventem in

per-

perpetuum, Daniel. 4. verſ. 31. *Plural.* לְעָלְמִין in ſecula, Daniel. 5. verſ. 10., וְעַד עָלַם עָלְמַיָּא & uſque ad ſeculum ſeculorum, Daniel. 7. verſ. 18., לְעָלְמַיָּא, Daniel. 2. verſ. 44.

עַלְמָה *f.* Adoleſcentula, puella, virgo, *domi adhuc* latitans, *neque nuptu locata: Occurrit dictio hæc in ſingulari cum præfix. videl.* הָעַלְמָה, Geneſ. 24. v. 43., Exod. 2. v. 8., *&* בְּעַלְמָה, Prov. 30. v. 19., *de cujus genuino ſenſu paullo poſt erit ſermo: Plur.* עֲלָמוֹת, Pſalm. 68. v. 26., Cantic. 1. verſ. 3., 6. v. 8., puellæ, filiæ, *i. e.* בְּתוּלוֹת virgines, *juxta R. Salomonem;* נערות קטנות puellæ parvæ, *juxta Aben Eſram. Aliud* עֲלָמוֹת *vide poſt hanc dictionem. Hebræi, nomen hoc* עַלְמָה *ætatis eſſe, volunt, non* ſtatus virginei *ſimpliciter; ſed notare* juvenculam *tam tactam, quam intactam. Chriſtiani, perpaucis, rerum novarum cupidis, exceptis, contendunt, in omnibus ſupra laudatis Scripturæ S. locis* virginem incorruptam *ſignificare: Judæi excipiunt duo,* Iſaiæ *videl. unum,* Proverbiorum *aliud. At certo falluntur, & fallunt maxime quoad primum: Nam noſtræ ſententiæ favet inprimis conſtans vocis hujus in Scriptura uſus; Deinde etymologia ipſa vocis* עלמה, *quæ ſoli convenit virgini;* עלם *ſiquidem in Niphal, & omnia, quæ ex illo derivantur, ſignificant* abſconditum, occultum eſſe, ignorari; *atqui hæc etymologia ſoli convenit* virgini, *quia ut fuſe eſt Danieli Huetio, Caſaubono, Grotio, aliiſque animadverſum, in Veterum moribus fuit,* domi virgines occultare, *&* ſub oculis *matris, aut cuſtodis clam aliis diligenter ſervare; unde & veteres appellarunt illas* κατακλείςυς *concluſas* lib. 2. Machab. 3. verſ. 19., *contra autem* meretricem *Chaldæus Paraphraſtes vocat* נפקת ברא prodeuntem foras: *Favet præterea ipſe divini oraculi ſcopus; Partus enim a* עלמה *edendus proponitur tamquam divinæ omnipotentiæ ſingulare, maximumque argumentum. At nulla miraculi ratio effulget in partu* fœminæ *ex congreſſu virili. Sed &* עַלְמָה, *quæ occurrit* Prover. 30. v. 19., *neque* nuptam *mulierem, neque* ſcortum, *ut Hebræi comminiſcuntur, deſignare poteſt. Nam ibi S. Auctor tamquam* ſibi, *non* difficile *tantum, ſed &* penitus ignotum *recenſet* דֶּרֶךְ גֶּבֶר בְּעַלְמָה, *i. e.* viam viri

viri in Alma; *At* via viri *in* nupta, *vel* in ſcorto *non poterat certe eſſe Salomoni captu* difficilis, *neque* penitus incomperta; *quemadmodum erat quoad* virginem; *iſta enim, non illa, juxta Veterum morem*, domi, *conſuetudinis virilis neſcia, diligentiſſime* latebat, *&* occultabatur. *Sunt autem e noſtris, qui arbitrantur*, עלמה *hoc in loco non* virginem, *non* puellam, *non* adoleſcentulam, *non* ſcortum *ſignificare; quia, ut notat Guarin, ibidem ſtatim* verſ. 20. *ſubjicitur*, כֵּן דֶּרֶךְ אִשָּׁה מְנָאָפֶת ſic via mulieris adulteræ; *Atqui τὸ* כֵּן ſimilitudinem *ſignificat, non* identitatem; *ideoque neceſſe eſt, ut hoc exemplum differat a priori. Difficultas autem inveniendi veſtigii violationis ſive* virginis, *quæ talis eſſet, ſed tunc eſſe deſineret, ſive* adulteræ, *non tantum* ſimilis, *ſed* eadem *prorſus eſt. Ut ergo ſtet comparatio, laudati Interpretes volunt, vertendum ita*, via viri in juventute, in adoleſcentia, *ſive* in abſconſione, *aut* ſecretione juvenili, *ſumendo videlicet abſtractum pro concreto, uti* טוֹבָה *fœm. exponitur* bona, *&* bonitas; נְדִיבָה *fœmin.* ingenua, *&* ingenuitas. *In quem quidem ſenſum acceperunt LXX., ſunt enim interpretati, καί ὁδὸς ἀνδρὸς ἐν νεότητι, i. e., ut habent Vulg., & Syr.*, & viam viri in juventute, in adoleſcentia. *Variæ Judæorum cavillationes refutatæ videantur apud noſtros; nec enim inſtituti ratio patitur diutius in hac re diſcutienda immorari.*

עֲלָמוֹת *f. plural. Unde* עַל־עֲלָמוֹת ſuper alamoth, Pſalm. 46. verſ. 1., *&* 1. Paral. 15. v. 20. *Plerique Hebræorum nomen inſtrumenti muſici, aut initium vulgaris cantici eſſe exiſtimant. Quidam muſicam acutæ vocis eſſe volunt, quam* virgines *commode exprimunt, ut muſicorum ſuperior, & altus.*

עֲלוּמִים *m. p.* Adoleſcentia, *pars ætatis* occulta, *cum ad officia publica raro adhibeatur: Cum affix.* עֲלוּמָיו adoleſcentiæ ejus, Pſal. 89. v. 46., עֲלֻמֵנוּ occulta noſtra, Pſal. 90. verſ. 8., *i. e.*, peccata adoleſcentiæ noſtræ, quæ nobis ſunt incognita, *&* occulta: *Sed vide ſupra in ipſo verbo:* עֲלוּמָו (peccato) adoleſcentiæ ejus, Job. 20. verſ. 11., עֲלוּמַיִךְ adoleſcentiæ tuæ, Iſa. 54. v. 4.

תַּעֲלֻמָה *f.* Abſconditum, Job. 28. v. 11. *Plur.* תַּעֲלֻמוֹת abſcondita, Pſal. 44. v. 22.

עֲלֶמֶת

עֲלָמֶת, *& in pauſa* עָלָמֶת, Alamath, *&* Almath, *juxta Vulgat. nom. propr. virorum*, 1. Paral. 7. v. 8., 8. v. 35.

עַלְמֶת Alémet, *& juxta Vulg.* Almath, *nom. propr. urbis*, 1. Paral. 6. v. 60.

עַל־מוּת Pſal. 48. v. 15. *vide in* מות: *At illius* עַל־מוּת לַבֵּן *R. Salomon tam varias Hebræorum interpretationes citat, ut adduci hoc loco omnes non poſſint, ſitque difficile optimam eligere. Incertæ ſunt omnes. Hæc vocabula, ut alia plura in titulis* Pſalmorum, *Hebræis ipſis nondum ſatis explorata ſunt. Vide ſupra in* מות *pag.* 632.

עַלְמוֹן Almón, *nom. prop. urbis Tribus Benjamin*, Joſ. 21. v. 18.

עַלְמֹן דִּבְלָתָיְמָה Almón divlathàimah, *& juxta Vulg.*, Helmondeblathaim, *nom. propr. loci*, Num. 33. v. 47.

עַלְוָן Alvan, *nom. propr. viri*, Gen. 36. v. 22.

עַלְוָן *Chald. vide in* עַלְוָה *pag.* 958.

עֶלְיוֹן *Vide poſt* עלה *pag.* 959., *&* עֶלְיוֹן *pag.* 970.

עַלְיָן Alián, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 1. v. 40.

* עִלָּיֵא *Vide in* על *pag.* 970.

עָלַס Exſultavit: *Futur.* יַעֲלוֹס exſultabit, Job. 20. v. 18. *Niph. præter.* נֶעֱלָסָה exſultabunda, Job. 39. v. 13., *Vulg. ibidem paraphraſi eſt uſus; reddit enim*, (penna ſtruthionis) ſimilis eſt. *Ex recentioribus autem quidam vertunt*, (ala, *ſive* penna pavonum), *quæ* exſultat, *h. e. quæ eos* exſultare, ſuperbire facit; *Alii habent* (ala ſtruthionum, *fœminarum ſcilicet*,) *qua quæque* exſultat, lætatur. *Hithp. Futur.* נִתְעַלְּסָה בָּאֳהָבִים exſultemus, exhilaremus nos amoribus, Prov. 7. v. 18.

עָלַע *In Kal inuſit. Inde Pih. futur. plur.* יְעַלְעוּ *vide in* לוע *pag.* 601.

עִלְעִין *m. p. Chald. Unde* וּתְלָת עִלְעִין בְּפֻמַּהּ, Dan. 7. v. 5., & tres coſtæ in ore ejus, *ita LXX.*, *aliique*; *Vulg. vero, & alii reddiderunt*, & tres ordines erant in ore ejus.

עָלַף Texit, obtexit, obduxit: *Metaphorice*, animo deficere, *quaſi dolore contegi. Pyh. Præter. plur.* עֻלְּפוּ animo deficiunt, Iſa. 51. v. 20. *Partic. fœm.* מְעֻלֶּפֶת tectum, Cant. 5. v. 14. *Hitbp. Futur.* וַיִּתְעַלָּף & animo defecit, Jon. 4. v. 8., וַתִּתְעַלָּף & obtexit ſe, Gen. 38. v. 14., תִּתְעַלַּפְנָה animo deficient, Amoſ. 8. v. 13.

עֻלְפֶּה *m.* Defectum, laſſum, langueſcens, concuſſum, *i. e.*, langueſcenti, concuſſo *ſimile*, Ezech. 31. v. 15., *ibi enim omnia per proſopopœiam, & hyperbolen*.

עלץ Exſultavit, 1. Sam. 2. v. 1. *Infin.* בַּעֲלוֹץ quum exſultant, Prover. 28. verſ. 12. *Futur. cum* ה *paragog.* וְאֶעֶלְצָה & exſultabo: *Convenit cum* עָלַס, *&* עָלַז.

עֲלִיצוּת *f.* Exſultatio: *Cum aſſix.* עֲלִיצֻתָם exſultatio eorum.

עלק *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab. eſt*, adhæſit, dependit, ſuxit. *Inde* עֲלוּקָה *f.* ſanguiſuga, hirudo: לַעֲלוּקָה שְׁתֵּי בָנוֹת ſanguiſugæ duæ ſunt filiæ, Prov. 30. v. 15.

* עוֹלֵרן, עֹלֹת *vide* עוֹלָה *pag.* 958., תְּעָלַת *vide in* תְּעָלָה *pag.* 960., עֲלִית, עֲלֹתָה, עָלְתָה *Vide ſupra in* עָלָה *pag* 952., *&c.* עֲלִית *Vide ſupra poſt* עָלָה *pag.* 959.

עָם, *vel* עַם Populus, *&* עִם cum *vide infra ſub radice* עמם.

עַמָּא *Chald. vide in* עַם *pag.* 982.

עמד Stetit, aſtitit, ſubſtitit, perſtitit; manſit, permanſit. *Per metaphoram* עָמַד *eſt* 1. ceſſavit, & quievit *ab aliqua re*: 2. duravit, permanſit *in ſtatu ſuo*: 3. confidit, innixus eſt (gladio ſuo). *Item per metonymiam* ſtare coram aliquo *eſt* eidem ſervire, miniſtrare; ſtare *vero* contra aliquem, *eſt* ſe ei opponere; *Item* ſtare *ſignificat* adſiſtere, defendere; *unde* a longinquo ſtare, *eſt* opem denegare; *Item* exiſtere. *Conſtruitur abſolute, & frequenter cum Præpoſit.* ב, *&* על, לפני, אל. *Præter.* לֹא עָמַד non conſtitit, Joſ. 23. verſ. 9., *ubi Vulg. optime reddit*, nullus (vobis) reſiſtere poterit; *Sed* Jerem. 48. v. 11., ſtat, durat, manet; עָמַד כָּל־הָעָם ſubſiſtebat omnis populus, 2. Sam. 20. v. 12., *& in pauſa* עָמָד ſtetit, Joſ. 10. v. 13., Pſal. 1. v. 1., וְעָמָד, *in pauſa*, & ſtaret, ſubſiſteret, 2. Sam. 20. verſ. 12., & ſtabit, *ſive, juxta Vulg.*, ſurget, Dan. 11. v. 3., *Fœmin.* עָמְדָה ſubſtitit, deſtitit, deſiit, Geneſ. 30. verſ. 9., *item* permanſit, 2. Reg. 13. v. 6., ſtetit, Pſalm. 26. v. 12., וְעָמְדָה & ſtet, 1. Reg. 1. verſ. 2., עָמַדְתָּ ſtetiſti, Deut. 4. v. 10., אֲשֶׁר־עָמַדְתִּי לְפָנָיו in cujus conſpectu ſteti, ſto, *ſive* cui ſervio, cujus ſum miniſter, 1. Reg. 17. verſ. 1., perſeveravi, Job. 30. verſ. 20. *Plur.* כִּי עָמְדוּ, Job. 32. verſ. 16., ſubſiſtebant enim, *i. e.* hærebant, tacebant; *Vulg. reddit*, ſteterunt;

& *in pauſa* עָמָדוּ ſubſtiterunt, Jerem. 46. verſ. 21., ſtabant., Job. 29. verſ. 8., וְעָמְדוּ & ſiſtent ſe, ſubſtiterunt, ſtabunt, Deuter. 19. verſ. 17., *&c.*, עֲמַדְתֶּם עַל־חַרְבְּכֶם, Ezech. 33. v. 26., ſtetiſtis ſuper, *ſive* in gladio veſtro, *i. e.* confiſi, *vel* innixi eſtis gladio veſtro; וְעָמַדְנוּ תַחְתֵּינוּ, 1. Sam. 14. v. 9., & ſtemus ſubtus nobis, *i. e.* in loco nobis ſubſtrato, ſubjecto, *&* *juxta Vulgat.* ſtemus in loco noſtro, *i. e.* ſuſtineamus: *Particip.* עוֹמֵד, *&* עֹמֵד ſtans; הָעֹמֵד עַל־בְּנֵי, Dan. 12. v. 1., qui ſtat pro filiis (populi mei), *i. e.* qui præeſt, qui favet, qui defendit; *Plur.* עֹמְדִים ſtantes; הֵם הָעֹמְדִים עַל־הַפְּקֻדִים, Numer. 7. verſ. 2., hi ſunt, qui ſtabant ſuper cenſos, *vel* cenſendos, *i. e.* qui præerant, *ſive*, *ut optime vertit Vulgat.*, præfecti eorum, qui numerati fuerant; *Cum præfix.* שֶׁעֹמְדִים qui ſtatis, Pſalm. 135. v. 2., *Fœm.* עֹמֶדֶת, עוֹמֶדֶת, *&* *in pauſa* עֹמָדֶת, Eccl. 1. v. 4., ſtans, ſtat, perdurat, perſeverat; *Plur.* עֹמְדוֹת ſtantes; הָעֹמְדוֹת adſtantes, Jerem. 44. v. 15., *ſed* Joſ. 11. v. 13. *Sym. reddit* ἱδρυμένας firmatas; *Theod. vertit* munitas; *Vulgat. habet*, quæ erant: עָמוּד *vide inter nomina*: *Inſin. abſol.* עָמֹד ſtare, Eſth. 9. verſ. 16., *Conſtr.* עֲמֹד, Exod. 18. verſ. 23., ſtare, *i. e.* perſiſtere, perſeverare; *Cum affix.* עָמְדִי ſtare meum (*fuit*), Dan. 11. v. 1., *item* Jerem. 18. v. 20., *ubi reddit*, *ſive exponit Vulg.*, (recordare) quod ſteterim; *Aliud vide poſtea in nomine* עֹמֶד; *Sed* עִמְדִי *vide in Imper.*, עֲמָדְךָ ſtare te, *i. e.* quum ſtares tu, Abd. 1. v. 11., עַד־עָמְדוֹ uſque dum ſteterit ille, Numer. 35. v. 12., בְּעָמְדוֹ in ſtare illum, *i. e.* quando ſtetit ille, Geneſ. 4. v. 46., וּכְעָמְדוֹ & cum ſteterit ille, Dan. 11. v. 4., לַעֲמֹדָהּ ad ſtandum, *ſive* ut ſtaret ea (*lege*, *ſive pacto*), Ezech. 17. verſ. 14., בְּעָמְדָם quum ſtarent ipſa, *vel* ſtantibus illis, Ezech. 1. vv. 21. 24. 25. *Imper. m.* עֲמֹד, Deut. 5. v. 31., Jud. 4. v. 20., *&* עֲמָד־, 2. Sam. 1. v. 9., *&* עִמְדִי־ *f.*, Iſa. 47. v. 12., Jerem. 48. v. 19., ſta, inſta, conſiſte; *Sed* עִמְדִי *vide ſupra in Inſin.*, *&* *infra in* עֹמֶד, *&* עִמְדִי *nom. Plur.* עִמְדוּ, *&* *in pauſa* עֲמֹדוּ, Nehem. 2. v. 9., ſtate, conſiſtite, aſſiſtite: *Futur. cum* ה *paragog.* אֶעֱמֹדָה ſtabo, ſto, Habac. 2. v. 1., וָאֶעֱמֹד & ſteti, & inſtiti; תַּעֲמֹד ſtabis,

ſtabis & conſiſtes ; יַעֲמֹד , יַעֲמוֹד , יַעֲמָד־ ſtabit ; הֲיַעֲמֹד an perſtabit ? Ezech. 22. v. 14., תַּעֲמֹד *f.* ſtabit, Levit. 13. verſ. 23., וַתַּעֲמֹד & ſtetit, ſubſtitit ; *Plural.* נַעֲמֹד ſtabimus, 2. Reg. 10. v. 4., *& cum* ה *paragog.* נַעַמְדָה conſiſtemus, ſtabimus, 2. Paral. 20. v. 9., conſiſtamus, ſtemus (ſimul), Iſa. 50. verſ. 8., תַּעַמְדוּ conſiſtetis, ſtabitis ; *cum* Nun *paragog.* וַתַּעַמְדוּן & ſtetiſtis, Deuter. 4. v. 11., יַעַמְדוּ ſtabunt ; *& in pauſa* וַיַּעֲמֹדוּ & ſubſtiterunt ; *Cum præfix.* הֲיַעַמְדוּ num conſtent, num ſint conſtitura, *ſive* utrum perſeverarent, Eſth. 3. v. 4., יַעֲמֹדְנָה, *compoſitum ex genere maſc., & fœm. ad inſinuandum* utrumque ſexum, Dan. 8. v. 22., ſtabunt, *ſive* exiſtent, *& juxta Vulg.* conſurgent ; וַתַּעֲמֹדְנָה, Dan. 8. verſ. 22., & ſteterunt, *Vulg. reddit*, ſurrexerunt. *Hiph.* הֶעֱמִיד ſtare, ſubſiſtere, permanere fecit ; ſtitit, ſtatuit, conſtituit, inſtituit, reſtituit, ſtabilivit, diſtinuit ; *Præter.* הֶעֱמִיד conſtitit, 2. Paral. 19. verſ. 8., וְהֶעֱמִיד הָמוֹן רָב, Dan. 11. verſ. 11., & ſtare faciet, *vel* ſtatuet, opponet, producet (*in aciem*) turbam magnam ; *Vulg. vertit*, & præparabit multitudinem nimiam ; *Cum affix.* וְהֶעֱמִידוֹ & ſiſtet eum, Levit. 27. v. 8., וְהֶעֱמִדָהּ & ſiſtet eam, Num. 5. verſ. 16., הֶעֱמַדְתָּ, Nehem. 6. v. 7., Pſalm. 31. v. 9., *& cum* ה *paragog.* הֶעֱמַדְתָּה, Pſal. 30. v. 8., conſtituiſti, conſtitueras ; וְהַעֲמַדְתָּ & ſiſtes, Num. 3. v. 6., 8. v. 13., 27. v. 19., *ſed* Ezech. 29. v. 7., *a nonnullis redditur*, & ſtare facies, *ſive* facis, *ut ſcil. progredi nequeant* ; *Alii vero, ſignificationem radicis Arabicæ ſequuti, vertendum potius arbitrantur*, gravas, frangis, doloribus crucias ; *Vulgat. habet*, & diſſolviſti ; הֶעֱמַדְתִּי conſtitui ; *Cum affix.* הֶעֱמַדְתִּיךָ, Exod. 9. v. 16., conſtitui, poſui te ; וְהַעֲמַדְתִּיהוּ & conſtituam eum, 1. Paral. 17. v. 14., *Plur.* וְהֶעֱמַדְנוּ & ſtatuemus, Nehem. 10. v. 33. *Partic.* מַעֲמִיד, 2. Paral. 18. v. 34., ſubſiſtens, *intranſitive*, ſtare ſe faciens, *h. e. tenens ſe rectum in curru, ut vulnus diſſimularet* : מַעֲמָד *vide inter nomina* : *Infin.* וְהַעֲמִיד & ſtando, aſtando, Nehem. 7. v. 3., לְהַעֲמִיד חָזוֹן, Dan. 11. verſ. 14., ad ſtare faciendam viſionem, *i. e. ad oraculum eventu comprobandum* ; *Vulg. vertit*, ut impleant viſionem ; וּלְהַעֲמִיד אֶת־יְרוּשָׁלָםִ

 & ad

& ad ſtabiliendam, ad conſervandam (*in ſtatu ſuo*) Hieroſolymam, 1. Reg. 15. v. 4. *Cum affix.* לְהַעֲמִידוֹ ad ſtabiliendum eum, 2. Paral. 9. v. 8., וְהַעֲמִידָהּ & ſtatuendo eam, Ezech. 24. v. 11. *Imper.* הַעֲמֵד conſtitue, Iſa. 21. v. 6. *Futur.* וָאַעֲמִיד, *&* *cum* ה *paragog.* וָאַעֲמִידָה & conſtitui; *Cum affix.* וָאַעֲמִידֵם & ſtatui eos. *Hoph. Partic.* מָעֳמָד diſtentus erat, diſtinebatur, *&* *juxta Vulg.* ſtabat, 1. Reg. 22. verſ. 35., וְאֵין מָעֳמָד & non eſt ſtabilitum, ſtabile, Pſal. 69. v. 3., *Aben Eſra vult eſſe nomen*, ſtatus, ſtandi locus; *Sed & Vulg.*, *aliique reddunt*, & non eſt ſubſtantia, ſubſiſtentia, *i. e. locus*, *in quo firmiter poſſim premere veſtigia*, *&* *pedibus conſiſtere*: מַעֲמָד *vide inter nomina*: *Futur.* יָעֳמַד ſiſtitor, ſiſtetur, ſiſtatur, conſtituetur, Levit. 16. v. 10.

עֹמֶד *maſc.* Statio; *&* *metonymice* locus, ubi *quis* ſtat. *Unde cum affix.* אֵצֶל עָמְדִי prope ſtationem meam, *ſive* locum meum, locum *videl.*, in quo ſtabam, Daniel. 8. v. 17., עַל־עָמְדִי in ſtatione mea, *ſive*, *juxta Vulgat.*, in gradu meo, Daniel. 8. verſ. 18., *Aliud vide ſupra in Infinit.*, עַל־עָמְדֶךָ in ſtatione tua, *ſive* in ſtatu, in gradu tuo, Dan. 10. verſ. 11., *vide ut ſupra in Infin.*, עַל־עָמְדוֹ in ſtatione ſua, in ſtatu, in gradu ſuo, *&* *juxta Vulg.* in tribunali ſuo, 2. Paral. 34. v. 31., *ſed* בְּעָמְדוֹ, *&* כְּעָמְדוֹ *vide ut ſupra in Infin.*, עַל־עָמְדָם in ſtatione ſua, in ordine, in officio, in gradu ſuo, 2. Paral. 30. verſ. 16., 35. v. 10., Nehem. 8. v. 7., 9. v. 3., 13. v. 11. *Vide rurſum ſupra in Infin.*

עִמָּד *m.* Statio *proprie* firma; *&* *metonymice* locus, ubi quis ſtat: *Unde* יָדַע דֶּרֶךְ עִמָּדִי, Job. 23. verſ. 10., ſcivit, cognovit viam ſtationis meæ, viam, in qua ſto; *Vulg. vertit*, ſcivit viam meam. *Sed in particulam abit*, *videlicet* apud, penes, juxta, erga, *per Ellipſin Præfixi*: *Unde cum affix.* עִמָּדִי, *pro* בְּעִמָּדִי, לְעִמָּדִי, *&c.*, *ſonat proprie* in loco, ubi ſto; *hinc* עִמָּדִי *eſt* mecum, *quaſi* apud me ſtans, Geneſ. 3. v. 12., 19. v. 19., 29. v. 27., 31. v. 5., Deut. 5. v. 28., Pſalm. 23. v. 4. *Item* apud, *vel* penes me, Geneſ. 29. v. 19., Levit. 25. verſ. 23., erga me, Geneſ. 21. verſ. 23., contra, adverſus me, Geneſ. 20.

v. 9.,

v. 9., & Exod. 17. v. 2., juxta, præter me, Deut. 32. verſ. 39. *Cum aliis affixis non reperitur*.

עֶמְדָּה *f.* Conſtitutio: *Cum affix.* עֶמְדָּתוֹ conſtitutionem ſuam; *Alii vertunt* ſubſiſtentiam, ſtationem, moram ſuam; *Vulg. habet*, quæ ſtet ſibimet; *legebat* עֶמְדָתוֹ, Mich. 1. v. 11.

עַמּוּד *m.* Columna, *quaſi* ſtatuam, *vel* ſtatumen *dicas*, Exod. 13. v. 22. *Cum præfix.* הָעַמּוּד, 1. Reg. 7. verſ. 15., & הָעַמֻּד, Jerem. 52. verſ. 21., *idem*; *Cum affix.* הַמֶּלֶךְ עוֹמֵד עַל־עַמּוּדוֹ, 2. Paral. 23. v. 13., rex ſtabat in columna ſua, *h. e. regibus deſtinata*; *erat autem ſuggeſtus editior, habens labri formam: nam ibidem cap. 6. v. 13. eadem columna vocatur* כִּיּוֹר labrum, *vaſis genus, concha, &c., Sed Vulg. reddit*, regem ſtantem ſuper gradum; *Plur.* עַמּוּדִים, 1. Reg. 7. verſ. 41. *Conſtruct.* עַמֻּדֵי הֶחָצֵר columnæ atrii, Exod. 38. v. 17., עַמּוּדֵי שָׁמַיִם, Job. 26. verſ. 11., columnæ cæli: *Cum affix.* עַמּוּדָיו, Exod. 36. verſ. 38., & עַמֻּדָיו, Exod. 27. v. 19.; עַמֻּדֶיהָ, & עַמּוּדֶיהָ *f.* columnas ejus; עַמּוּדֵיהֶם, & עַמֻּדֵיהֶם columnæ eorum.

מַעֲמָד *m.* Status, ſtatio, conſtitutio & *juxta Vulg.* officium, ordo, miniſterium: *Conſtr.* וּמַעֲמַד & ſtatum, 1. Reg. 10. verſ. 5. *Cum affix.* וּמִמַּעֲמָדְךָ & de ſtatione tua, Iſa. 22. v. 19., מַעֲמָדָם conſtitutio eorum, 1. Paral. 23. v. 28.

עַמִּיאֵל Ammiel, *nom. propr. virorum*, Num. 13. v. 12.

עַמָּה *m. Chald.*, & עַמָּה *vide in* עַם *Chald.*, & *in* עַם *Hebr. pag.* 981., 982., עַמָּה, עִמָּה *in* עַם *pag.* 983.

עֻמָּה Unmáh, & *juxta Vulgat.* Amma, *nom. propr. urbis in Tribu Aſer*, Joſ. 10. v. 30.

עַמִּיהוּד Ammiud, *nom. propr. virorum*, Num. 1. v. 10., &c.

עַמִּיזָבָד Amizabad, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 27. v. 6.

עַמִּיחוּר Ammiud, *nom. prop. regis Geſſur*, 2. Sam. 13. v. 37.

עִמָּךְ, עִמָּכָה *Vide in* עַם *pag.* 982.

עָמַל Laboravit, elaboravit: moleſtiam attulit, *vel* intulit: *Præter.* שֶׁלֹּא עָמַל־בּוֹ, Eccleſ. 2. v. 21., in quo non laboravit; *Alii vertunt*, qui non laboravit, *vel* laboraverat in eo; *Vulg. habet*, (homini) otioſo; & *fœm.* נֶפֶשׁ עָמֵל עָמְלָה לוֹ, Prover. 16. v. 26., anima laborantis laborat ipſi ſibi; עָמַלְתָּ laboraſti; *Cum præfix.* שֶׁעָמַלְתִּי, Ecclеſ. 2. vv. 11. 19. 20., quem, *vel* quo laboravi; *Vulg.*

vertit, (dolores), in quibus fruſtra ſudaverant, quibus deſudavi; *Plur.* עָמְלוּ laborant; עֲמָלֵנוּ *vide infra in nom.* עָמָל. *Futur.* יַעֲמֹל laborabit; *Cum præfix.* שֶׁיַּעֲמֹל quem, *vel* quo laboraverit.

עָמֵל *m.* Laborans, laborem ſuſtinens, Eccleſ. 3. v. 9., 4. v. 8., 9. v. 9., Prov. 16. v. 26. *Item* ærumnoſus, calamitoſus, moleſtus, moleſtiam ſuſtinens; *ut* כָּל־יַד עָמֵל, Job. 20. v. 22., omnis manus oppreſſi, calamitoſi; *LXX. reddiderunt*, omnis autem neceſſitas; *Vulg habet*, & omnis dolor (irruet ſuper eum); שֶׁהוּא עָמֵל, qua (*afflictione*) ipſe ærumnoſus, moleſtiam ſuſtinens, *ſive*, *juxta Vulg.*, qua cruciatus eſt, Eccleſ. 2. v. 22. *Cum præfix.* לְעָמֵל ærumnoſo, *ſive* miſero, Job. 3. verſ. 20. *Plural.* לְהַלְמוּת עֲמֵלִים, Jud. 5. v. 26., ad tuditem, ad malleum laborantium, *&* *juxta Vulg.* fabrorum, *qui videlicet* malleum magno labore *tractant*.

עָמָל *maſc.* Labor, *effectus ſcilicet* laborantis; *item* moleſtia, ærumna, miſeria, *quæ eſt* laboris *effectus*; *item* res labore partæ, *ut* Pſalm. 105. v. 44., *ubi Vulg. reddit*, labores (populorum); *item* pravitas, perverſitas, *ut* Num. 23. verſ. 21., *ubi Vulg. vertit* ſimulacrum. *Cum præfix.* וּבְעָמָל & in labore, *ſive* ad laborem, Eccleſ. 2. v. 11., לְעָמָל ad laborem, ad ærumnam, ad dolorem (naſcitur), Job. 5. v. 7. *Conſtr.* עֲמַל; בַּעֲמַל propter laborem, miſeriam, ærumnam, Jud. 10. v. 16., מֵעֲמַל ex, præ moleſtia, Iſa. 53. v. 11., *ubi Vulg. habet*, pro eo, quod laboravit; *Cum affix.* עֲמָלִי doloris mei, Gen. 41. v. 51., וּבַעֲמָלְךָ & in labore tuo, & in ærumna tua, Eccleſ. 9. verſ. 9., בַּעֲמָלוֹ pro labore ſuo, Eccl. 2. v. 24., שֶׁעֲמָלוֹ cujus labor; עֲמָלֵנוּ moleſtiam noſtram, laborem noſtrum, Deuter. 26. verſ. 7., בַּעֲמָלָם pro labore ſuo, *vel* eorum, *i. e. pro mercede*, Eccleſ. 4. v. 9.

עָמָל Amál, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 35.

עֲמָלֵק Amalec, *nom. prop. filii Eliphaz ex Thamna concubina*, Gen. 36. v. 12.

עֲמָלֵקִי Amaleki, *&* *juxta Vulg.* Amalecites, *nom. populi*, *ſive commune virorum ab* Amalech *oriundorum*, Gen. 14. v. 7., 1. Sam. 30. v. 1.

עמם Texit, operuit, abſcondit, obſcuravit, *ex Chaldaicæ linguæ uſu. Præter. plur. cum affix.* עֲמָמֻהוּ abſcondebant eam, Ezech. 31. verſ. 8., כָּל־סָתוּם לֹא עֲמָמוּךָ, Ezech. 28. verſ. 3., omne occluſum, *ſive* occultum non abſconderunt a te, *ſive* non texerunt tibi, non celarunt te, *i. e. nihil te latet, nihil non tibi revelatum eſt. Hoph. Futur.* יוּעַם זָהָב obſcuratur aurum, Thren. 4. v. 1.

עֲמֵם, *vel* עָמָם *m.* Populus, hominum copia, *qua ſuperficies terræ* tegitur; *in ſingul. inuſit. Unde plur.* עֲמָמִים populi, *quod vide infra in* עַם *Hebr.*

* עִמָּם *Dictio compoſita; vide infra in* עִם: עִמָּם *vide pag.* 983.

עַמְמַיָּא *m. plur. Chald. vide infra in* עַם *Chald. pag.* 982.

עַם, עָם *c., ſed maſc. ſæpius*, Populus, gens, genus, generatio, multitudo, congregatio: *Fœmininum eſt* Iſa. 26. v. 20., Jerem. 8. v. 5., Jud. 18. v. 7. *Dicitur & de multitudine animalium quorundam, ut de* locuſtis, Joel. 2. v. 2., *de* formicis, Prov. 30. v. 25., de cuniculis, *ſive* lepuſculis, muribus montanis, Prov. 30. v. 26. *Similia apud profanos ſcriptores reperiuntur, ut Columella de* apibus: duo populi conjugendi ſunt; *& Manilius de* avibus: aerei populi; *idem de* piſcibus: populos exponere captos. *Similis locutio eſt* Jerem. 15. v. 3., & præficiam eis quatuor familias, gladium, canes, aves, beſtias: בֶּן־עַם πολίτης civis; עַם צָבָא, עַם מִלְחָמָה populus, vir bellator; אֶל־עַם עוֹלָם, Ezech. 26. v. 20., ad populum ſæculi, *id eſt ad manes, quibus nox una perpetua dormitur, ad diem ſcilicet ultimi uſque judicii. Cum affix.* עַמִּי populus meus; וּמֵעַמִּי & a populo meo; עַמְּךָ *maſc., & in pauſa* עַמֶּךָ; *& fœm.* עַמֵּךְ populus tuus; לְעַמּוֹ populo ejus, *vel* ſuo, Pſalm. 111. v. 6., וּמֵעַמּוֹ & a populo ſuo; *fœm.* עַמָּהּ populus ejus, *vel* ſuus, Levit. 17. verſ. 10.; *&c.*, עַמֵּנוּ populus noſter, 2. Sam. 10. verſ. 12., עַמָּם populi ſui, populum ſuum, Levit. 18. v. 29., *&c. Plural.* עַמִּים populi, Iſa. 10. v. 13. *Conſtr.* עַמֵּי, Deuter. 28. verſ. 10. *Cum affix.* עַמֶּיךָ populos tuos, Num. 27. v. 13., מֵעַמָּיו *m.*, מֵעַמֶּיהָ *f.* e populis ſuis. *Et plurale perfectum*, וַעֲמָמִים & populos, Nehem. 9. v 22. *Conſtr.* וְאֶת־עַמְמֵי & populos terræ, Nehem. 9. verſ. 24. *Cum affix.* בַּעֲמָמֶיךָ in populis tuis.

עַם *m. Chald. idem ac ſupra Hebr.*, עַם & populum, Eſdr. 6. verſ. 12. *Sed emphatice* עַמָּא populus, Eſdr. 7. vv. 13. 16. 25., *& cum* ה, עַמָּה, Eſdr. 5. v. 12., *ubi Maſſora legendum monet abſque accentu in* ה; *Aliud vide ſupra in* עַם *Hebr. Plurale perfectum*, עַמְמַיָּא o populi, Daniel. 3. verſ. 4., *&c.*

עִם Nomen *proprie eſt, inquit Joa. Simon, exprimens ejuſmodi* conjunctionem, *&* propinquitatem, *qua res rei ita* incumbit, *ſive* imminet, *&* adjacet, *ut eam* vicinitate *ſua* circumdet, *&* tegat. *Hinc, eodem auctore,* מֵעִם *reddendum* a conjunctione, *ſive* propinquitate, a latere, Geneſ. 44. v. 32., Jud. 9. v. 37., 2. Sam. 3. v. 15. *Sed in Præpoſitionem abit, notans* cum, *ut* עִם־יְפֵה עֵינַיִם cum pulchritudine oculorum, *concretum pro abſtracto*, 1. Sam. 16. v. 12., *ubi Vulg. vertit*, & pulcher aſpectu; עִם־שֶׁמֶשׁ cum ſole, *i. e. quandiu erit ſol*, Pſal. 72. v. 5., עִם־זֶה cum hoc, *i. e.* nihilominus, tamen, Nehem. 5. v. 18., una cum, Gen. 18. verſ. 23. *Et quandoque eſt* apud, prope, juxta, *ut* עִם־שְׁכֶם apud, prope, juxta Sichem, Gen. 31. v. 4., *&* גַּם עִם־יְהוָה וְגַם עִם־אֲנָשִׁים tum apud Deum, tum apud homines, 1. Sam. 2. v. 26., coram, Deuter. 18. v. 13., 1. Sam. 2. v. 21., Job. 9. v. 2., 27. v. 13., ad, 2. Paral. 1. verſ. 9., adverſus, erga, Geneſ. 21. v. 23., 32. v. 10., Joſ. 2. v. 12., 2. Sam. 3. v. 8., עִם מְרֵעִים adverſus, contra maleficos, *ſive, juxta Vulg.*, malignantes, Pſal. 34. v. 16., in, *cum ablativo*, Numer. 14. v. 24., Deut. 8. v. 5., Joſ. 14. v. 17., Pſal. 120. v. 5., Job. 29. v. 18., inter, *ut* Iſa. 38. v. 11., Pſal. 69. v. 29. *Interdum redundare videtur, & ſaltem conſtructioni inſervit, latine omittendum, ut* Ruth. 2. v. 8., Pſal. 143. v. 7., Dan. 7. verſ. 2. *Cum Inſin. reddendum eſt per* dum, *vel* cum, *ut* Eſdr. 1. v. 11. *Cum* מ *ab initio*, à, è: מֵעִם בִּרְכָּיו à, *vel* è genibus ejus, Gen. 48. verſ. 12. *Cum affix.* עִמִּי mecum, apud me, coram me, *&c.*, Lev. 26. vv. 23. 40., 1. Reg. 11. v. 22., Eſth. 7. verſ. 8., מֵעִמִּי a me, Gen. 31. v. 31., עִמְּךָ, Gen. 26. v. 3., *& cum* ה *paragog.* עִמָּכָה, 1. Sam. 1. verſ. 26., *& in pauſa* עִמָּךְ, Geneſ. 29. v. 25., Exod. 18. v. 18., tecum; עִמּוֹ

cum

cum ipſo, Pſal. 91. v. 15., מֵעִמּוֹ ab eo, 1. Sam. 1. v. 27., עִמָּהּ, Gen. 3. verſ. 6., (dedit viro ſuo) ſecum, *i. e. ut una cum ipſa ederet*; *Alii vertunt*, (dedit viro ſuo), *qui erat* cum ipſa, *erat* ſecum; עִמָּנוּ nobiſcum, Gen. 24. v. 25., Hoſe. 12. v. 4., לֵךְ מֵעִמָּנוּ, Gen. 26. verſ. 16., recede a nobis; עִמָּכֶם vobiſcum, Geneſ. 42. verſ. 38., עִמָּם cum iis, Gen. 29. v. 9.

עִם *Chald. ſignificans idem, ut* cum, Dan. 2. v. 43., 6. v. 22., *&c.*, adverſus, Dan. 7. v. 21. *Cum affix.* עִמִּי erga me, Dan. 3. v. 32., עִמָּךְ tecum, Eſdr. 7. v. 13., עִמֵּהּ apud eum, cum eo, Dan. 2. v. 22., וְעִמְּהוֹן & cum eis, Eſdr. 5. v. 2.

* נַעֲמָן: *Inde plur.* נַעֲמָנִים *vide ſupra pag.* 771.

עַמּוֹן Ammon, *nom. propr. viri*, *unde* Ammonitæ, Gen. 19. v. 38., 1. Sam. 11. v. 11., 14. v. 47., Iſa. 11. v. 14.

עַמּוֹנִי Ammoní, *nom. propr. civitatis*, *juxta Vulgat.*, *Sym.*, *&c.*, 2. Sam. 23. v. 37., Nehem. 2. v. 19. *Aliis tamen eſt nom. patronymicum*, *ſeu commune filiorum* Ammon, *unde eſſet reddendum* Ammonitæ.

עַמֹּנָי Ammonai, *nom. propr. urbis in Tribu Benjamin*, Joſ. 18. v. 24., *Sed juxta Maſſor. legendum* עַמֹּנָה Ammonáh, *ſive*, *ut habet Vulg.*, Emoná.

עַמּוֹנִים Ammoním *& juxta Vulg.* Ammonitæ; *nom. patronymicum*, *ut ſupra in* עַמּוֹנִי, 2. Paral. 26. v. 8.

עַמּוֹנִית Ammoníth, *& juxta Vulgat.* Ammonitis, *nom. commune feminarum ex* Ammone *oriundarum*, 2. Paralip. 24. verſ. 26.

עַמּוֹנִיּוֹת Ammóniioth, *& juxta Vulg.* Ammonitides, *plural. fœm. a ſingulari* עַמּוֹנִית, *quod vide ſupra*, 1. Reg. 11. v. 1., Nehem. 13. v. 23.

עִמָּנוּאֵל Emmanuel, *nom.*, *quo filius* הָעַלְמָה, *id eſt* Virginis, *erat vocandus*, Iſa. 7. v. 14. *Etym.* nobiſcum Deus; *eſt enim dictio compoſita ex præpoſitione* עִם cum; *affix.* נוּ nobis; *&* אֵל Deus.

עַמִּינָדָב Amminadav, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 2. v. 10.

עמס Oneravit, onus impoſuit: *Interdum ſcribitur cum* ש *loco* ס: *Part. plur.* עֹמְשִׂים onerantes, *ſive* onus imponentes, Nehem. 4. v. 16., עֹמְסִים onerabant, Nehem. 13.

13. v. 15., *Cùm affix.* עֹמְסֶיהָ oneratores illius, onerantes ſe eo, Zach. 12. v. 3. *Partic. præter. plur.* הָעֲמֻסִים qui bajulamini, Iſa. 46. v. 3. *Fœm.* עֲמֻסוֹת onerata, Iſa. 46. v. 1. *Futur.* וַיַּעֲמֹס & oneravit, Gen. 44. v. 13. *Hiph. Præter.* הֶעְמִיס, 2. Paral. 10. verſ. 11., & הֶעְמִיס עֲלֵיכֶם oneravit ſuper vos, 1. Reg. 12. v. 11., מַעֲמָסָה *vide infra*.

עָמוֹס Amos, *nom. propr. prophetæ*, Amoſ. 1. v. 1.

עֲמַסְיָה Amaſiáh, *ſive* Amaſias, *nom. viri*, 2. Par. 17. v. 16.

מַעֲמָסָה *f.* Onus, Zach. 12. v. 3.

עַמְעָד Amaad, *nom. propr. urbis in Tribu Aſer*, Joſ. 19. verſ. 26.

עָמַק Profundus fuit; *metaphoriçe* abſtruſus, inveſtigabilis fuit: *Præter. plur.* עָמְקוּ מַחְשְׁבֹתֶיךָ profundæ ſunt cogitationes tuæ, Pſal. 92. v. 6. *Partic. Pahul fœm.* עֲמֻקָּה profunda, Prov. 23. verſ. 27., *vide etiam inter nomina. Hiph. Præterit.* הֶעְמִיק profundavit, profundum fecit, Iſa. 30. v. 33. *Plur.* הֶעֱמִיקוּ, Iſa. 31. v. 6., profundum fecerunt receſſum, *i. e.*, immenſum, & magnum; *ita* הֶעְמִקוּ, *abſque* Jod, Jerem. 49. v. 8., profundarunt (habitare), *id eſt profundas habitationes petent*, & *abſtruſas*: *Particip. plur.* הוֹי הַמַּעֲמִיקִים, Iſa. 29. verſ. 15., væ profundum, abſtruſum facientibus; *Vulgat. reddit*, væ, qui profundi eſtis corde; *vide etiam inter nomina*: *Imper.* הַעֲמֵק שְׁאָלָה profundum fac, roga, *i. e.* in profundo, *ſive* ex profundo roga, pete, Iſa. 7. v. 11., *Plur.* הֶעְמִיקוּ, & הֶעֱמִקוּ, Jerem. 49. vv. 8. 30., profundum facite (ad habitandum), *i. e.* in profundo habitate; *Alii referunt ad præter. plur. ut ſupra*.

עָמֹק *m.* Profundus, Levit. 13. verſ. 3., & *metaphorice* abſtruſus, inveſtigabilis; *Plur.* עֲמֻקִּים profunda, Prov. 18. v. 4. *Fœm.* עֲמֻקָּה profunda, Prov. 22. v. 14. *Plur.* עֲמֻקּוֹת, Job. 12. verſ. 22.

עֵמֶק *m. Idem*: *Plur. conſtr.* עִמְקֵי שָׂפָה profundi, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, alti ſermonis, Iſa. 33. v. 19., בְּעִמְקֵי in profundis, *ſcil. locis, vel* profunditatibus, Prov. 9. v. 18.

עֵמֶק *m.* Vallis, *à* profunditate, Gen. 14. v. 13. *Cum affix.* עִמְקֵךְ vallis tua, Jerem. 49. v. 4. *Plur.* עֲמָקִים, 1. Reg. 20. v. 28.

עָמֹק *m.* Profunditas, Prover. 25. v. 3., *ubi Vulgat. reddit*, deorſum.

עָמוֹק Amoc, *nom. prop. viri*, Nehem. 12. v. 7.

מַעֲמָק *m.* Locus profundus, profunditas. *Inde plur.* מַעֲמַקִּים profunditates, Pſal. 130. v. 1. *Conſtr.* מַעֲמַקֵּי־יָם profunda maris, Iſa. 51. v. 10.

עֲמִיקָתָא *f. p. Chald.* profunda, *id eſt* abſtruſa, Daniel. 2. verſ. 22.

עָמַר *In Kal inuſit. Inde Pih.* עִמֵּר manipulos fecit: *Partic.* מְעַמֵּר manipulos faciens, Pſalm. 129. verſ. 7. *Hithp.* הִתְעַמֵּר ad quæſtum, *vel* lucrum uti, *aut* abuti alicujus ſervitute. *Conſtruitur cum Præpoſit.* ב: *Præter.* וְהִתְעַמֶּר־בּוֹ & ad quæſtum abuſus fuerit eo, Deut. 24. v. 7. *Futur.* לֹא תִתְעַמֵּר בָּהּ ne utitor ea ad quæſtum, Deut. 21. v. 14. *Hic R. Salomon ſcribit*, ſervitutem, *aut* ſervile miniſterium *Perſice vocari* עִימְרָאָה; *Quidam alii vertunt*, non dominum te facies, non dominium tibi ſumes in eam; *Alii habent*, vi non opprimes eam.

עֹמֶר *maſc.* Homer, *menſura*, *aridorum*, *decima pars Ephæ*, Exod. 16. verſ. 36. *Vide infra in* קבב: *Item* manipulus, Deuter. 24. verſ. 19. *Plural.* הָעֳמָרִים manipuli, Ruth. 2. verſ. 15.

עָמִיר *m.* Manipulus, Amoſ. 2. v. 13.

עֲמַר *m. Chald.* lana, Dan. 7. v. 9., *ab Hebræo* צֶמֶר, *mutato* צ *in* ע, *ut ſæpe*.

עֲמֹרָה Amoráh, *& juxta Vulgat.* Gomorrha, *una de quinque civitatibus Sodomorum*, *teſte S. Hieronymo*, *quæ a Deo fuit everſa*, Geneſ. 19. v. 24.

עָמְרִי Omrí, *& juxta Vulg.* Amri, *nom. propr. virorum*, 1. Reg. 16. v. 16., 1. Paral. 7. v. 9.

עַמְרָם Amram, *nom. propr. viri*, Exod. 6. v. 18., *&c.*

עַמְרָמִי Amramí, *& juxta Vulgat.* Amramites, *nom. commune virorum ex* Amram *oriundorum*, 1. Paral. 26. v. 23.

עָמַשׂ *Inuſit. Plur.* עֲמֻשִׂים *vide in* עמס *pag.* 983.

עֲמָשָׂא Amasá, *nom. propr. virorum*, 2. Sam. 17. verſ. 25., 1. Paral. 2. v. 17., 2. Paral. 28. v. 12.

עֲמָשַׂי, *& in pauſa* עֲמָשָׂי Amaſai, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 6. v. 24., *&c.*

עֲמִישַׁדַּי

עמישדי Ammiſcaddai, *nom. propr. viri*, Num. 1. verſ. 12.

עמשסי Amaſſai, *nom. propr. viri*, Nehem. 11. v. 13.

עמת *Nom. f. conſtructum, vi præpoſitionis vel expreſſæ, vel ſubintellectæ in adverbium tranſit, ſignificans* ſecundum, juxta, ſicut, quemadmodum, e regione, ex adverſo, ad latus, à, e, in latere. *Forma abſoluta ejuſdem dictionis, ut quidam notarunt, eſt* עמה *derivatum a themate contracto* עמם, *Et ejuſdem ſenſus reſpondet præpoſitioni* עם cum; *proprie enim* עמת *latine eſt* conjunctio, propinquitas *in ſitu, ut & proportio*: כל־עמת שבא כן ילך, Eccleſ. 5. v. 15., omnia ſecundum (*ut latine* ea propter) ut venit, *i. e.* omnino prout venit, ſic abiit: *Ibi ſiquidem* כ *notat* ſimilitudinem, *& debebat regulariter dici* כלעמת, *i. e.*, כנגד è regione, ex adverſo: *vel* כאשר prout, quemadmodum: *ſed diviſæ ſunt voces, ut & alias factum; &* עמת *nunquam uſurpatur abſque præfixo* ל, *ſicut etiam ſemper dicitur* למען, *ut ſcribit Kimchi in libro radicum, ita Buxtorfius: Sed Joa. Simon laudatam ſententiam in hunc modum vertit*, omni conjunctione, omni paritate, qua venit, ſic abit, *i. e.* adventus, & abitus *ita* conjuncti, & vicini ſunt, *ut nihil differentiæ interſit; LXX. reddiderunt*, quo enim venit, ita & abibit; *Vulg. habet*, quo modo venit, ſic revertetur. *Cum præfix.* ל, לעמת המסגרת e regione clauſuræ, *vel* tæniæ, Exod. 25. v. 27., *ubi Vulg. habet*, ſubter coronam; גם את־זה לעמת־זה עשה האלהים, Eccleſ. 7. verſ. 14., & hunc etiam (*diem*) ad latus illius, *ſive* juxta illum fecit Deus; *LXX. verterunt καί γε σὺν τοῦτο σύμφωνος τοῦτο ἐποίησεν ὁ Θεὸς* & quidem huic congruenter illud fecit Deus; *Vulgat. habet*, ſicut enim hanc (diem), ſic & illam fecit Deus; *Sed* 1. Paral. 25. verſ. 8., לעמת *redditur a multis* conjunctim; *à Vulg.* ex æquo: *Cum præfix.* מ, מלעמת הבטן è regione ventris, *i. e.*, projecturæ, 1. Reg. 7. verſ. 20. *Cum affix.* לעמתו ex adverſo ejus, *& juxta Vulg* contra illum, 2. Sam. 16. v. 13., לעמתם è regione illorum, *& juxta Vulg.* pariter, Ezech. 1. v. 20. *Plur.* לעמות אחד ex adverſo uniuſcujuſque (partium illarum), *ſive, ut habet Vulg.*, juxta unamquamque (partem), Ezech. 45. v. 7.

עמית

עָמִית *m.* Socius, proximus, *qui* è regione *alicujus*, & circa *aliquem eſt*: *Cum affix.* אֶת־עֲמִיתוֹ proximum ſuum, Levit. 6. verſ. 2.

* בְּעֵינָא *Vide in* בְּעָה *pag.* 117.

ענב *m.* Uva, Deut. 32. v. 14. *Plur.* עֲנָבִים, Geneſ. 40. verſ. 10. *Conſtruct.* עֲנָבֵמוֹ עִנְּבֵי רוֹשׁ uvæ eorum, ſunt uvæ veneni, Deut. 32. v. 32., *ubi & affixum eſt*, *ſcribiturque juxta Maſſorethas ; ex forma plurali defective*, *pro* עֲנָבֵימוֹ.

עֲנוּב Anúv, & *juxta Vulg.* Anob, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 8.

ענג Delicate vixit, delicatus fuit, *in Kal. inuſit. Inde Pyh.* עֻנַּג deliciari: *Partic. fœm.* וְהַמְּעֻנָּגָה delicata, delicate nutrita, Jerem. 6. v. 2.: תַּעֲנוּג *vide inter nomina. Hitph.* הִתְעַנֵּג oblectare ſe, delicias agere: *Conſtruitur cum Præpoſit.* עַל, & ב. *Præter. plural.* וְהִתְעַנְּגוּ עַל רֹב שָׁלוֹם & oblectabunt ſe in multitudine pacis, Pſal. 37. verſ. 11., וְהִתְעַנַּגְתֶּם & oblectetis vos: *Infin. cum præfix.* מֵהִתְעַנֵּג præ mollitie, *ſive* propter mollitiem, Deuter. 28. v. 56. *Imper.* וְהִתְעַנַּג & delectare, oblecta te, Pſalm. 37. verſ. 4. *Futur.* תִּתְעַנַּג oblectabis te, deliciaberis, Iſa. 58. v. 14., & *in pauſa* תִּתְעַנָּג oblectabis te, Job. 22. v. 26., וְתִתְעַנַּג *f.* & oblectabit ſe, Iſa. 55. v. 2. *Plur. in pauſa* עַל־מִי תִּתְעַנָּגוּ ſuper quo deliciamini, *i. e. quæ ſunt deliciæ veſtræ?* Iſa. 57. v. 4.

עָנֹג *m.* Delicatus, Deut. 28. v. 54. *Fœm.* עֲנֻגָּה delicata, Deut. 28. v. 56.

עֹנֶג *m.* Delicium, deliciæ, voluptas, Iſa. 13. v. 22.

תַּעֲנוּג *m.* Oblectatio, Proverb. 19. verſ. 10. *Plur.* בַּתַּעֲנוּגִים in deliciis, Cant. 7. v. 6. *Cum affix.* תַּעֲנוּגֶיהָ deliciarum ſuarum, Mich. 2. v. 9. *Fœm.* וְתַעֲנֻגוֹת & delicias, Eccl. 2. verſ. 8.

ענד Alligavit, annexit? *Imperat. cum affix.* עָנְדֵם annecte ea, Prov. 6. verſ. 21. *Futur. cum affix.* אֶעֶנְדֶנּוּ annectam, *ſive* alligarem eum, Job. 31. v. 36.

ענה Reſpondit, viciſſim loquutus eſt, verba verbis oppoſuit: *Hinc. varios alios præſefert ſenſus* : I. Teſtificatus, atteſtatus, conteſtatus fuit, pro, *vel* contra aliquem; teſti-

teſtimonium *enim eſt quoddam* reſponſum, *quod quis interrogatus exhibet*; & *ſic fere cum præpoſitione* ב *conſtruitur*: II. Exaudivit; *ſic enim quis quaſi re, vel verbis petentis* votis, *vel* precationibus reſpondit: III. *Per ſynecdochen latiſſime interdum ſumitur pro* dixit, loquutus, alloquutus, proloquutus eſt, fatus fuit, *citra reſpectum* alloquentis; *Item* clamavit, acclamavit, *ita ut alter alteri* reſpondeat; cecinit, cantavit, certatim *ſcilicet*, & per reſponſoria; *nam qui alternis* canunt, *aut* clamant, *ſocios ſuos ad* reſpondendum *excitant*: IV. Afflixit, humiliavit, preſſit, compreſſit, depreſſit, demiſit, oppreſſit; & *intranſitive* demiſit, depreſſit, afflixit, humiliavit ſe, afflictus, depreſſus, humiliatus eſt, inops, debilis fuit, *vel* factus eſt. *Notionem hanc* opprimendi, & affligendi *derivant nonnulli a radice, ſono cognata*, יכה; *Alii ex eo repetunt, quod* afflictionibus *quis ad mentem reducatur, ut cogitet, & conſideret facta ſua*; *vel quod per* afflictionem *quis contra ſe ipſum, ſive contra alios ſententiam veluti* eloquatur, *ſeu* res ipſa reſpondeat, *ut latine* reddere, rependere, recompenſare: *Præter.* עָנָה reſpondit, Jerem. 23. verſ. 35., פִּיךָ עָנָה בְךָ os tuum teſtimonium dixit in te, 2. Sam. 1. verſ. 16., עָנָה בִי teſtificatus eſt, *vel* ſententiam pronuntiavit contra me, & *juxta Vulgat.* quam humiliavit, Ruth. 1. v. 21., וְעָנְתָה & clamabit, teſtificabitur, Iſa. 13. verſ. 22., Hoſe. 5. v. 5. *Cum affix.* עָנָנִי reſpondit, reſpondebit mihi, 1. Sam. 28. v. 15., 1. Reg. 2. v. 30., Pſalm. 118. v. 8., Cant. 5. v. 6., וַיַּעֲנֵנִי & exaudivit me, Pſal. 34. v. 5., עָנְךָ reſpondit tibi, exaudivit te, Iſa. 30. v. 19., Jerem. 23. v. 37., עָנָהוּ dixit, reſpondit ei, allocutus eſt eum, 1. Sam. 9. v. 17., &c. *Sed* עִינְיָהוּ *vide in* עָיַן *pag.* 944. עָנָם exaudivit eos, 2. Sam. 22. verſ. 42., Pſalm. 18. verſ. 42., *fœm.* עָנְתָה בָנוּ teſtatur contra nos, & *juxta Vulgat.*, reſponderunt nobis (peccata), Iſa. 59. v. 12., וְעָנְתָה & reſpondebit, Gen. 30. v. 33., Deut. 25. v. 9., 31. v. 21., & canet, Hoſe. 2. v. 17., וְעָנִיתָ aperte loqueris, Deut. 26. v. 5. *Cum affix.* עֲנִיתָנִי exaudies, exaudiſti me, Pſal. 22. v. 22., 118. v. 21., עֲנִיתָם exaudiſti eos, Pſal. 99. v. 8., וַעֲנִיתָם & reſponderis eis, 1.
Reg.

Reg. 21. v. 7. ; עֱנִיתִי exaudiam , Hoſe. 14. v. 9. , *ſed* Pſalm. 116. v. 10. , humiliatus , afflictus ſum ; *Cum affix.* עֲנִיתִיךָ exaudiam te , Iſa. 49. v. 8. , *Plural.* עָנוּ reſponderunt ; וְעָנוּ & loquentur , & pronuntiabunt , Deut. 21. v. 7. , 27. v. 14. , & reſpondebunt , Deut. 27. v. 15. , וְעָנוּ עָלַיִךְ הֵידָד , Jerem. 51. verſ. 14. , & pronuntiabunt , *ſive juxta alios* canent , cantabunt ſuper te celeuſma , *i. e. canticum triumphale , canticum , cantilenam vindemiatorum , q. d. milites illi cohortabuntur ſe mutuo ad te perdendum , ut vindemiatores , dum calcant uvas ; Vulg. reddit* , & ſuper te celeuma cantabitur ; *Partic.* עוֹנֶה , *& abſque* Vau , עֹנֶה reſpondens ; הָעֹנֶה qui exaudit , Gen. 35. v. 3. *Cum affix.* עוֹנֶךָ reſpondens tibi , Job. 5. verſ. 1. , עֹנֵהוּ reſpondens ei , 1. Sam. 14. v. 41. ; *Plur.* הָעֹנִים reſpondentes , Jerem. 44. v. 20. *Infin.* אֵין קוֹל עֲנוֹת גְּבוּרָה וְאֵין עֲנוֹת חֲלוּשָׁה קוֹל עַנּוֹת אָנֹכִי שֹׁמֵעַ , Exod. 32. v. 18. , non *eſt* vox , *vel* ſonus clamandi fortitudinem , *i. e.* vox reſpondentis , *ac præferentis* fortitudinem , *prævaleſcentis in pugna* ; non vox clamandi debilitatem , *vel* ſucciſionem , *id eſt ſe eſſe ſucciſos* ; vocem cantandi ego audiens ; *Vulgat. optime vertit* , non eſt clamor adhortantium ad pugnam , neque vociferatio compellentium ad fugam : ſed vocem cantantium ego audio : לַעֲנוֹת , *&* עַנּוֹת *cum præfix.* , *& affixis vide in Niph.* , *& in Pih.* , *Cum præfix.* לַעֲנוֹת reſpondere , Gen. 45. v. 3. , 1. Sam. 9. v. 8. , Prov. 15. v. 26. , *ſed* Deuter. 19. verſ. 16. , ad teſtificandum , teſtandum (contra eum) , *Vulg. vertit* , accuſans (eum) ; *item* ad affligendum ſe ; *ſive* ut affligerent , ut vexarentur , *& juxta Vulgat.* ut occuparentur , ut diſtendantur (in ea) , Eccleſ. 1. verſ. 13. , 3. verſ. 10. *Cum affix.* וַעֲנֹתְךָ , 2. Sam. 22. verſ. 36. , & humiliare tuum , *ſeu* humilitas tua , *qua te veluti dejicis , ut me reſpicias , & leniter mecum agas ; Vulg. vertit* , & manſuetudo tua , *i. e.* gratia , benignitas , clementia tua ; מֵעֲנוֹת (ceſſarunt) a reſpondendo , *ſive* (omiſerunt) reſpondere , Job. 32. v. 1. *Imper.* עֲנֵה reſponde , teſtare , teſtificare , Prov. 26. v. 5. , Mich. 6. v. 3. *Cum affix.* עֲנֵנִי , 1. Reg. 18. v. 37. , *&c.* , *& cum* Vau *redundante* וַעֲנֵנוּ , Pſalm. 60. verſ. 7. , 108. verſ. 7. , exaudi

me ;

me; עֲנֵנוּ exaudi nos, 1. Reg. 18. verſ. 26., *Plur.* עֱנוּ teſtamini, teſtificamini, *&* *juxta Vulgat.* loquimini (de me), 1. Sam. 12. verſ. 3., *Item* עֱנוּ canite, concinite, præcinite, Numer. 21. v. 17., Pſalm. 147. v. 7. *Futur.* אֶעֱנֶה reſpondebo, Job. 9. verſ. 15., *&c.*, *&* אֶעֱנֶה, Job. 32. v. 17., reſpondebo; *item* exaudiam, Prov 1. v. 28., Iſa. 65. v. 24., Hoſe. 2. v. 23., Zach. 13. v. 9., *item* affligebar, affligar, *&* *juxta Vulg., alioſque*, (prius quam) humiliarer, Pſalm. 119. v. 67., *&* *cum apocopa* וָאַעַן & reſpondi, Jerem. 11. verſ. 5., *&c.*, *Cum affix.* אֶעֱנְךָ, *&* *in pauſa* אֶעֱנֶךָּ reſpondebo tibi, Job. 14. v. 15., 33. v. 12., exaudivi, exaudiam te, Pſalm. 81. v. 8., Jerem. 33. v. 3., וְאֶעֱנֵהוּ & exaudiam eum, Pſal. 91. v. 15., אֶעֱנֶנּוּ reſpondebo ei, Job. 9. vv. 14. 32., אֶעֱנֵם exaudiam eos, Iſa. 41. v. 17., Zachar. 10. v. 6., תַּעֲנֶה reſpondebis, teſtificaberis; *&* *cum apocopa* תַּעַן reſpondeas, Prover. 26. verſ. 4. *Cum affix.* תַּעֲנֵנִי exaudies me; תַּעֲנֶנּוּ reſpondebis ei, 2. Reg. 4. v. 29., תַּעֲנֵנוּ exaudies nos, Pſalm. 65. v. 6., כִּי תַעֲנֵם quia affliges eos, *ſive* cum afflixeris eos, 1. Reg. 8. v. 35., 2. Paral. 6. verſ. 26., יַעֲנֶה reſpondebit, exaudiet; הַכֶּסֶף יַעֲנֶה אֶת־הַכֹּל, Eccleſ. 10. verſ. 19., pecunia reſpondet omnibus, *h. e. votis omnium*, *ſive* pecunia audit omnia, *vel* laudat, commendat, prædicat omnes. *Item* humiliabitur, demittet ſe, mitior reddetur, *&* *juxta Vulg.* pavebit, Iſa. 31. verſ. 4., *Sed* יֵעָנֶה, יַעֲנֶה *vide inter nomina*; *Et cum apocopa* וַיַּעַן & reſpondit, reſpondebit; יַעַן, *&* יַעַן *vide inter nomina*; *Cum affix* יַעֲנֵנִי reſpondebit mihi; וַיַּעֲנֵנִי & exaudivit me, & reſpondit mihi; יַעֲנֵהוּ exaudiet, exaudivit eum, 1. Sam. 7. v. 9., Pſalm. 20. v. 7., יַעֲנֶנּוּ reſpondebat ei, Exod. 19. v. 19., Job. 9. v. 3., יַעֲנֶנָּה reſpondebit ei, Job. 40. verſ. 2., Habac. 2. v. 11., יַעֲנֵם exaudivit eos, Pſalm. 99. verſ. 7., & reſpondebit; reſpondit eis, Pſalm. 55. verſ. 20., 2. Paral. 10. v. 13., תַּעֲנֶה exaudiet, Hoſe. 2. v. 24., *&* *cum apocopa* תַּעַן loquetur, Pſal. 119. v. 172., reſpondit, Gen. 31. v. 14., *&c.*, *Cum affix.* תַּעַנְךָ reſponderit tibi, Deut. 20. v. 11., *Plur.* וַתַּעֲנוּ & reſpondiſtis, Deut. 1. vv. 14. 41. *Cum affix.* תַּעֲנֵהוּ reſpondebitis

bitis ei, 2. Reg. 18. verſ. 36., יַעֲנוּ reſpondebunt, Job. 15. v. 6., Iſa. 14. v. 10., exaudient, Hoſe. 2. vv. 23. 24. canebant, cantabant, 1. Sam. 21. v. 11., 29. v. 5., *item*, affligebantur, affligentur, Zach. 10. v. 2. *Cum affix.* יַעֲנוּכָה reſpondent tibi, Jerem. 7. v. 27., תַּעֲנֶנָּה, Jud. 5. verſ. 29., reſpondebant; *Multis tamen videtur, eſſe ſingulare cum affix., & Nun epenthet., ideoque vertendum*, & reſpondebat illi. *Niph.* נַעֲנָה reſponſavit, *ſive, juxta alios*, ad reſpondendum coactus eſt, *q. d.* reſpondens factus eſt, exoratus fuit, exoratus reſpondit: *Item* reſponſum eſt ei, exauditus eſt: *Item* humiliatus, afflictus eſt: *Præteritum* נַעֲנֵיתִי לוֹ, Ezech. 14. v. 4., reſponſabo, *quaſi* exorabilem, *vel* reſpondentem exhibebo me ei; *quidam vertunt*, ad reſpondendum ei adductus ſum; *item*, humiliatus, afflictus ſum, Pſal. 119. v. 107. *Part.* נַעֲנֶה reſponſabo, reſponſans ero, reſpondebo, adductus ad reſpondendum, *ſive* ſum reſponſurus, Ezech. 14. v. 7., *Sed* נִגַּשׂ וְהוּא נַעֲנֶה, Iſa. 53. v. 7., exactum eſt, *h. e.* poſtulata eſt exactio, *ſive, juxta alios*, facta eſt exactio, *vel* exigebatur, *debitum ſcilicet noſtrorum peccatorum*; & ipſe afflictus, debilitatus, ſubactus eſt; *Vulg. habet*, oblatus eſt, quia ipſe voluit; *ſic reddit & Symmachus*, προσηνέχθη, καὶ αὐτὸς ὑπήκουσε; *legerunt iſti* נִגַּשׁ, *videl. litera* ש *notata* puncto *in* cornu dextro, *quod tunc valet* accedere, appropinquare, *vel* adduci, admoveri, & adhiberi; *&* τὸ נַעֲנֶה *in* reſpondendi *ſenſu* acceperunt, *quia* reſpondendo, velle *nos aliquid, ſignificamus*; *ut contra, non* reſpondendo, nolle: *Fœm.* נַעֲנָה afflicta, exhauſta, debilitata, Iſa. 58. v. 10. *Infinit. cum præfix.* לֵעָנֹת מִפָּנָי demittere, abjicere, humiliari, humiliare te, *vel* cedere a facie mea, *ſive* mihi, Exod. 10. v. 3. *Vide Infin. in Kal*: *Futur.* אֵעָנֶה, *ſive juxta Maſſor.* אֶעֱנֶה, exaudior, Job. 19. v. 7., הֲרֹב דְּבָרִים לֹא יֵעָנֶה an multitudo verborum non feret reſponſum, *ſive* carebit reſponſo? Job. 11. v. 2. *Pih.* עִנָּה afflixit, oppreſſit, depreſſit, compreſſit, ſubegit, *pudicitiæ ſcil. violandæ cauſa*: *Item* cecinit, cantavit: *Præter.* עִנָּה afflixit, depreſſit, & *juxta Vulg.* humiliavit, Thren. 3. v. 33., עִנָּה בַדֶּרֶךְ כֹּחִי, Pſal. 102. v. 24., afflixit in via fortitudinem, *ſive* virtu-

tem meam, *ita reddunt Pagninus, aliique multi; legebant iſti cum Maſſor.* כֹּחִי, *&* עָנָה *in Pih., prout occurrit in recentioribus ſaltem codicibus; At LXX., & Vulg. verterunt,* reſpondit, *nempe populus,* ei, *ſcil. Deo,* in via virtutis ſuæ; *legerunt propterea* עָנָה *in Kal, &* כֹּחוֹ; *item* compreſſit, *& juxta Vulgat.* humiliavit, violavit, *venereis ſcilic. actionibus,* Deut. 22. verſ. 24., 2. Sam. 13. verſ. 22. Ezech. 22. v. 11., *quo in loco Vulgat. habet,* oppreſſit; *Cum affix.* עִנָּהּ compreſſit, *& juxta Vulgat.* humiliavit illam, *ſenſu venereo,* Deut. 22. verſ. 29., עִנִּיתָ afflixiſti, Pſalm. 88. v. 8., *& cum affix.* עִנִּיתָנִי afflixiſti, *& juxta Vulg.* humiliaſti me, Pſalm. 119. v. 75., עִנִּיתָהּ afflixiſti, *ſeu, commodius;* humiliaſti eam, Deut. 21. v. 14., עִנִּיתָנוּ afflixiſti, humiliaſti nos, Pſal. 90. v. 15., עִנֵּיתִי afflixi, *& juxta Vulg.* humiliabam, Pſal. 35. v. 13., *Plural.* עִנּוּ afflixerunt, humiliaverunt, Pſal. 105. v. 18., *item* compreſſerunt, *libidinis explendæ cauſa,* Jud. 20. v. 5., Thr. 5. v. 11., Ezech. 22. v. 10. *Partic.* מְעַנֶּה affligens; *ſed* מַעֲנֶה, מַעֲנִית, מַעֲנָה *vide inter nomina; Plur. cum aff.* מְעַנַּיִךְ affligentes, humiliantes te, Iſa. 60. verſ. 14., Soph. 3. v. 19. *Infin. ex forma abſoluta, ſive Chald., ut arbitratur Joa. Simon;* עַנֵּה affligendo, vexando, Exod. 22. v. 22., עַנּוֹת affligere, Iſa. 58. v. 5., *ſed* קוֹל עַנּוֹת, Exod. 32. v. 18., vocem cantandi, *ſive* concentus, (ego audiens); *Cum præfix.* לְעַנּוֹת ad canendum, *& juxta Vulgat.* ad reſpondendum, Pſal. 88. v. 1., *item* לְעַנֹּת ad affligendum, ut affligat, Num. 30. v. 14., *Cum affix.* עַנֹּתְךָ affligere te, Deut. 8. vv. 2. 16., *& in pauſa* לְעַנּוֹתֶךָ, Jud. 16. v. 6., ad ſubigendum te; *Vulg. ſenſum optime expreſſit;* עַנֹּתוֹ affligere eum, Exod. 1. v. 11., עַנֹּתוֹ-מִיּוֹם, 2. Sam. 13. v. 32., a die comprimere eum, *i. e.,* qua compreſſit, oppreſſit ipſe (Thamar); לְעַנֹּתוֹ ad affligendum eum, 2. Sam. 7. v. 10., Jud. 16. vv. 5. 19., *ſed poſtremo loco a Vulg. redditur,* (& cœpit) abigere eum, *i. e. trudere, excitare, ut ſibi caveret fuga, ex analogia præcedentium actionum: Imperat. plur.* עֱנוּ accinite, canite, Iſa. 27. v. 2., וְעַנּוּ & comprimite; *ſive juxta Vulgat.* & humilietis, Jud. 19. v. 24. *Futur.* וָאַעַנֶּה, *per ſyncopen pro* וָאֲעַנֶּה, & affligam,

1. Reg. 11. v. 39., *Cum affix.* אֲעַנֶּךָּ affligam te; Nahum. 1. verſ. 12., תְּעַנֶּה *maſc.* affliges, afflixeris, Geneſ. 31. verſ. 50., Exod. 22. v. 22., & *cum affix.* אַל־תְּעַנֵּנִי, 2. Sam. 13. verſ. 12., ne comprimas, *ſive* ne ſtupres me, *Vulg. habet*, noli opprimere me; וּתְעַנֵּנוּ & affliges nos, Iſa. 64. v. 11., לֹא יְעַנֶּה, Job. 37. v. 23., non opprimet, ſupprimet, affliget, *ita reddunt Aq., aliique; quidam vertunt*, non accinet; *Vulg. habet*, enarrari non poteſt; *Cum affix.* וַיְעַנֵּנִי & afflixit me, Job. 30. verſ. 11., וַיְעַנְּךָ & afflixit te, Deut. 8. v. 3., יְעַנֶּנּוּ afflixit eum, & *juxta Vulgat.* (non) apponet nocere ei, Pſalm. 89. verſ. 23., וַיְעַנֶּהָ & compreſſit, oppreſſit eam, Gen. 34. verſ. 2., 2. Sam. 13. v. 14., וַיְעַנֵּם & afflixit eos, 2. Reg. 17. v. 20., וַתְּעַנֶּהָ *f.* & afflixit eam, Geneſ. 16. verſ. 6. *Plur. m.* תְּעַנּוּ, Levit. 16. v. 29., & *cum* Nun *paragog.* תְּעַנּוּן, Exod. 22. v. 21., affligetis, humiliabitis; יְעַנּוּ affligebant; *Cum affix.* וַיְעַנּוּנוּ & afflixerunt nos, Deut. 26. v. 6. *Pyh. præter.* כִּי־עֻנֵּיתִי quod afflictus, humiliatus ſum, Pſalm. 119. v. 71. *Partic.* וּמְעֻנֶּה & ſumme afflictum, ſubactum, *ſive* & humiliatum, Iſa. 53. v. 4. *Infin. cum affix.* אֵת כָּל־עֻנּוֹתוֹ, Pſal. 132. v. 1., omnis affligi ejus, *i. e.* omnium afflictionum ejus; *Pagninus*, & *quidam alii vertunt*, cum omni afflictione ejus; *Vulg.*, *item Verſiones LXX.*, *Syr.*, *Æth.*, *Arab. habent*, & omnis manſuetudinis ejus: *Futurum* תְּעֻנֶּה affligetur, humiliabitur, Levit. 23. v. 29. *Hiph. partic.* מַעֲנֶה reſpondens, reſpondet, exaudit, Prov. 29. v. 19., מַעֲנֶה בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ, Eccleſ. 5. v. 19., exaudit (eum) in lætitia cordis ſui, *i. e.* largitur; *tunc enim Deus* exaudire *dicitur*, *cum* largitur, *quod petimus*; *Sed LXX.*, *Vulg.*, & *quidam alii verterunt*, (eo quod Deus) occupet deliciis cor ejus; *Vide ſupra in Pih.*, & *inter nomina*: *Futur.* יַעֲנֶה, & *reliqua cum affixis vide ſupra in Kal*. *Hithp. Præter.* הִתְעַנָּה afflictus eſt, ſe ſe afflictavit, afflictationi ſe expoſuit, *ſive, juxta Vulg.*, (in quibus) laboravit, 1. Reg. 2. v. 26., הִתְעַנִּיתָ afflixiſti te, & *juxta Vulgat.* ſuſtinuiſti laborem, 1. Reg. 2. verſ. 26. *Infin.* לְהִתְעַנּוֹת ad affligendum, *ſive* ut affligeremus nos, Eſdr. 8. v. 21., וּלְהִתְעַנּוֹת & ad affligendum,

ſive & ut affligeres te, Dan. 10. v. 12. *Imper.* וְהִתְעַנִּי & demitte, humilia te, humiliare, Gen. 16. v. 9.

ענה *Chald.* reſpondit; *item* oppreſſit, afflixit: *Præterit. f.* עֲנָת reſpondit, proloquuta eſt, Dan. 5. v. 10., *Plural.* עֲנוֹ reſponderunt, Daniel. 2. vv. 7. 10., 3. vv. 9. 16., 6. v. 14. *Partic. præſ.* עָנֵה reſpondens, loquutus, Dan. 2. vv. 5. 8. *&c.*, *Plural.* עָנַיִן reſpondebant, *ſive* reſpondentes, Dan. 3. v. 24., *& in pauſa*, *juxta quoſdam*, *ſive*, *ut notat Joa. Simon*, *in Partic. præter.*, עֲנַיִן pauperes, inopes, afflicti, Dan. 4. v. 24.

עֲנָה Anáh, *nom. propr. virorum*, Gen. 36. vv. 20. 24. 25.

עוֹנָה *f. Item plur.* עוֹנוֹת *vide ſupra in* עון *pag.* 923., 924., *vide etiam in* עין: *Sed* עֲנוֹת, עַנּוֹת *cum præfix.*, *& affix. vide ſupra Infin. verbi* עָנָה: עֱנוּת *vide infra.*

* עֵינָה *Dictio compoſita*, *quam vide in* עַיִן *pag.* 944., *vide etiam pag.* 945. עֵינָה.

עֲנָוָה *f.* Manſuetudo, abjectio, humilitas, Prov. 15. v. 33.

עַנְוָה *fœm.* Afflictio, humiliatio (*ſcil.* activa), manſuetudo: וְעַנְוָה־צֶדֶק, Pſal. 45. v. 5., (ſuper, *vel* propter verbum veritatis) & manſuetudinis, *&* juſtitiæ, *ita Pagninus*, *& quidam alii habent*; *LXX. autem*, *Vulgat.*, *& verſiones Arab.*, *Æth.*, *aliique verterunt*, (propter veritatem) & manſuetudinem, & juſtitiam: *Cum affix.* וְעַנְוַתְךָ, Pſalm. 18. v. 36., *pro quo legitur* וַעֲנֹתְךָ, 2. Sam. 22. v. 36., & manſuetudo tua; *Joa. Simon*, *& quidam alii vertunt*, afflictio, *ſive* humiliatio tua, *qua ſcil.* me humiliaſti; *Vulgat. priori in loco reddit*, & diſciplina tua.

עֲנִיָּה *f.* Humilis, humiliata, afflicta, paupercula, Iſa. 10. verſ. 30., 51. verſ. 21., 54. verſ. 11. *Sed* עֲנִיָּה *vide infra in* עָנִי.

עֲנָיָה Anaiah, *nom. propr. viri*, Nehem. 8. v. 4.

עָנָו *m.* Manſuetus, humilis, Numer. 12. v. 3., עָנָיו *vide in* עֲנָה *Chald. Sed* עָנִי, בְּעָנְיִי, מֵעָנְיִי *vide infra in* עָנִי. *Plur.* עֲנָוִים manſueti, Pſalm. 10. verſ. 17. *Conſtr.* עַנְוֵי, Soph. 2. verſ. 3.

עָנִי *m.* Afflictus, pauper, imbecillis, inops; *hinc* lenis, mitis, humilis, manſuetus, Deut. 24. v. 12., *&c.*, *latius autem patet*, *quam* אֶבְיוֹן, *cum quo ſæpe jungitur ad aliam*

inopiæ

inopiæ ſpeciem deſignandam: *Cum præfix.* הֶעָנִי pauper; לֶעָנִי paup‍eri; מֵעָנִי a paupere; *Plur.* עֲנִיִּים pauperes, Job. 34. verſ. 28. *Conſtr.* עֲנִיֵּי, Job. 24. v. 4. *Cum affix.* לַעֲנִיֶּךָ erga pauperes tuos, *ſive* pauperibus, egenis tuis, Deut. 15. verſ. 11., וַעֲנִיָּיו & pauperum ſuorum, Iſa. 49. v. 13.

עֳנִי *m.* Afflictio, paupertas: רָאָה עֳנִי expertus eſt afflictionem, Thren. 3. v. 1., *&* *in pauſa* עֹנִי, Deut. 16. v. 3., מִנִּי־עֹנִי præ inopia, *ſive* præ afflictione, Pſal. 88. v. 10. *Cum præfix.* בָּעֳנִי afflictionem, 1. Sam. 1. v. 11., מֵעֳנִי ex afflictione, Exod. 3. v. 17., *&* *in pauſa* מֵעֹנִי, *&* מֵעוֹנִי præ, *vel* ab afflictione, mœrore, Job. 36. v. 21., Pſal. 107. verſ. 41., Thren. 1. v. 3. *Cum affix.* עָנְיִי afflictio mea, Gen. 31. verſ. 42., *&c.*, בְּעָנְיִי in afflictione mea, afflictionem, humilitatem meam, Gen. 29. v. 32., Pſal. 119. verſ. 50., *&c.*, עָנְיֵךְ afflictionem tuam, Gen. 16. verſ. 11., בְּעָנְיוֹ de afflictione, anguſtia ejus, Job. 36. verſ. 15., יְמֵי עָנְיָהּ (recordatus eſt) dierum afflictionis ſuæ, Thren. 1. v. 7., עָנְיֵנוּ afflictionem noſtram, Deut. 26. v. 7., עָנְיָם afflictionem eorum, Ezech. 4. v. 31.

עֻנִּי Unni, *&* *juxta Vulgat.* Ani, *nom. propr. Sacerdotis*, 1. Paral. 15. v. 18.

עֱנוּת *f.* Afflictio, miſeria, humilitas: וְלֹא שִׁקַּץ עֱנוּת עָנִי, Pſal. 22. v. 25., & non abominatus eſt afflictionem, miſeriam, humilitatem pauperis; *LXX.*, *&* *Vulg. verterunt*, neque deſpexit deprecationem pauperis.

עֲנִים Anim, *nom. prop. urbis in montanis Tribus Judæ*, Joſ. 15. v. 49.

עִנְיָן *m.* Occupatio, negotium, moleſtum *proprie*, *quod hominem* affligit, afflictio magna; *habet enim terminationem* augmentativam: *Conſtr.* עִנְיַן, Eccl. 4. v. 8., *&* 5. v. 13. *Cum affix.* עִנְיָנוֹ occupatio ejus, Eccleſ. 2. v. 23.

יַעַן *Vide ſupra pag.* 466.

יַעֲנָה, יַעֲנָה *fœm.* Ulula, *avis deſerta incolens*, *a voce* reſonante *ſic dicta*, Iſa. 13. v. 21. *Plurale ex forma altera*; יְעֵנִים ululæ, Thren. 4. verſ. 3. *Sed LXX.*, *Vulg.*, *Bocharto*, *&* *aliis* יענה *eſt* ſtruthio.

מַעֲנֶה *m.* Reſponſio, reſponſum, *ita redditur a LXX.*, *Sym.*, *Vulg.*, *aliiſque*; *quibuſdam tamen eſt etiam* exauditio, locutio,

cutio, ſermo: *Conſtruct.* מַעֲנֵה אֱלֹהִים exauditio Dei, & *juxta Vulg.* reſponſum Dei, Mich. 3. v. 7., מַעֲנֵה לָשׁוֹן reſponſio linguæ, *i. e.* eloquendi *facultas*, *ſive quod apte quis* loquatur, (a Deo eſt), Prov. 16. v. 1., בְּמַעֲנֵה in reſponſione, & *juxta Vulg.* in ſententia, Prov. 15. v. 23. *Cum affix.* לַמַּעֲנֵהוּ, Prov. 16. v. 4., propter reſponſionem ejus, *vel* ſui, *i. e. ut omnia gloriæ Dei reſpondeant*; *Sed Vulg.*, & *alii permulti vertunt*, propter ſemetipſum, *derivantes ſcil. dictionem hanc à* לְמַעַן propter.

עִשָּׂרוֹן *m.* Decima pars, Num. 15. v. 4., עִשָּׂרוֹן עִשָּׂרוֹן לַכֶּבֶשׂ הָאֶחָד, Num. 29. verſ. 10., decimam decimam partem, *i. e.* decimam partem unamquamque pro unoquoque agno; *Vulg. vertit*, decimam decimæ per agnos ſingulos.

עִשָּׂרוֹן *maſc.* Decima pars, *& quidem, ut arbitratur Joa. Simon*, largius ſumpta, *propter* Nun *in fine* augmentum *deſignans: Plural.* עֶשְׂרֹנִים decimæ partes, Levit. 14. verſ. 10., *&c.*

עֶשְׂרִין *Plur. Chald. vide ſupra in* עֲשַׂר *item Chald.*

עשש Depaſci, erodi, contabeſcere: *Præter. ſ.* עָשְׁשָׁה מִכַּעַס עֵינִי, Pſal. 6. v. 8., depaſtus eſt, contabuit præ ira, *vel* indignatione, ægritudine oculus meus; *S. Hieronymus, & Pagninus verterunt*, caligavit præ amaritudine, *vel* præ ira oculus meus; *LXX., & Vulg. habent*, turbatus eſt a furore oculus meus; *Plur. in pauſa* עָשֵׁשׁוּ, Pſal. 31. verſ. 11., contabeſcunt, contabuerunt, depaſta, *ſive, juxta Vulg.*, conturbata ſunt; *Pagninus reddit* computruerunt.

עָשׁ *m.* Tinea, *à* depaſcendo *dicta*, Job. 13. verſ. 28. *Cum præfix.* כָּעָשׁ ut tinea, Job. 27. v. 18. *Aliam ſignificationem vide in* עוש.

עָשַׁת Nitidus fuit, *vel* evaſit, nituit: *Et metaphorice* pinguefcit, pinguefactus eſt, *cutis ſiquidem hominis* pinguis *levigata eſt*, *polita*, *ac propterea* nitida; *quem ſenſum ſequitur Vulg. Præter. plur.* שָׁמְנוּ עָשְׁתוּ, Jerem. 5. v. 28., pingues ſunt, *ſive* pinguefacti ſunt, nitidi ſunt, *ſive* nitent; *Vulg. vertit*, incraſſati ſunt, & impinguati. *Hithp.* הִתְעַשֵּׁת cogitavit, *ex Chaldaico uſu*, *ut ſequitur*: *Futur.* יִתְעַשֵּׁת cogitabit, cogitationem ſuſcipiet, *vel ſecundum quoſdam*, nitidum, *i. e.*, amicum exhibebit ſe, Jon. 1. verſ. 6.

עֶשֶׁת *maſc.* Nitor, Cant. 5. verſ. 14. *Item* cogitatio, *ex uſu Chald. Inde*, *ut quibuſdam videtur*, *eſt plural. conſtr.*, *quod ſequitur*, *videl.*

עַשְׁתֵּי Unum, unus, *ſed ſemper additur nomini numerali* עָשָׂר, *vel* עֶשְׂרֵה *pro* undecim, undecimus, *q. d.*, *ut ſcribit Joa. Simon*, cogitationes ultra decem, *h. e. numerus* cogitatione, *ſive* mente *concipiendus*; *cum præcedentes numeri ad digitos numerarentur*; *Aliis tamen* עַשְׁתֵּי *eſt dictio compoſita ex præpoſitione* עַל ſupra, *&* *ex nom. plur. conſtr.* שָׁתֵי, *à ſingulari* שַׁת fundamentum; *unde τὸ* עַשְׁתֵּי עָשָׂר ſupra fundamenta, *i. e.* principia, *ſive* unitates denarii numeri, *ita Guarin*: בְּעַשְׁתֵּי עָשָׂר in undecimo, Deuter. 1. verſ. 3., לְעַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה undecim, Exod. 26. v. 8. *Vide Aben Eſram in* Num. 7. v. 72.

עָשׁוֹת *m.* Nitidus, *juxta multos*; *Unde* בַּרְזֶל עָשׁוֹת, Ezech. 27. verſ. 19., ferrum nitidum, purum; *Sed LXX. ſunt interpretati*, *σίδηρος εἰργασμένος*, *i. e.*, *ut habet etiam Vulgat.*, ferrum fabrefactum, *legerunt propterea* עָשׂוּת *à* עָשָׂה.

עַשְׁתּוּת *f.* Cogitatio, *&* *juxta quoſdam* nitor, ſplendor. *Unde plur. conſtr.* לְעַשְׁתּוֹת שַׁאֲנָן, Job. 12. v. 5., cogitationibus tranquilli (*hominis*); *Vulg. reddit*, apud cogitationes divitum; *Nonnulli tamen codices habent in ſingulari* לְעַשְׁתּוּת, *redditurque a quibuſdam* cogitationi, *&* *ab aliis* præ nitore, *ſive* ſplendore tranquilli, *vel* felicis.

עֲשִׁית *Chald.* cogitavit: *Præter.* וּמַלְכָּא עֲשִׁית & rex cogitabat, Dan. 6. v. 4.

עֶשְׁתֹּנָה *f.* Cogitatio, *&* *quidem* magnifica; *habetur enim* Nun *deſi-*

deſignans augmentum; *Plur. cum affix.* עֶשְׁתֹּנֹתָיו cogitationes ejus, Pſalm. 146. v. 4.

עשתר *Inuſit. Inde* עַשְׁתָּרָה *f.* grex, *item* caula, *juxta quoſdam*; בְּעַשְׁתָּרָה *vide ſupra pag.* 122., עַשְׁתֹּרֶת *vide infra*: *Plural.* עַשְׁתְּרוֹת צֹאנֶךָ עַשְׁתְּרוֹת, *&* עַשְׁתְּרֹת, Deuter. 7. v. 13., 28. vv. 4. 18. 51., greges, *item* caulæ ovium tuarum: *Apud Talmudicos legitur, ſic dici,* שמעשרות את בעליהן quod ditant dominos ſuos, *Chol. fol.* 84. *cap.* 2. *Aliud vide infra.*

עַשְׁתֹּרֶת, *ſive, juxta aliquos codices,* עַשְׁתּוֹרֶת, Aſchtóreth, *&* *juxta Vulgat.* Aſtarthe, *&* Aſtaroth, 1. Reg. 11. vv. 5. 33., 2. Reg. 23. verſ. 13., *nom. propr.* deæ Sidoniorum, *quæ quidem pleriſque videtur fuiſſe* Venus; gregibus *enim*, *&* armentis *præfuit*.

עַשְׁתָּרֹת, *vel* עַשְׁתָּרוֹת Aſtharoth, *nom. propr. Numinis* Palæſtinorum, *ſive, ut notat Kimchi, nom. imaginum*, ovium *formam habentium, quas pro deabus colebant Tzidonii, &* *Philiſtæi*, 1. Sam. 7. vv. 3. 4., 12. v. 10., 31. v. 10., וְלַעַשְׁתָּרוֹת & *ταῖς* Aſtaroth, Jud. 2. v. 13. *Eſt & nomen proprium urbis in Baſan*, Deut. 1. v. 4., Joſ. 9. v. 10., 12. v. 4., 13. vv. 12. 31., 1. Paralip. 6. v. 71. *Atque hæc ipſa civitas, uti videtur, deſignatur* Geneſ. 14. v. 5., *ſed cum præfix.* בְּעַשְׁתָּרֹת, *item* בְּעַשְׁתְּרֹת, Deut. 1. v. 4., in Aſtaroth. *Inde*

עַשְׁתְּרָתִי Aſchtherathi, *& juxta Vulg.* Aſtarothites, *nom. commune virorum ex* Aſtaroth *oriundorum*, 1. Paralip. 11. verſ. 44.

עֶרֶת *Vide infra poſt* עתת.

עָתַד Paratus, promptus, præſto fuit, adfuit; *ſed in Kal non occurrit*; *nam* עֲתוּדִים, *quod formam præſefert participii Pahul, ad nomina ſpectat, quæ vide infra. Pih.* עִתֵּד paravit, paratum fecit. *Unde Imperat. cum affix.* וְעַתְּדָהּ בַּשָּׂדֶה לָךְ, Prover. 24. v. 27., & para illud in agro tibi; *Vulg. vertit*, & diligenter exerce agrum tuum. *Hithp. præter. plural.* הִתְעַתְּדוּ לְגַלִּים, Job. 15. verſ. 28., paratæ fuerunt; *vel* parant ſe ad acervos, *i. e.*, ut in acervos lapidum redigerentur; *Vulg. reddit*, in tumulos ſunt redactæ.

עַתּוּד *m.* Hircus, *major proprie, qui gregis dux eſt; Sed multis videtur* hircus *ideo dictus* עַתּוּד, *quod ſemper* paratus *ſit, &* promptus *ad pugnam, vel ad procreandum: Plural.* עַתּוּדִים, *&* עַתֻּדִים hirci, Numer. 7. v. 17., *&c.*, Deut. 32. v. 14., *&c.*, עֲתוּדִים *vide infra in* עָתִיד: *Cum præfix.* כְּעַתּוּדִים quaſi hirci, Jerem. 50. v. 8., וְלָעַתּוּדִים (inter pecus arietum) & hircorum, Ezech. 34. verſ. 17. *Item metaphorice ſignificat* duces, magnates, reges; *quo in ſenſu occurrit* Zach. 10. v. 3., *& conſtr.* כָּל־עַתּוּדֵי אָרֶץ omnes duces, *ſive* principes terræ, Iſa. 14. v. 9.

עָתִיד *maſc.* Paratus, præparatus, inſtructus, promptus, qui præſto eſt: כְּמֶלֶךְ עָתִיד לַכִּידוֹר, Job. 15. verſ. 24., ſicut, *vel* quaſi rex paratus ad pilam, *ſive* ad aciem militum; *Vulgat. vertit*, ſicut regem, qui præparatur ad prælium; *Plural.* עֲתִידִים, Eſth. 3. verſ. 14., *& cum* Vau *in medio, loco* Jod, עֲתוּדִים, Eſth. 8. verſ. 13., *& cum præfix.* הָעֲתִידִים, Job. 3. v. 8., parati, *&* qui parati ſunt. *Eſt autem* עָתִיד *vox Chaldaica; atque Rabbini, & Grammatici* futurum *appellant* עָתִיד, *quaſi quod imminet, &* paratum eſt, *ut veniat*.

עֲתִיד *Chald.* Paratus, *&c. Inde plur.* עֲתִידִין parati, Dan. 3. verſ. 15.

עֲתֻדָה *f. Inuſit. Plur.* עֲתֻדֹת *vide infra in* עֲתִידָה.

עֲתִידָה *f.* Parata; *ſed in ſingul. inuſit. Inde plur. abſque* Jod *in medio*, וְחָשׁ עֲתִדֹת לָמוֹ, Deuter. 32. v. 35., & feſtinat (pro feſtinant) parata eis, *i. e.*, quæ eventura ſunt ipſis; *Vulg. habet*, & adeſſe feſtinant tempora; *Cum affix.* וַעֲתִידוֹתֵיהֶם שׁוֹשֵׂתִי, Iſa. 10. verſ. 13., *ſcribitur in medio cum* Jod, *ſed legendum juxta Maſſorethas per* ו *cum* Schurek, & parata eorum, *id eſt* theſauros paratos, divitias comparatas deprædatus ſum, *ita vertunt Kimchius, aliique; Vulg. autem reddit*, & principes eorum deprædatus ſum; *dictionem propterea primam referebat ad* עַתּוּדִים, *quod metaphorice ſignificat* principes.

עֲתִידִין *plur. m. Chald. vide ſupra in* עֲתִיד *Chald.*

עַתָּה, עֵת, עִתִּי, *Vide infra verbum* עָתַת, *& quæ ex eodem dimanant; Vide etiam, quæ mox ſequuntur.*

עַתַּי, *& in pauſa* עַתָּי Attai, *& juxta Vulg.* Ethai, *&* Ethei,

Ethei, Ethi *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 2. v. 35., 12. v. 11., 2. Paral. 11. v. 20.

עֲתָיָה Athaiah, *& juxta Vulgat.* Athaias, *nom. propr. viri*, Nehem. 1. v. 4.

עֲתָךְ Athách, *nom. propr. urbis in Tribu Juda*, 1. Sam. 30. verſ. 30.

עַתְלָי Athlái, *& juxta Vulg.* Athalas, *nomen proprium viri*, Eſdr. 10. v. 28.

עֲתַלְיָה Athaliáh, *& juxta Vulg.* Otholia, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 26.

עֲתַלְיָהוּ Athaliahu, *& juxta Vulg.* Athalia, *nom. propr. mulieris*, 2. Reg. 8. v. 26.

עתם *In Kal inuſit. Niph.* נֶעְתַּם obſcurari: *Præter.* נֶעְתַּם אָרֶץ obſcurata eſt terra, Iſa. 9. v. 18. *Scribit Ab. Eſra, eſſe idem, quod* קדר, חשך; *ſic & Arabice juxta R. Davidem*; *Vulg. reddit ibidem*, conturbata eſt terra.

עֻתָּם, בְּעִתָּם *Vide infra in* עת.

עָתְנִי Othní, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 26. v. 7.

עָתְנִיאֵל Othniél, *nom. propr. viri*, Joſ. 15. v. 17.

עתק Tranſlatus eſt, provectus eſt, proceſſit. *Inde ad ætatem relatum ſignificat*, provectus eſt ætate, ſenuit, conſenuit, veteraſcit, vetus evaſit: *Præter. fœmin.* עָתְקָה conſenuit, ſenuit, inveteravit, Pſal. 6. v. 8. *Plur.* עָתְקוּ veteraſcunt, *& Vulgat. metaphorice reddit*, ſublevati ſunt, Job. 21. verſ. 7. *Futur.* יֶעְתַּק מִמְּקוֹמוֹ transfertur de loco ſuo, Job. 14. v. 18., 18. verſ. 4. *Hiph. præter. plural.* הֶעְתִּיקוּ tranſcripſerunt, *i. e.*, *juxta quoſdam*, ex multis libris in unum contulerunt, Prov. 25. verſ. 1., הֶעְתִּיקוּ מֵהֶם מִלִּים tranſtulerunt, *impersonaliter*, *pro*, tranſlati ſunt ab illis ſermones, Job. 32. v. 15., *Vulg. ibidem habet*, abſtuleruntque a ſe eloquia: *Partic.* הַמַּעְתִּיק qui refingit, transfert, Job. 9. v. 5. *Futur.* וַיַּעְתֵּק & refixit, tranſtulit, Geneſ. 12. v. 8., 26. verſ. 22., *Vulg. vertit*, transgrediens, *&* profectus.

עָתָק *maſc.* Durum, induratum, *proprie* ſenio, *ſive* vetuſtate *tale effectum*; *nam quidquid eſt* provectioris ætatis, *eſt quoque* durius; *Multi tamen exponunt* durabile, *ſeu* vetus; *& quandoque in malam partem accipiunt*; *atque vertunt*, per-

perverſum, detortum; *Et à LXX.*, *Sym.*, *Vulg.*, *aliiſque redditur*, injuſtitia, injuria, iniquitas, *ita in* Pſalm. 31. v. 19., 75. v. 6., 94. v. 4. *Sed* 1. Sam. 2. verſ. 3. *Vulgat.*, *aliique reddunt* vetus, inveteratum.

עָתֵק *m.* Seneſcens, ætate procedens, *adeoque* perdurans, durabile, ſtabile, *quaſi* antiquum *dicas*: הוֹן עָתֵק, Prov. 8. v. 18., ſubſtantia durabilis, ſtabilis; *Vulg. habet*, opes ſuperbæ.

עָתִיק *m. Idem*, Iſa. 23. v. 18., *ubi Vulgat. reddit*, (& veſtiantur) ad vetuſtatem; *Alii reddunt*, (& in operimentum) vetus, vetuſtum, antiquum.

עַתִּיק *Chald.* antiquus, Dan. 7. v. 13., וְעַתִּיק יוֹמִין & antiquus dierum, Dan. 7. v. 9. *Plural.* עַתִּיקִים antiqua, obſoleta, 1. Paral. 4. v. 22. *Conſtr.* עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם translati, avulſi ab uberibus, Iſa. 28. v. 9.

עָתַר *Chald.*, *& Syris eſt*, dives fuit, abundavit: *Hinc*, *ut admonet Joa. Simon*, *Hebr. eſt ſpecialiter*, abundavit verbis, multa verba fecit, *quod equidem proprium eſt*: I. Suppliciter orantium; *quo in caſu ſignificat*, deprecatus eſt, ſupplex oravit: II. Fallentium, *&* mentientium; *& tunc ſignificat*, mentitus eſt, finxit: *Conſtr. cum Præpoſit.* אֶל, *&* ל: *Futur.* יֶעְתַּר אֶל־אֱלוֹהַּ ſupplex oraverit ad Deum, Job. 33. verſ. 26., וַיֶּעְתַּר יִצְחָק לַיהוָה & ſupplex oravit Iſaac ad Dominum, Gen. 25. v. 21., Exod. 8. v. 26., Jud. 13. v. 8. *Niph.* נֶעְתַּר exoratus fuit, *ſive juxta Vulgat*, *alioſque*, placabitur, exorabilis erit, Iſa. 19. v. 22., *& cum* Cholem, וְנַעְתּוֹר, 1. Paral. 5. v. 20., & exoratus fuerat; *Vulgat. optime vertit*, & exaudivit (eos): *Partic. fœm. plural.* וְנַעְתָּרוֹת deprecanda, precibus avertenda, (quia infida); *ſed Vulg.*, *aliique vertunt*, fraudulenta, ficta, mentita, falſa, Proverb. 27. verſ. 6. *Infin.* וְהֵעָתֶר־לוֹ, 2. Paral. 33. v. 19., & exorari, *ſeu melius*, & exoratio, exauditio ejus: *Futur.* וַיֵּעָתֵר, Gen. 25. verſ. 21., 2. Sam. 21. v. 14., 2. Paral. 33. verſ. 13., Eſdr. 8. v. 23., & exoratus eſt, *ſive juxta alios*, & exaudivit, propitiatus eſt, obſecravit intente. *Hiph. Prætcr.* וְהַעְתַּרְתִּי & ſupplex orabo, Exod. 8. verſ. 25. *Plural.* וְהַעְתַּרְתֶּם & abunde profudiſtis, *ſive*, *ut Joa. Simoni*, *& qui-*

& quibuſdam aliis videtur, mentiti eſtis, finxiſtis, *Vulg. autem vertit*, & derogaſtis, Ezech. 35. verſ. 19. *Imper. plural.* הַעְתִּירוּ ſupplices orate, Exod. 8. verſ. 24. *Futur.* אַעְתִּיר לְךָ ſupplex orabo pro te, Exod. 8. v. 5., תַּעְתִּיר אֵלָיו rogabis, *ſive* ſupplex orabis eum, Job. 22. v. 27.

עָתָר *m.* Abundantia: *Conſtr.* וַעֲתַר עָנָן, Ezech. 8. verſ. 11. & abundantia nubis (ſuffitus); *Sed à LXX. redditur*, & vapor incenſi, *& à Vulg.*, vapor nebulæ.

עָתָר *m.* Supplex; *Inde plural. cum affix.* עֲתָרַי ſupplices mei, Soph. 3. verſ. 10., *quod multis proprium nomen populorum cenſetur, redditurque* Hataræi.

עֶתֶר Ether, *nom. propr. urbis Tribus Simeon*, Joſ. 15. verſ. 42., *&* 19. v. 7., *ubi à Vulg. redditur* Athar.

עֲתֶרֶת *f.* Abundantia, copia, *juxta multos*, *ſed Vulg.*, *aliiſque eſt*, deprecatio, Jerem. 33. v. 6.

עתת Tempeſtive eloqui: *Infinit.* לָעוּת ad tempeſtive loquendum, Iſa. 50. verſ. 4., *nempe*, לֵאמֹר דָּבָר בְּעִתּוֹ loqui rem in tempore ſuo, *ut Kimchi exponit*: *Sed Vulg.*, *aliique*, *ex uſu Arabico*, *verterunt*, (ut ſciam) ſuſtentare.

* עִתּוֹתַי *Dictio compoſita*, *quam vide infra in* עֵת *pag.* 1048.

עֵת *c.* Tempus, *peculiariter* opportunum, idoneum, tempeſtivum; *item* opportunitas temporis, tempeſtivitas, occaſio; *& late* hora, dies. *Sed eadem dictio*, *ſequente* Makkaph, *cum Sægol ſcribitur*, *ut* עֶת־ tempus, Levit. 15. verſ. 25., Aggæ. 1. v. 2. *Cum præfix.* הָעֵת tempus, Nehem. 6. v. 1., *&c.*, *ſed* הַעֵת an, numquid tempus? 2. Reg. 5. v. 26., Aggæ. 1. v. 4., בְּעֵת, *&* בָּעֵת in tempore, Gen. 21. v. 22., 38. v. 10., *&c.*, כְּעֵת, *&* כָּעֵת juxta, *ſive* ſecundum tempus, Dan. 9. v. 21., Gen. 18. verſ. 10., כָּעֵת תֶּאְשָׁמוּ, Jud. 21. v. 22., ſicut ſors, *ſive* ut res (*poſtulabat*), *vel* juxta id temporis deliquiſtis, *ita Græci ſunt interpretati*; *Vulg. habet*, a veſtra parte peccatum eſt; *Pagninus*, *& quidam alii vertunt*, ita ut hoc tempore deliqueritis, *i. e. promiſſis juramento firmatis non ſteteritis*; *Aliud vide in* עֶנֶת *pag.* 1000., לָעֵת ad tempus; מֵעֵת à, *ſive* de, ex tempore; *Cum affix.* עִתִּי *vide poſt hanc dictionem* עֵת; עִתְּךָ, Eccl. 7. v. 18., *& cum Jod redundanti*, עִתֶּיךָ, Iſa. 33. v. 6., עִתֵּךְ *f.*, Ezech. 18. v. 18.,

tempus

tempus tuum, temporis tui; עִתּוֹ tempus ſuum, Eccleſ. 9. verſ. 12., בְּעִתּוֹ in tempore ſuo, Deut. 11. verſ. 14., *&c.*, *Fœmin.* עִתָּהּ, Ezech. 22. verſ. 3., *&* *ſine* Mappik, עִתָּה, Iſa. 14. verſ. 22., tempus ejus; בְּעִתָּהּ in tempore ſuo, Iſa. 60. verſ. 22., עִתָּם tempus ipſorum, Pſal. 81. verſ. 16., בְּעִתָּם in tempore ſuo, *ſive* ipſorum, Lev. 26. verſ. 4., Jerem. 33. verſ. 20. *Plural.* עִתִּים, *&* הָעִתִּים, Eſth. 1. v. 13., *&c.*, Job. 24. v. 1., Nehem. 9. v. 28., tempora; בָּעִתִּים, Nehem. 13. v. 31., *&* בָּעִתִּים, Dan. 11. vv. 6. 14., 2. Paral. 15. verſ. 5., in temporibus; לָעִתִּים temporibus, 1. Paralip. 12. verſ. 32., לְעִתִּים ad tempora, Eſdr. 10. v. 14., *Plural. fœm.* לְעִתּוֹת temporibus, Pſalm. 9. v. 10., 10. v. 1. *Cum affix.* עִתֹּתָי tempora mea, Pſalm. 31. v. 16.

עִתִּי *m.* Tempeſtivus, opportunus: בְּיַד־אִישׁ עִתִּי, Levit. 16. v. 21. per manum hominis opportuni, *ſive* parati, commodi; *Vulg. vertit*, per hominem paratum.

עַתָּה, *&* *in pauſa* עָתָּה *Adverbium temporis*, *ſignificans* Nunc, jam, modo, mox, illico, *quaſi* hoc tempore, *vel* momento: *Item* &, ſed, nam, quamvis, tamen; *&* *in orationis concluſione*, itaque, ergo, tandem, propterea, *&c.*, *ut* עַתָּה נָרַע לְךָ מֵהֶם itaque malo afficiemus, *ſive* affligemus te præ illis, *i. e.* magis quam illos, Gen. 19. verſ. 9., עַתָּה עַל־מִי בָטַחְתָּ ſed cui confiſus es? 2. Reg. 18. verſ. 20., עַתָּה הִנֵּה בָטַחְתָּ nam ecce confiſus es, 2. Reg. 18. v. 21., עַתָּה יָבֹא quando venerit, *ſive*, *juxta Vulgat.*, fuerit expletus, Jud. 13. verſ. 12. *Cum præfix.* מֵעַתָּה ex nunc, ab hoc tempore, hinc, Pſalm. 113. v. 2., Eſdr. 9. verſ. 6., טוֹב לִי אָז מֵעַתָּה bonum mihi tunc præ nunc, *i. e.* magis quam nunc, Hoſe. 2. v. 10.

פ

Litera hæc duplicem habet ſonum, nec non duplicem characteris formam. *Ab initio*, & *in medio dictionis* recurva efformatur *ſic* פ; & *in numeris valet* octoginta; *in fine vero extenditur ita* ף; & *in numeris valet* octingentos, *ſemperque utraque forma eſt radicalis*. *Habet etiam & duplicem ſonum*; *Nam ab initio ſemper ut* P; *in medio vero abſque puncto* Dageſch *reſpondet literæ noſtræ Latinæ* Ph.

פאה *Radix Hebræis inuſit.*, *ſed Arab. eſt*, *ut admonet Joa. Simon*, fidit, diffidit, & *idem*, *quod* קצע amputavit, ſcidit, truncavit, abrupit. *Inde ſunt*.

פֵּאָה *f.* Angulus, latus, extremitas, finis *cujuſque rei*, *q. d.* abſciſſio, abruptio; & *ſpeciatim*, extremitas capillorum capitis, & barbæ: *Item* plaga, ora, limes; & *metaphorice*, dux, proceres, *qui ſcil. ſunt veluti* angulares *in populo*: *unde* & *hodie Helvetiorum* duces *vocantur anguli*, *vulgò* Cantoni, *ut notat Robertſon*: *Item* pars, portio. וְעַל־כָּל־ קְצוּצֵי פֵאָה, Jerem. 9. v. 25., & ſuper omnes extremitates anguli, *id eſt Arabes* in extremis angulis *habitantes*, *ut Kimchi*, *R. Salomon*, & *quidam alii exponunt*; *Sed LXX. verterunt*, καὶ ἐπὶ πάντα περικειρόμενον τὰ κατὰ πρόσωπον αὐτȣ̃ & ſuper omne attonſum circa faciem ſuam; *Vulg. habet*, & ſuper omnes, qui attonſi ſunt in comam; *Alii reddunt*, & ſuper omnes præciſos latere, *ſeu* angulo, *i. e. quorum capillus* in utroque latere præciſus eſt; *ita*

פאה

קְצוּצֵי פֵאָה *redditur* cap. 25. v. 23., & 49. v. 32. *ejuſdem* Jerem., לִפְאַת הָאֶחָת in, *ſive* juxta latus, angulum unum, Exod. 27. verſ. 9., לִפְאָה in partem, portionem, *ſive*, *juxta Vulg.*, ſortes, Neh. 9. v. 22. *Conſtr.* לֹא תְכַלֶּה פְּאַת שָׂדְךָ, Levit. 19. v. 9., non conſumes, *ſive* non finies extremitatem, *vel* angulum agri tui (metendo), *id eſt* angulum *aliquem relinques indemeſſum*; *Vulg. vertit*, non tondebis ad ſolum ſuperficiem terræ; לֹא תַקִּפוּ פְּאַת רֹאשְׁכֶם וְלֹא תַשְׁחִית אֵת פְּאַת זְקָנֶךָ, Levit. 19. v. 27., non attondebitis angulum capitis veſtri, *i. e.* finem capillorum veſtrorum, *ſive* comam, (angulos *ſiquidem* capitis *Hebræi vocant tempora*); & non corrumpes, *ſive* vities, eradices extremitatem barbæ tuæ, & *juxta Vulg.* nec radetis barbam; פְּאַת־נֶגֶב plaga auſtralis, & *juxta Vulgat.* pars meridiana, Num. 34. v. 3., בִּפְאַת in latere, in plaga, Amoſ. 3. v. 12., לִפְאַת נֶגֶב־תֵּימָנָה, Exod. 27. v. 9., cujus latere meridiei ad auſtrum; *Vulg. reddit*, in cujus auſtrali plaga contra meridiem; מִפְּאַת פָּנָיו, Levit. 13. v. 41., à latere faciei, & *juxta Vulgat.* a fronte: *Plur.* הַפֵּאוֹת anguli, extremitates, Exod. 25. v. 26., 37. v. 13. *Duale conſtruct.* פַּאֲתֵי latera, angulos (Moab), *vel juxta Vulg.*, *Chald.*, *alioſque*, *etiam recentiores*, duces, Num. 24. v. 17. *Hinc*, *ut quibuſdam videtur*, *eſt Verbum in Hiphil*; *Unde Futur. cum affix.* אַפְאֵיהֶם angulabo eos, Deut. 32. v. 26., *i. e.*, angulatim profligabo eos, *vel*, in angulos, & extremitates terræ relegabo eos: *aut*, ex omnibus angulis ejiciam eos: Jod *eſt loco tertiæ radicalis*, *quaſi pro* אַפְאֵת אוֹתָם, *ut R. Salom. exponit*. *Verum aliter vertunt Vulg.*, *Joa. Simon.*, *aliique*: *arbitrantur enim iſti*, *dictionem ex duabus conſurgere vocibus*, *videlicet ex* אַפְאֵי הֵם, *atque reddunt*, ubi illi, ubi, *inquam*, illi *ſunt*.

* פאֹ. *Vide infra in* פה.

פּוּאָה Puáh, *nom. propr. virorum*, Jud. 10. v. 1., 1. Paral. 7. verſ. 1.

פאר *In Kal inuſit. Inde Pih.* פֵּאֵר Ornavit, decoravit, glorificavit. *Semel ex ſignificatione nominis derivati eſt* ramos ſcrutari, ramos ſigillatim recognoſcere, & fructus decutere: *Præter. cum affix.* פֵּאֲרָךְ decoravit te, & *juxta*

LXX.,

LXX., *atque Vulgat.* glorificavit te, Iſa. 55. v. 5. *Infin.* לְפָאֵר, Iſa. 60. v. 13., Eſdr. 7. v. 27., ad ornandum, *ſive*, *juxta Vulgat.*, *alioſque*, ut glorificaret (domum Domini): *Futur.* אֲפָאֵר ornabo, glorificabo, Iſa. 60. v. 7., לֹא תְפָאֵר אַחֲרֶיךָ non ſcrutaberis ramos poſt te, *poſtquam ſcil. olivas tuas* decuſſeris; *Vulgat. reddit*, non reverteris, ut colligas, Deut. 24. verſ. 20., יְפָאֵר עֲנָוִים בִּישׁוּעָה glorificabit, *&* *juxta Vulgat.* exaltabit humiles in ſalute, Pſalm. 149. v. 4. *Sed* תִּפְאָרָה, *&* תִּפְאֶרֶת *vide inter nomina*: *Hithp. Infin.* לְהִתְפָּאֵר ad gloriandum, *&* *juxta Vulg.* ad glorificandum, Iſa. 60, verſ. 21., 61. verſ. 3. *Imper.* הִתְפָּאֵר עָלַי gloriare, gloriam aſſume ſupra me, *varie ab aliis redditur*, *Vulg. ſenſum expreſſit*, Exod. 8. v. 5. *Futur.* אֶתְפָּאָר gloriabor, Iſa. 49. v. 3., יִתְפָּאֵר gloriabitur, glorietur, gloriatur, Jud. 7. v. 2., Iſa. 44. verſ. 23., הֲיִתְפָּאֵר numquid gloriabitur? Iſa. 10. v. 15.

פְּאֵר *m.* Ornatus, ornamentum, decus, tiara, capitis ornamentum: פְּאֵר תַּחַת אֵפֶר ornatum, *ſive* corona loco cineris, Iſa. 61. v. 3. *Cum affix.* פְּאֵרְךָ tiaram, coronam tuam, Ezech. 24. v. 17. *Plural.* הַפְּאֵרִים tiaræ, Iſa. 3. verſ. 20. *Conſtruct.* פַּאֲרֵי הַמִּגְבָּעוֹת ornamenta tiararum, Exod. 39. verſ. 28., פַּאֲרֵי פִשְׁתִּים tiaræ lineæ, Ezech. 44. verſ. 18. *Cum affix.* וּפְאֵרְכֶם & tiaræ veſtræ, Ezech. 24. verſ. 23., *cum defectu* Jod *in medio*, *pro* פְּאֵרֵיכֶם, *ut Kimchi notat*.

פֻּארָה *f.* Ramus, *proprie* frondoſus, *q. d.* ornamentum, *ſive* decus arboris: מְסָעֵף פֻּארָה, Iſa. 10. verſ. 33., deramificans, collucans ramum *iſtum* glorioſum, *ſive* frondoſum; *Vulg. vertit*, confringet lagunculam; *Sym.*, *&* *Theod. habent*, conturbabit torcular.

פֹּארָה *f.* *Idem ac ſupra*. *Inde plur.* פֹּארֹת rami, Ezech. 17. verſ. 6. *Cum affix.* פֹּארֹתָיו ramos ſuos, Ezech. 31. v. 5.

תִּפְאָרָה, תִּפְאֶרֶת *f.* Ornatus, ornamentum, decor, gloria: *Cum affix.* תִּפְאַרְתּוֹ decor ejus, Iſa. 28. v. 1.

פָּארָן Paran, *&* *juxta Vulgat.* Pharan, *nom. propr.* 1. *oppidi*, Geneſ. 14. v. 6., 2. *nom. propr. vallis*; 3. ſolitudinis, *Madianitis vicinæ*, *atque notæ*, Num. 10. v. 12., 4. *montis* τῷ *Sinai contigui*, Deut. 33. verſ. 2., Habac. 3. verſ. 3.

פָּארוּר

פֵּארוּר *m.* Elegantia, nitor, *juxta quoſdam, per geminationem tertiæ radicalis* : *Vide* פרר.

* פֵּאֲרוּ *Vide ſupra in* פֵּאָה *pag.* 1050.

פגג *Radix inuſit. Sed ſignificaſſe videtur*, crudus, immaturus, fuit. *Inde eſt*, פַּג *m.* groſſulus, groſſus, ficus immatura: *Plur. cum affix.* פַּגֶּיהָ groſſulos ſuos, Cant. 2. v. 13.

פגל *Radix Hebræis inuſit. Sed Chaldæis eſt* fœtuit. *Inde* פִּגּוּל, Levit. 7. v. 18., 19. v. 7., abominatio, fœditas, *ſeu* impuritas, abominatio: res fœda, *ſeu* impura, abominanda, & *juxta alios* prophanum, inutile, abjiciendum; *proprie autem dicitur de* carne fœtoris, & *coloris tetri*; בְּשַׂר פִּגּוּל caro abominationis, *id eſt*, abominanda, Ezech. 4. v. 14. *Plural.* וּפְרַק פִּגֻּלִים & fragmen, *ſive* fruſtum carnium abominandarum, Iſa. 65. v. 4., *Vulg. ibidem reddit*, & jus prophanum (in vaſis eorum).

פגע Occurrit, incurrit, incidit, obviam venit, obviam factus fuit; & *ſi quidem fiat* animo hoſtili, *ſignificat*, irruit, invaſit; *ſi vero fiat* animo placandi, & interpellandi, *ſignificat*, intervenit, interceſſit, ſupplicavit. *Conſtruitur cum præpoſitione* ב, & אֶל: *Præter.* פָּגַע incurrit, & *juxta Vulgat.* pertranſit, Joſ. 19. vv. 27. 34., *ſed* 1. Reg. 2. v. 32., irruit, invaſit, & *juxta Vulg.* interfecit; וּפָגַע בִּירִיחוֹ & incurrit, *i. e.*, *ut habet Vulg.*, & pervenit in Jerico, Joſ. 16. verſ. 7., *ita* cap. 19. vv. 22. 26. *Cum affix.* וּפְגָעוֹ הַדֹּב & occurrat ei urſus, Amoſ. 5. verſ. 19., פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ occurriſti gaudenti, Iſa. 64. verſ. 4., וּפָגַעְתָּ חֶבֶל נְבִאִים & occurres choro prophetarum, *ſive* obviam fiet chorus prophetarum, 1. Sam. 10. verſ. 5. *Infin.* לִפְגֹּעַ ad invadendum, *ſive* irruendum, 1. Sam. 22. v. 17. *Cum affix.* בְּפִגְעוֹ־בוֹ in incidere ipſum in illum, *i. e.* quum ipſe obviam eum habuerit, *ſive* quum ille obviam ſibi factus fuerit, Numer. 35. vv. 19. 21. *Imper.* פְּגַע־בּוֹ irrue in eum, interfice eum, 2. Sam. 1. v. 15., 1. Reg. 2. verſ. 29., וּפְגַע & irrue, & interfice, Jud. 8. v. 21., 1. Sam. 22. v. 18., 1. Reg. 2. v. 31. *Plur.* וּפִגְעוּ־לִי & intercedite pro me, Geneſ. 23. verſ. 8. *Futur.* וְלֹא אֶפְגַּע אָדָם, Iſa. 47. verſ. 3., neque occurram homini, *i. e.* nemini obviam, & conſpiciendum me exhibebo, *ſed*

omnibus

omnibus inſciis, & improviſo, vindiſtam ſumam; *Vulg. reddit*, & non reſiſtet mihi homo; תִּפְגַּע occurreris, occurres, Exod. 23. v. 4., וְאַל־תִּפְגַּע־בִּי, Jer. 7. v 16., & ne occurras mihi, *ſive* ne adeas me, ne intercedas apud me, & *juxta Vulg.* & non obſiſtas mihi; *Fœm.* אַל־תִּפְגְּעִי־בִי, Ruth. 1. v. 16., ne intervenias mihi, & *juxta Vulgat.* ne adverſeris mihi; וַיִּפְגַּע & incidit, & irruit; *Cum affix.* יִפְגָּעֵנוּ occurrat nobis, Exod. 5. verſ. 3. *Plural.* כִּי נִפְגַּע־בּוֹ quum ſupplicaremus eum, *ſive, ut habet Vulg.*, ſi oraverimus illum, Job. 21. verſ. 15., יִפְגְּעוּ incurrant, occurrant, obviam veniant, Joſ. 2. verſ. 16., Jud. 18. verſ. 25., interveniant, Ruth. 2. v. 22., וַיִּפְגְּעוּ & obvenerunt; & *cum* Nun *paragog.* יִפְגְּעוּן incidunt, Joſ. 17. verſ. 10. *Hiph.* הִפְגִּיעַ incurrere fecit: intervenit, interceſſit: *Præter.* הִפְגִּיעַ־בּוֹ incurrere fecit in eum, Iſa. 53. verſ. 6., *Vulgat. ibidem reddit*, poſuit in eo; הִפְגַּעְתִּי בְךָ intercederem pro te, Jerem. 15. verſ. 11. *Plural.* הִפְגִּעוּ בַמֶּלֶךְ intercedebant apud regem, Jerem. 36. v. 25. *Particip.* מַפְגִּיעַ interveniens, intercedens, Iſa. 59. verſ. 16. *Vide etiam inter nomina*; בְמַפְגִּיעַ, Job. 36. verſ. 32., per intercedentem, *ſive* in occurrente, *vel* ad obviandum, *id eſt* (præcepit nubi), ut obviet, *alteri ſcil. nubi*; *Vulg. vertit*, (præcepit ei, *luci ſcil.*), ut rurſus adveniat.

פֶּגַע *m.* Occurſus, caſus, 1. Reg. 5. v. 18., Eccl. 9. v. 11.

מִפְגָּע *m.* Scopus, occurſus, offendiculum, *in quod* incurritur. *Cum præfix.* לְמִפְגָּע, Job. 7. v. 20., in ſcopum, *ſive* in occurſum, offendiculum; *à Vulgat. redditur* contrarius: *Vide ſupra Partic. in Hiph.*

פַּגְעִיאֵל Paghiél, *princeps Tribus Aſer*, Num. 1. v. 13.

פגר *In Kal inuſit. Pih.* פִּגֵּר piger, laſſus, defectus viribus fuit: *Præter. plur.* אֲשֶׁר פִּגְּרוּ qui defecti viribus erant, *ſive* laſſi fuerunt, 1. Sam. 30. vv. 10. 21. *Quidam*, Chirek *loco* Kibbutz *eſſe*, *volunt*, *quaſi ſit ex Pybal.*

פֶּגֶר *m.* Cadaver, *corpus* viribus defectum, 1. Sam. 17. verſ. *Plur.* פְּגָרִים cadavera, 2. Reg. 19. verſ. 35. *Conſtr.* פִּגְרֵי הָאָדָם cadavera hominum, Jerem. 35. v. 5. *Cum affix.* פִּגְרֵיכֶם cadavera veſtra, Numer. 14. v. 29., וּפִגְרֵיהֶם & cadavera ipſorum, Iſa. 34. v. 3.

פָּגַשׁ Occurrit, obviam habuit: *Conſtruitur cum Accuſat.*, & *Præpoſ.* ב: *Præter.* אֲשֶׁר פָּגָשְׁתִּי cui occurri, Gen. 33. verſ. 8. *Plural.* וּפָגְשׁוּ & occurrent, Iſa. 34. v. 14. *Infin.* פָּגוֹשׁ occurrendo, & *juxta Vulg.* expedit occurrere, Prover. 17. v. 12. *Cum præfix.* כְּפָגֹשׁ אֹתָם cum occurriſſet eis, Jerem. 41. v. 6. *Futur. cum affix.* אֶפְגְּשֵׁם occurram eis, Hoſe. 13. v. 8., כִּי יִפְגָּשְׁךָ quum occurret tibi, Gen. 32. v. 18., וַיִּפְגְּשֵׁהוּ & occurrit ipſi, Exod. 4. vv. 24. 27., וַתִּפְגֹּשׁ אֹתָם & occurrit eis, 1. Sam. 25. verſ. 20. *Plural. cum affix.* וַיִּפְגְּשׁוּם & occurrerunt eis, 2. Sam. 2. verſ. 13. *Niph.* נִפְגַּשׁ alter alteri occurrit, *ſive* cum altero convenit, *ſenſu reciproco*: *Præter. plural.* נִפְגָּשׁוּ occurrunt, *ſive* obviaverunt ſibi, Pſal. 85. v. 11., Prov. 22. verſ. 2. *Pih. futur. plur.* יְפַגְּשׁוּ incurrent, occurrent, Job. 5. verſ. 14.

פָּדָה Redemit, eruit, liberavit: *Præter.* פָּדָה אֶת־נַפְשִׁי redemit, eruit animam meam, 2. Sam. 4. v. 9., וּפָדָה בְעֶרְכֶּךָ & redimet ex exiſtimatione, *ſive* juxta exiſtimationem tuam, Levit. 27. v. 27. *Cum affix.* פָּדְךָ מִמָּוֶת eruet te de morte, Job. 5. v. 20., פָּדָם redemit eos, Pſalm. 78. v. 42., פָּדִיתָ, Deut. 9. v. 26., & *cum* ה *paragog.* פָּדִיתָה, Pſal. 31. verſ. 6., redemiſti; *Cum affix.* פְּדִיתִיךָ redemi te, Mich. 6. verſ. 4., (&) redimam te, Jerem. 15. v. 21., פְּדִיתִים redemi eos, Zach. 10. v. 8. *Partic.* פּוֹדֶה redimens, Pſalm. 34. v. 23. *Cum affix.* וְהַפֹּדְךָ redimens te, redemptor tuus, *ſive* qui redemit te, Deuter. 13. v. 6. *Partic. Pahul* פָּדוּי; *unde plural.* הַפְּדוּיִם (pecuniam) redemptorum, Numer. 3. v. 51. *Conſtr.* פְּדוּיֵי redempti, Numer. 3. vv. 46. 48. 49. *Cum affix.* וּפְדוּיָו & redempti ejus, *ſive, juxta quoſdam*, redimenda autem ejus, *ſed juxta Vulgat.*, *alioſque*, cujus redemptio, Numer. 18. verſ. 16. *Infin.* פָּדֹה תִפְדֶּה, Num. 18. v. 15., redimendo redimes; *ſed Vulg.*, *aliique vertunt*, & *quidem accommodatius*, redemptionem, *ſive* pretium accipias, *vel* redimere facies; לֹא־פָדֹה non redimendo, Pſalm. 49. verſ. 8. *Cum præfix.* לִפְדּוֹת ad redimendum, ut redimeret, 2. Sam. 7. verſ. 23. *Imper.* פְּדֵה redime, libera, Pſalm. 25. v. 22., & *cum affix.* פְּדֵנִי redime me, Pſalm. 26. v. 11., וּפְדֵנִי redime

redime nos, Pſalm. 44. verſ. 27. *Futur.* אֶפְדֶּה redimam, Exod. 13. v. 15., *& cum affix.* אֶפְדֵּם redimam, liberabo eos, Oſe. 7. v. 13., 13. v. 14., תִּפְדֶּה redimes, Exod. 13. v. 13., יִפְדֶּה redimet, Pſal. 49. vv. 8. 16., *& cum affix.* וַיִּפְדְּךָ & redemit te, Exod. 7. verſ. 8. *Plural. cum affix.* תִּפְדּוּנִי redimetis, *ſive, juxta Vulg.*, eruite me, Job. 6. v. 23., וַיִּפְדּוּ & redemerunt, liberarunt, 1. Sam. 14. v. 45. *Niph. præter. fœm. in pauſa* וְהָפְדֵּה לֹא נִפְדָּתָה redimendo non fuit redempta, Levit. 19. v. 20. *Futur.* לֹא יִפָּדֶה non redimetur, Levit. 27. v. 29., תִּפָּדֶה redimetur, Iſa. 1. v. 27. *Hiph.* הֶפְדָּה redimi ſivit, *vel* curavit: *Præter. cum affix.* וְהֶפְדָּהּ & redimi curet eam, *ſive, juxta Vulg.*, dimittet eam, *vel juxta alios* liberam faciet eam, Exod. 21. v. 8. *Hoph. Infin.* וְהָפְדֵּה, Levit. 19. v. 20., & redimendo, *Vulgat. vertit*, & tamen pretio (non redempta). *Vide inter nomina, quæ ſequuntur.*

פְּדָיָה Pedaia, *nom. propr. virorum*, 2. Reg. 23. v. 36., 1. Paral. 3. v. 18.

פְּדוּת *f.* Redemptio, Pſalm. 111. verſ. 9., 130. v. 3., & פְּדֻת, Exod. 8. v. 19., *ubi LXX. vertunt* diſtinctionem; *Vulgat. habet* diviſionem; *alii reddunt* liberationem, *id eſt* redemptionis indicium; מִפְּדוּת a redemptione, Iſa. 50. verſ. 2.

פְּדַהְאֵל Pedahel, *nom. propr. viri*, Num. 34. vv. 28. 29.

פְּדָהצוּר Pedahtſúr, *& juxta Vulg.* Phadaſſur, *nom. propr. viri*, Num. 1. v. 10.

* אֶפְדֵּם, פְּדֵם *Dictiones compoſitæ, quas vide ſupra in* פָּדָה.

פִּדְיוֹם *m.* Redemptio, *& metonymice* pretium redemptionis, lytrum, *à* פָּדָה, *ſed cum* ם *collectivo, & comprehenſivo, ut ſcribit Joa. Simon.*, *adeoque* lytrorum ſumma, Numer. 3. verſ. 49.

פִּדְיוֹן *m. Idem ac ſupra, ſed cum* Nun *in fine, quod eſt* augmenti *argumentum; ac propterea ſignificat* lytrum intenſum, & magnum, Exod. 21. v. 30., Pſalm. 49. v. 9. *Vide, quæ ſequuntur.*

פדן Paddan, *nomen proprium loci; ſed quibuſdam eſt appellativum, redditurque* campus, deſertum. *Nam* פַּדָּן *Arabice*, ager, campus, *ut Ab. Eſra, & Rabbi Salomon tradunt:*

dunt : *Unde* פַּדַּן אֲרָם *reddunt* campum Syriæ, *ſive* Syriam campeſtrem; *Alii cum Vulg. vertunt* Meſopotamiam Syriæ. *Cum præfix.* בְּפַדַּן in Paddan, *vel* in campo, *& juxta alios* in Meſopotamia, Geneſ. 31. verſ. 18., מִפַּדַּן, Geneſ. 25. verſ. 20., *& in pauſa* מִפַּדָּן, Geneſ. 48. v. 7., de Paddan, *ſive* de Meſopotamia. *Cum* ה *paragog.*, *ſive locali* פַּדֶּנָה, Geneſ. 28. verſ. 2., in Paddanem, *vel* in Meſopotamiam.

אַפַּדֶּן Palatium, auguſtale: *Joa. Simoni, & quibuſdam aliis eſt* aulæum, *vel potius* cinctura tentorii, *quæ ſit* aulæis; *atque iſti arbitrantur, vocem* אפדן *compoſitam ex rad.* אפד, *& Syr.* אפן, *vel* אפנא velum: *Cum affix.* וְיִטַּע אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ & figet tentoria palatii, *vel* aulæi ſui, Dan. 11. v. 45. *Sed LXX., Aq., Theod., retenta Hebr. voce verterunt*, ἐφαδανῶ, *vel* Ἀφαδανῶ; *Vulg. habet* Apadno.

פָּדוֹן Padhón, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 44.

פדע Redemit: *Imper. cum affix.* פְּדָעֵהוּ redime eum, Job. 33. v. 24. *Convenit cum* פָּדָה.

פֶּדֶר *m.* Inteſtina, *vel* adeps, *juxta Vulg., Jonathan, Onkeloſium, Aben Eſram, recentiores etiam Hebræos, alioſque, ita* Levit. 8. v. 20., *ſed ibidem* cap. 1. v. 8., *vertit Vulg.* cuncta, quæ jecori adhærent; *Cum affix.* וְאֶת־פִּדְרוֹ & adipem ejus, Levit. 1. v. 12., *ubi Vulg. vertit ut ſupra, videl.* omnia, quæ adhærent jecori.

פֹּה *Adverbium loci, temporis, ſimilitudinis. Significat autem* hîc, hoc loco, illic, Geneſ. 19. v. 12., 22. v. 5., Num. 22. v. 8., *&c., Item* húc, 1. Sam. 16. verſ. 11., Eſdr. 4. v. 2. *Cum præfix.* מִפֹּה, Ezech. 40. vv. 10. 12. 41. 48. 49., hinc, inde; עַד פֹּה uſque húc, Job. 38. v. 11., *& cum* Aleph., וּפֹא & hîc, Job. 38. v. 11. *Sæpiſſime eſt cum* Vau *loco* ה, *ut* שְׁלוֹשָׁה מִפּוֹ וּשְׁלשָׁה מִפּוֹ tres hinc, & tres illinc, *ſive* inde, Ezech. 40. v. 21., מִפּוֹ וּמִפּוֹ hinc & inde, *ſive* utrinque, Ezech. 40. v. 34. *Et cum* אי *interrogativo ab initio præfix.*, *ut* אֵיפֹה ubinam? Geneſ. 37. v. 16., *&c. Item* qualeſnam? Jud. 8. v. 18. *Interdum in* interrogatione *eſt mere expletivum, & vulgo redditur per* jam, nunc, igitur; *ſcribitur autem ita* מִי־אֵפוֹא הוּא, quis igitur ille? Geneſ. 27. v. 33., אַיֵּה אֵפוֹא פִּיךָ

ubi

ubi (*eſt*) nunc os tuum? Jud. 9. v. 38., *Item* אֵפוֹ ergo, Job. 9. v. 24., nunc, Job. 17. v. 15., 19. vv. 6. 23., 24. v. 25. *Vide ſupra pag.* 58.

פֶּה *m.* Os oris: *Metonymice* ſermo, verbum; *& metaphorice* apertura *rei*, labes: כְּבַד־פֶּה, Exod. 4. v. 10; gravis ore, *i. e.* tardus ad loquendum; *Vulg. vertit*, impeditioris linguæ; פֶּה אֶל־פֶּה, Numer. 12. verſ. 8., ore ad os, *i. e.* coram, ſine medio, ſine internuncio, non per ſomnium; פֶּה אֶחָד, Joſ. 9. verſ. 2., ore uno, *id eſt*, *juxta Vulg.* uno animo; לִפְתֹּחַ פֶּה, Ezech 21. v. 27., ad aperiendum os, *id eſt* ad aperturam, *ſive* labem *in muro faciendam*; פֶּה־לָהֶם os eis, *& juxta Vulg* os habent, Pſal. 115. v. 5., פֶּה־לָפֶה, 2. Reg. 10. v. 21., 21. v. 16., ore ad os, *i. e. confertim*, *adeo plenè*, *ut* ora *hominum ſe invicem fere contingerent*; *Vulgat. habet*, a ſummo uſque ad ſummum, *&* ab ore uſque ad os; *quidam vertunt*, ab angulo in angulum; מִפֶּה אֶל־פֶּה, Eſdr. 9. v. 11., ab ore uſque ad os. *Radix eſſet* פיה, *&* פֶּה *pro* פֵּיֶה *formæ* גֵּאֶה, *ut Kimchi in Michol ponit. Conſtr.*, *& cum affix. junctum*, *ſemper eſt cum* Chirek, *&* Jod *ut ſequitur*.

פִּי *m.* Os, oris: *Sed metaphorice* orificium, *&* apertura *rei*, fimbria, ora; *item* mucro, acies, *cum de* gladio *dicitur*, *& variis deinceps rebus accomodatur*: *Metonymice* ſermo, dictum, *& ſpeciatim* præceptum, mandatum, edictum; *Item* pars, portio: פִּי־צַדִּיק os juſti, Pſal. 37. v. 30., פִּי־רֹאשׁוֹ os capitis ejus, *i. e. juxta Græcos*, περισόμιον orificium, *& juxta Vulg.* capitium; *& juxta alios*, apertura ejus ad inſerendum caput; עַל־פִּי יְהוָה, Exod. 17. v. 1., juxta os Domini, *id eſt* ſermonem, *ſive* præceptum Domini; עַל־פִּי עֵד אֶחָד, Deut. 17. v. 6., propter os, *i. e.*, dictum teſtis unius; פִּי־שְׁנַיִם os duorum, Deuter. 21. v. 17., *id eſt*, portio duplex, *LXX. reddunt* διπλᾶ dupla; *Vulg. habet* cuncta duplicia; וִיהִי־נָא פִּי־שְׁנַיִם בְּרוּחֲךָ אֵלָי, 2. Reg. 2. verſ. 9., & ſit, quæſo, os duorum in ſpiritu tuo ad me, *i. e.* pars, *ſive* portio duplex ſpiritus tui ſuper me; *Vulg. reddit*, obſecro, ut fiat in me duplex ſpiritus tuus; פִּי־שְׁנַיִם בָּהּ, Zachar. 13. v. 8., os duorum, *id eſt* pars, portio duplex, *& juxta Vulg.* partes duæ in

ea: לְפִי־חָרֶב ore, *i. e.* acie gladii, per gladium, Geneſ. 34. v. 26., Exod. 17. v. 13., Num. 21. v. 24., Deut. 13. v. 16., Joſ. 6. verſ. 21., עַל־פִּי מִדּוֹתָיו ſuper oram, *ſive* fimbriam veſtimentorum ejus, Pſalm. 133. verſ. 2., עַל־פִּי ſecundum os, ex præſtituto, juxta mandatum, Numer. 3. v. 16. *Sic* פִּי *ſæpe eſt particula expletiva, ſeu ſyllabica adjectio, modum, & æſtimationem ſignificans; ut,* לְפִי אֲשֶׁר, Malach. 2. verſ. 9., ſecundum quod, ſicut; עַל־פִּי הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה juxta verba hæc, Gen. 43. v. 7., *ita* Levit. 27. v. 8., Deut. 17. v. 11., &c., עַל־פִּי אַבְשָׁלוֹם הָיְתָה שׂוּמָה ab Abſalone (*ſic*) fuit conſtitutum, 2. Sam. 13. verſ. 32., עַל־פִּי הַנֶּבֶל, Amoſ. 6. verſ. 5., in nablio, & *juxta Vulg.* ad vocem pſalterii: *Item* לְפִי ſecundum, juxta, pro ratione, Exod. 12. v. 4., 1. Reg. 17. verſ. 1., Pſalm. 141. v. 7., Prover. 12. v. 8., Jerem. 29. v. 10. *Eundem ſenſum præſefert cum præfix.* כ, כְּפִי, Exod. 16. v. 21., Numer. 35. verſ. 8., Job. 33. verſ. 6., Malach. 2. verſ. 9., תַחְרָא, *vel* כְּפִי תַחְרָא, Exod. 28. v. 32., 39. verſ. 23., ſicut os, *ſive* ora, *extrema ſcil. pars*, loricæ; כְּפִי כֻתָּנְתִּי, Job. 30. verſ. 18., ſicut os, *vel* ora, *i. e.* *ſuperior pars*, tunicæ meæ; *Vulgat. vertit*, quaſi capitio tunicæ; אֲנִי כְפִיךָ לָאֵל, Job. 33. v. 6., (ecce) ego, ſicut tu, Dei (ſum), *i. e.*, *ut optime habet Vulg.*, (ecce) & me, ſicut & te, fecit Deus; לְפִי אָכְלוֹ, Exod. 12. v. 4., pro ratione, *ſive* ad menſuram comedendi, *i. e.* cibi ſui; *Vulgat. vertit*, quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni; לְפִי שִׂכְלוֹ, Prov. 12. v. 8., pro ratione prudentiæ, *vel* intelligentiæ, doctrinæ ſuæ: *Cum affix.* פִּי, *pro* פִּיִי, os meum, Gen. 45. v. 15., בְּפִי in os meum, ore meo; מִפִּי ex ore meo; פִּינוּ os noſtrum, Pſalm. 126. v. 2., מִפִּינוּ ex ore noſtro, Jerem. 44. v. 17., בְּפִיךָ *m.*, & בְּפִיךְ *f.* in ore tuo; בְּפִיכֶם ore veſtro; מִפִּיכֶם ex ore veſtro, Numer. 32. v. 24., פִּיו os ejus; בְּפִיו in ore ejus, *vel* in os, *ſive* ore ejus; עִם־פִּיךָ וְעִם־פִּיהוּ cum ore tuo, & & cum ore ejus, Exod. 4. v. 15., בְּפִיהוּ *m.*, בְּפִיהָ *f.* in ore ejus; מִפִּיו *m.*, & מִפִּיהָ *f.* ex ore ejus; פִּיהֶם os ipſorum, *vel* ſuum; בְּפִיהֶם in os, *vel* ore ipſorum, ore ſuo; מִפִּיהֶם ex ore eorum; & *cum affix. poetico* פִּימוֹ os ipſo-

rum,

rum, *vel* ſuum, Pſal. 17. v. 10., 59. v. 13., בְּפִימוֹ in ore ipſorum, Pſalm. 58. verſ. 7., לְפִיהֶן ſecundum illos, Levit. 25. v. 51., *Plur. maſc.* פְּצִירָה פִּים lima ora habens, 1. Sam. 13. verſ. 21., *i. e.* cui ſunt פִּים רַבִּים ora multa, *hoc eſt*, *plena inciſuris*, *ad melius acuendum ferrum*: *Et maſculinum ſub terminatione fœmin.* וְלָהּ שְׁנֵי פֵּיוֹת & ei erant duo ora, *i. e.* duæ acies, Jud. 3. v. 16. *Et* פ *cum* Chirek, כְּחֶרֶב פִּיּוֹת ſicut gladius acierum, *id eſt*, bipennis, Prov. 5. v. 4. *Et geminatum*, חֶרֶב פִּיפִיּוֹת gladius acierum, *ut ante*, Pſalm. 149. v. 6.

פִּי־בֶסֶת Pi-veſéth, *&* *juxta Vulg.* Bubaſtus, *vel juxta alios* Pubaſtus, *nom. propr. civitatis Ægypti*, Ezech. 30. v. 17.

פִּי־הַחִירֹת Phibahiroth, *nom. propr. loci*, Exod. 14. v. 2., Num. 33. v. 8.

פואה *Vide ſupra pag.* 1050. *Sed* פא, אֵפוֹא *vide ſupra in* פה *pag.* 1056.

פוג Intermiſit, ceſſavit, *à motu ſcil.*, defecit, deliquium paſſus eſt, *ita juxta multos*; *Alii tamen aliter vertunt*: *Futur.* וַיָּפָג לִבּוֹ, Gen. 45. v. 26., defecit animus ejus; *Alii reddunt*, & debilitatum, immutatum, remiſſum, diſſolutum eſt cor ejus; *&* *juxta Joa. Simonem*, & motu ceſſavit, obriguit cor ejus; *Aq. habet*, ἐξένηψε evigilavit, *Vulg. vertit*, quaſi de gravi ſomno evigilans; וְלֹא תָפוּג, Pſal. 77. v. 3., nec remittit, *ſive* demittit ſe, *&* *juxta quoſdam* & non friget, ceſſat; *Vulgat. habet*, & non ſum deceptus; תָּפוּג תּוֹרָה, Habac. 1. v. 4., ceſſat, remittit, *ſive*, *juxta alios*, debilitatur, non viget, ſilet lex; *LXX.*, *&* *Vulgat. habent*, lacerata eſt lex. *Niph. præter.* נְפוּגֹתִי, Pſalm. 38. verſ. 9., debilitatus, remiſſus factus ſum; *&* *juxta LXX.*, *atque Vulg.* afflictus ſum.

פוּגָה *f.* Intermiſſio, ceſſatio: *Conſtruct.* אַל־תִּתְּנִי פוּגַת לָךְ ne des intermiſſionem, *ſive*, *juxta LXX.*, *&* *Vulg.*, requiem tibi, Thren. 2. verſ. 18., *ſcil.* עַיִן oculi, *ut Aben Eſra complet*; *Plural.* הֲפֻגוֹת, Thren. 3. v. 49., intermiſſiones, *&* *juxta Vulgat.* requies.

פֻּוָּה Puváh, *&* *juxta Vulg.* Phua, *nom. propr. viri*, Geneſ. 46. verſ. 13.

פה, פו, אֵיפֹה, אֵפוֹ *Vide ſupra in* פה *pag.* 1056., 1057.

פּוּחַ Afflavit, aſpiravit: עַד־שֶׁיָּפוּחַ הַיּוֹם donec aſpiravit dies, Cantic. 2. v. 17., 4. v. 6., *Vulg. ibidem vertit*, donec aſpiret dies. *Hiph.* הֵפִיחַ conflavit, perflavit, ſufflavit, exſufflavit, efflavit: *metaphorice* effatus, elocutus eſt; *quia* ſermo *nihil aliud quam* flatus, & ſpiritus *eſt*, *unde* & ſpiritus oris *alibi vocatur*: *Item* illaqueavit, *ex ſignificatione nominis derivati*, *quod* laqueum *ſignificat*; *Sed Interpretes alii ſenſum hunc poſteriorem derivant a Radice* פָּחַח *Hebræis inuſitata*, *quæ ſignificaſſe videtur*, expandit, deduxit; *Indeque* פַּח laqueus, rete: *Vide etiam ſupra in* יָפַח, & נָפַח: *Infin.* הָפֵחַ בַּחוּרִים כֻּלָּם, Iſa. 42. v. 22.; illaqueando, *ſive* irretiendo juvenes, *vel* ingenuos quoſque; *Vulg. habet*, laqueus juvenum omnes &c., *quibuſdam aliis eſt Imper.*, *redditurque*, illaquea in foraminibus omnes ipſos: *Imper.* הָפִיחִי גַנִּי perfla hortum meum, Cantic. 4. v. 16. *Futur.* בְּאֵשׁ עֶבְרָתִי אָפִיחַ עָלָיִךְ, Ezech. 21. v. 36., ignem excandeſcentiæ meæ exſufflabo, *i. e.* flatu incendam contra te; *Vulgat. vertit*, in igne furoris mei ſufflabo in te; כָּל־צוֹרְרָיו יָפִיחַ בָּהֶם, Pſalm. 10. verſ. 5., quicumque *ſunt* hoſtes ejus, ſufflat in eos, *ſive* flando depellit, flocci facit, deſpicit; *LXX.*, & *Vulg. verterunt*, omnium inimicorum ſuorum dominabitur; אָשִׁית בְּיֵשַׁע יָפִיחַ לוֹ, Pſalm. 12. v. 6., conſtituam in ſalute (*pauperem, de quo verſu præcedenti*), & reſpirabit ſibi; *Pagninus vertit*, ponam in ſalute *eum*, cui laqueum injicit, *ſive*, *juxta alios*, cui laqueus impactus fuerat; *Vulg. habet*, ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo, *i. e.* favebo ei, *ſive* eum ſuaviter conſolabor; יָפִיחַ כְּזָבִים, Proverb. 6. verſ. 19., efflat, *id eſt* eloquitur mendacia; יָפִיחַ אֱמוּנָה, Prov. 12. v. 17., eloquitur veritatem; וְיָפִיחַ, Prov. 14. verſ. 5., 19. vv. 5. 9., & *abſque* Jod, וְיָפֵחַ, Prov. 14. verſ. 25., & efflabit, & qui efflat, eloquitur, profert; *Vide ſupra poſt* יָפַח: *Plur.* יָפִיחוּ קִרְיָה, Prov. 29. v. 8., exſufflant, *i. e.* flatu incendunt, *vel* illaqueant, & *juxta Vulg.* diſſipant civitatem.

פִּיחַ *m.* Cinis, favilla, *quæ* flatu *excitatur*, & efflatur *e fornace*, Exod. 9. vv. 8. 10.

פַּח, & פָּח *maſc.* Laqueus, *vel* rete *ab* expandendo, Pſalm.

119.

119. v. 110., &c., Job. 18. v. 9., Prov. 7. verſ. 23. *Cum præfix.* הַפַּח laqueus, Pſalm. 124. v. 7., בַּפָּח in laqueo, Eccl. 9. verſ. 12., לְפַח, Joſ. 23. v. 13., Iſa. 8. verſ. 15., *& in pauſa* לְפָח, Pſal. 69. v. 23., in laqueum; מִפַּח a laqueo, Pſalm. 91. v. 3., 124. v. 7. *Plur.* פַּחִים laquei, Job. 22. v. 10., Pſalm. 11. v. 6., Jerem. 18. v. 22., Prov. 22. v. 5., *quo in loco a Vulg. redditur*, gladii: *Item* פַּחִים *ſunt* laminæ, bracteæ, Num. 17. verſ. 13. *Construſt.* פַּחֵי הַזָּהָב laminæ, bracteæ auri, *id eſt* aureæ, Exod. 39. v. 3.

פוט Pút, *& juxta Vulg.* Phut, *nom. propr. filii Cham*, Geneſ. 10. v. 6. *Huic, in Africæ partitione cum fratre* Miſraim *inita, obtigit quidquid trans Tritonidem uſque ad Oceanum Atlanticum, ut notat Bochartus lib.* 4. Geographiæ Sacræ *cap.* 33. *Hinc in Africa urbs* Pút, *vel* Puth *Libyæ*: a quo, *ſcribit Hieronymus in Traditionibus Hebr.*, & Mauritaniæ fluvius uſque ad præſens Phut dicitur, omniſque circa eum regio Phutenſis. *Provinciæ hujus* פוט *fit mentio* Jerem. 46. v. 9., Ezech. 30. v. 5., Nahum. 3. v. 9., *quibus in locis Vulg. reddit* Lybes, *&* Libyes; *ejuſque incolæ olim* Phutæi *dicti fuere. Illorum autem nonnullos in Ægypti etiam vicinia ſedes habuiſſe, vel ex eo arguit Bochartus, quod* Nahum. 3. v. 9., *præter* Chuſæos, *&* Ægyptios *etiam* Phutæi *cenſentur inter populos, qui ſuppetias ferunt urbi* No-Amon, *id eſt* Thebis, *adverſus ingruentes* Chaldæos. *Nunc vero* פוט *nomine venit ſola* Mauritania Tingitana, *à* Tingi *urbe: ubi regnum* Feſæ, *& fluvius illam ambiens, etiamnum* פֹּטִי Pơtí *dictus, uti ex Plinio lib.* 5. *cap.* 1., *& ex Bocharto eſt à Guarino animadverſum*.

פוּךְ *maſc.* Stibium, fucus, *qui venuſtandæ faciei adhibetur*: וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ, 2. Reg. 9. v. 30., & poſuit in fucum oculos ſuos; *Vulg. vertit*, depinxit oculos ſuos ſtibio; תִּקְרְעִי בַפּוּךְ עֵינַיִךְ, Jerem. 4. v. 30., ſcindis, laceras, *id eſt* diducis, dilatas in fuco, *ſive* ſtibio oculos tuos; ſtibium *enim* dilatat oculos; *Vulg., aliique habent*, (cum) pinxeris ſtibio oculos tuos. *Eſt etiam* פוך lapidis *pretioſi nomen, quem nonnulli* carbunculum *volunt*; *Joa. autem Simoni, aliiſque videtur* chalcedonius, rubini *ſpecies*,

forſan inde nomen habens, quod ejuſdem coloris ſit cum fuco; *ita* אַבְנֵי־פוּךְ, 1. Paralip. 29. v. 2., lapides carbunculi, *vel* rubini, *i. e.* rubros, rutilantes; *alii reddunt*, lapides fuci, *vel* ſtibii, *id eſt* fuco *ſimiles*; בַּפּוּךְ אֲבָנָיִךְ, Iſa. 54. v. 11., ex carbunculo, *vel* ex rubino lapides tui; *Vulg. vertit*, (ſternam) per ordinem lapides tuos.

פול *m.* Faba, 2. Sam. 17. v. 28., ופול וַעֲדָשִׁים & fabam, & lentes, Ezech. 4. v. 9.

פום, *&* פֻּם *m. Chald.*, os, oris, Dan. 6. verſ. 23., 7. vv. 8. 20., בְּפֻם in ore, Dan. 4. v. 28., *& metaphorice* oſtium, *ut* עַל־פֻּם גֻּבָּא ſuper os, *id eſt* oſtium foveæ, foſſæ, *ſive* laci, Dan. 6. v. 18. *Cum affix.* בְּפֻמַּהּ in ore ſuo, Dan. 7. v. 5.

* פִּימָה *Vide infra ſuo loco cum* Jod *in medio*; פִּימוֹ *vide ſupra pag.* 1058.

פון Animi pependit, dubius, ſolicitus, anxius fuit, hæſitavit: *Futur. cum* ה *paragog.* אָפוּנָה, Pſal. 88. v. 16., animi pendeo, dubius ſum; *Vulg. ſenſum expreſſit.*

פּוּנִי Puní, *& juxta Vulg.* Phuaites, *nom. patronymicum virorum ex* פוה Phua *oriundorum*, Numer. 26. v. 23.

פֶּן *Particula eſt, ſive adverbium, quandoque* hæſitantis, dubitantis, *videl.* ne forte; *quandoque* præcaventis, prohibentis *malum*, *videl.* ne, ut ne, ut non; *quandoque ſimpliciter* negantis, *videl.* non, quod non. *Conſtruitur cum Futuro, & ſemel abuſivè cum Præterito, quod pro Futuro* 2. Sam. 20. v. 6. *ponitur*: פֶּן־תְּמֻתוּן ne, *ſive* ut non moriamur, Geneſ. 3. v. 3., פֶּן־תִּדְבָּקַנִי ne forte adhæreat mihi, *ſive*, *juxta Vulg.*, apprehendat me; Gen. 19. v. 19., פֶּן־תִּכְרֹת בְּרִית, ne pangas, ne ineas fœdus, Exod. 34. verſ. 15., הִשָּׁבְעוּ לִי פֶּן־תִּפְגְּעוּן בִּי jurate mihi, quod non incurſuri ſitis in me, *ſive*, *juxta Vulgat.*, *alioſque*, quod non occidatis me, Jud. 15. v. 12., אֹרַח חַיִּים פֶּן־תְּפַלֵּס, Prov. 5. v. 6., iter vitæ non expendit; *Vulgat. reddit*, per ſemitam vitæ non ambulant. *Hæc ipſa particula* פֶּן *bis deſideratur*, *ut* וְרָם לְבָבֶךָ וְשָׁכַחְתָּ אֶת־יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ tum ne efferat ſe animus tuus, & obliviſcaris Domini Dei tui, Deuter. 8. verſ. 14., שִׁמְרוּ־מִי בַּנַּעַר בְּאַבְשָׁלוֹם, 2. Sam. 18. verſ. 12., cavete, ne quis (*mittat manum*) in puerum

nempe

nempe Abſalonem; *Vulgat. vertit*, cuſtodite mihi puerum Abſalom. *Vide etiam infra poſt* פִּנָּה.

פּוּעָה Puáh, *&* *juxta Vulgat.* Phua, *nom. propr. mulieris obſtetricis*, Exod. 1. v. 15.

פּוּץ Diſperſit, diffudit ſe, diſſilivit, diſperſus, diſſipatus eſt: *Partic. Pahul plur. cum affix.* בַּת־פּוּצַי, Soph. 3. verſ. 10., filia, *id eſt* gens diſperſorum meorum; *Vulgat. reddit*, filii diſperſorum meorum; *quibuſdam eſt nom. propr. gentis, aut familiæ, dictæ* Puſai, *vel* Phuſea: *Imper. plur.* פֻּצוּ בָעָם diſpergite vos, *ſive* diſpergimini in populum, *&* *juxta Vulg.* in vulgus, 1. Sam. 14. v. 34. *Futur. plural.* פֶּן־נָפוּץ ne diſpergamur, *&* *juxta Vulg.* antequam dividamur, Geneſ. 11. v. 4., יָפוּצוּ diſpergantur, diſſipentur, Pſal. 68. v. 2., יָפֻצוּ ſpargent, diffundent ſe, diſpergantur, Prov. 5. v. 16., Ezech. 46. v. 18., וְיָפֻצוּ & diſpergantur, diſſipentur, Numer. 10. v. 35., וַיָּפֻצוּ & diſperſi ſunt, 1. Sam. 11. v. 11., 2. Sam. 20. verſ. 22., *ubi Vulg. vertit*, receſſerunt; *Fœm.* עוֹד תְּפוּצֶנָה עָרַי מִטּוֹב, Zach. 1. v. 17., adhuc diffundent, *i. e.* dilatabunt ſe civitates meæ præ felicitate; *ſed Vulg.*, *Joa. Simon*, *aliique ex uſu Arab. verterunt*, exundabunt, abundabunt, affluent civitates meæ bonis; *&* *ſine* ה, וּתְפוּצֶיןָ הַצֹּאן & diſpergentur pecus, *ſive*, *juxta Vulg.*, oves, Zach. 13. v. 7., וַתְּפוּצֶינָה & diſperſæ ſunt, Ezech. 34. v. 5. *Niph. præter. fœm.* מַרְעִיתָם נָפוֹצָה & paſtus, *ſive* paſcuum, *&* *juxta Vulgat.* grex eorum diſperſus, diſſipatus eſt, Jerem. 10. verſ. 21., *Plural.* נָפֹצוּ diſperſi, diſſeminati ſunt, Geneſ. 10. v. 18., 2. Reg. 25. verſ. 5., וְנָפֹצוּ & diſpergentur, diſſipentur, Jerem. 40. verſ. 15., נְפֹצוֹתֶם, *&* נְפוֹצוֹתֶם, Ezech. 11. v. 17., 20. vv. 34. 41., diſperſi eſtis: *Particip. fœm.* נְפֹצוֹת, *&* *juxta Maſſor. abſque* Vau, נְפוֹצֶת, 2. Sam. 18. v. 8., diſperſum; *Plur. m.* נְפֹצִים, 1. Reg. 22. v. 17., *&* נְפוֹצִים, 2. Paral. 18. verſ. 16., (vidi) diſperſos. *Pih. futur.* יְפֹצֵץ סָלַע, Jerem. 23. v. 29., faciet, ut diſſiliat, *vel* diſpergatur petra; *ſed Vulgat.*, *aliique*, *petita ſignificatione à* נפץ, *ut notat*, *&* *probat etiam Joa. Simon*, *reddunt*, fregit, frangit, contrivit petram; *&* *geminatis duabus radicalibus cum affix.*, וַיְפַצְפְּצֵנִי, Job. 16.

הִפְקִדוּ depoſuerunt, *ſive* commendaverunt, Jerem. 36. v. 20. *Imper.* הַפְקֵד præfice, conſtitue, Pſalm. 109. v. 6., *item*, *juxta quoſdam*, recenſe, Num. 1. v. 50., *alii tamen etiam hoc in loco reddunt*, præfice, conſtitue: *Futur.* אַפְקִיד committo, depono, commendo, Pſal. 31. v. 6., יַפְקִיד deponet, commendabit, Iſa. 10. v. 28., וְיַפְקֵד & præficiat, conſtituat, Geneſ. 41. v. 34., Eſth. 2. v. 3., וַיַּפְקֵד & præfecit, 1. Reg. 11. verſ. 28., 2. Reg. 25. v. 22. *Cum affix.* וַיַּפְקִידֵם & præfecit, præpoſuit eos, 1. Paral. 26. v. 32. *Plur.* וַיַּפְקִידוּ ut committerent, *vel* deponerent, traderent, Jerem. 37. verſ. 21. *Hoph. Præter.* הָפְקַד viſitata eſt, *vel* viſitabitur, Jerem. 6. v. 6., *item* commiſſum, commendatum, depoſitum fuerat, Levit. 5. v. 23. *Partic. plur.* מֻפְקָדִים præfecti, præpoſiti, 2. Paral. 34. v. 12., *&c.* *Hithp. Præter. plur.* הִתְפָּקְדוּ, Jud. 20. vv. 15. 17., *&* *forma compoſita ex Hophal, & Hithpahel*, הָתְפָּקְדוּ, Numer. 1. verſ. 47., *&c.*, recenſiti ſunt, *vel*, *juxta alios*, ſe recenſeri fecerunt, ſe recenſendos exhibuerunt, *ſive* ſtiterunt: *Futur.* וַיִּתְפָּקֵד, Jud. 21. v. 9., & numeravit, *vel* recenſuit ſe; *alii vertunt*, & recenſendum ſe præbuit (populus); *Plur.* וַיִּתְפָּקְדוּ, Jud. 20. v. 15., & numerati ſunt, *ſive* & ſe recenſendos ſtiterunt, præbuerunt.

פְּקוֹד, Jerem. 50. v. 21., Ezech. 23. v. 23., *dictio hæc* pekod *multis ex antiquis, & recentioribus videtur utrobique eſſe nomen appellativum, aut proprium, eoque deſignari* Bactrianos, *vel habitatores* Aſſyriæ *inferioris, quà Syrus tranſvexit in Babyloniam; hanc autem* Aſſyriæ *partem ideo dictam* פְּקוֹד *exiſtimant, quod ſumma illic* præfectura *fuiſſet Regni Aſſyriorum, & in ea Ninive jam eo tempore everſa. Vulg. tamen, aliiſque* פְּקוֹד *laudatis in locis eſt Imper., redditurque*, vindica, viſita.

פִּקּוּד *m.* Commiſſum, mandatum, præceptum, juſſum: *Occurrit in plur. conſtr.* פִּקּוּדֵי mandata, præcepta, Pſal. 19. v. 9., 119. v. 28. *Cum affix.* פִּקּוּדֶיךָ, *&* פִּקֻּדֶיךָ mandata tua, Pſalm. 119. vv. 4. 27. 45., *&c.*, *Vulg. quandoque vertit*, juſtitias, juſtificationes tuas; בְּפִקּוּדֶיךָ, *&* בְּפִקֻּדֶיךָ in mandatis tuis, Pſalm. 119. vv. 15. 78., לְפִקּוּדֶיךָ ad man-

mandata tua, Pſalm. 119. verſ. 40., מִפִּקּוּדֶיךָ à mandatis tuis, de mandatis tuis, Pſal. 119. vv. 104. 110., פִּקּוּדָיו, & פִּקֻּדָיו præcepta, *ſive* mandata ejus, Pſal. 103. v. 18., 111. verſ. 7.

פָּקִיד *m.* Præfectus, præpoſitus, princeps, 2. Reg. 25. v. 19., Nehem. 11. verſ. 9., Jerem. 20. verſ. 1., & *cum præfix.* הַפָּקִיד præfectus, Nehem. 12. verſ. 42. *Conſtr.* וּפְקִיד כֹּהֵן הָרֹאשׁ, 2. Paral. 24. v. 11., & præpoſitus, *ſive* delegatus, *id eſt* vicarius ſacerdotis primarii; *Vulg. reddit*, & quem primus ſacerdos conſtituerat: *Cum affix.* פְּקִידוֹ præfectus ejus, Jud. 9. v. 28. *Plur.* פְּקִדִים præfecti, Geneſ. 41. v. 34., *cum defectu* Jod: *Et plenum*, פְּקִידִים, Eſth. 2. verſ. 3.

פְּקֻדָּה *fœm. Eſt*: I. Viſitatio, Iſa. 10. v. 3., Hoſe. 9. v. 7. *Conſtr.* וּפְקֻדַּת & viſitatio, Numer. 16. v. 29. *Cum affix.* פְּקֻדָּתְךָ viſitatio tua, Mich. 7. v. 4., פְּקֻדָּתָם (in tempore) viſitationis ſuæ, *ſive* ipſorum, Jerem. 10. verſ. 15., 51. v. 18. *Plur.* פְּקֻדּוֹת, Ezech. 9. v. 1., viſitationes: II. Recenſio, cenſus; לִפְקֻדָּה, 1. Paralip. 23. v. 11., in recenſionem, in cenſum: III. Præfectura, curatio, cura, officium commiſſum, depoſitum: *Conſtr.* פְּקֻדַּת præfectura, Num. 3. v. 32., *item* curatio, cura, Numer. 4. v. 16., וּפְקֻדַּת & præfectura, Num. 3. verſ. 36., 4. verſ. 16., אֶל־פְּקֻדַּת הַמֶּלֶךְ, 2. Paral. 24. v. 11., ad officium regis, *i. e. ad eos, qui erant in* officio regis, *ita juxta quoſdam*; *reddunt vero alii per metonymiam*, ad magiſtratum, ad collegium præfectorum, *ſive* ad magiſtratum regis, *id eſt ad eos, quos huic rei* præfecerat rex; *Vulg. habet*, coram rege: עַל פְּקֻדַּת in præfectura, 1. Paral. 26. verſ. 30. *Cum affix.* וּפְקֻדָּתְךָ, Job. 10. v. 12., & cura tua, *ſive* inſpectio, providentia, & *juxta Vulgat.* viſitatio tua; וְשַׂמְתִּי פְקֻדָּתֵךְ, Iſa. 60. v. 17., & ponam, *vel* conſtituam præfecturam tuam, *quod quidem metonymice uſurpatur pro* magiſtratu, *ſive pro* collegio præfectorum, *ut multis videtur*; *Vulg. vertit*, & ponam viſitationem tuam; פְּקֻדָּתוֹ præfecturam, *ſive* officium, & *juxta Vulgat.* epiſcopatum ejus (accipiat), Pſalm. 109. v. 8., אֵלֶּה פְקֻדָּתָם, 1. Paralip. 24. verſ. 19., hi, præfectura eorum, *i. e.* ad hos, quod

attinet; præfectura eorum *fuit*; *Vulgat. vertit*, hæ vices eorum; וּפְקֻדָּתָם, Iſa. 15. v. v. 7., & depoſitum ſuum, *juxta multos*; *ſed à Vulg.*, *& aliis redditur*, viſitatio eorum, *id eſt*, *ut quidam exponunt*, opes repoſitæ, *ſive* abſconditæ, *quæ ſubinde* viſitari *ſolent*; לִפְקֻדָּתָם, 1. Paral. 24. verſ. 3., in præfecturam ſuam, *vel*, *juxta alios*, in numeratione ſua; *Vulg. vertit*, ſecundum vices ſuas: *Plural.* פְּקֻדּוֹת, 2. Reg. 11. verſ. 18., (poſuit) præfecturas, *ſive* cuſtodias, *id eſt*, *metonymice*, præfectos, præpoſitos, cuſtodes, *& ita* 2. Paralip. 23. verſ. 18., בְּבֵית־הַפְּקֻדֹּת, Jerem. 52. v. 11., in domo præfecturarum, *ſive* inquiſitionum, *ubi videl. in reos* inquiritur, *& juxta Chald.* in domo vinctorum; *Vulg. vertit*, in domo carceris; פְּקֻדּוֹת אֶל־שַׁעֲרֵי, Ezech. 44. verſ. 11., præfecturæ, *i. e.* præfecti, præpoſiti ad portas, *ſive* portis; *Vulgat. vertit*, janitores.

פְּקִדֻת *fœm.* Præfectura: וְשָׁם בַּעַל פְּקִדֻת, Jerem. 37. v. 13., & ibi *erat* dominus, *ſive* magiſter præfecturæ, *Vulg. vertit*, erat ibi cuſtos portæ per vices.

מִפְקָד *maſc. Eſt*: I. Cenſus, numeratio, recenſio: *Conſtruct.* מִפְקַד־הָעָם (numerum) cenſus, *vel* deſcriptionis populi, 2. Sam. 24. v. 9., 1. Paralip. 21. v. 5. II. Præfectura; נֶגֶד שַׁעַר הַמִּפְקָד, Nehem. 3. v. 31., contra portam præfecturæ, *i. e.*, *metonymice*, præfectorum, *ſive* magiſtratus, *ubi ſcil.* inſtituebantur judicia; *olim enim in aliqua* portarum *urbis celebrari illa ſolebant*: *Hinc alii vertunt*, è regione portæ præcepti, *ſive* mandati, *id eſt* portæ, *ubi* Synedrium *habebatur*, *& de Eccleſiæ legibus ibi conſulentibus reſpondebatur*, *ut Criticis ſacris eſt animadverſum*; *Vulg. habet*, contra portam judicialem: III. Mandatum, *ita cum præfix.* בְּמִפְקַד per mandatum, *ſive*, *juxta Vulg.*, ex imperio, 2. Paral. 31. v. 13. IV. Locus deſtinatus, conſtitutus, *ita cum præfix.* בְּמִפְקַד הַבַּיִת in loco conſtituto, *ſive* deſtinato, *& juxta Vulgat.* in ſeparato loco domus, Ezech. 43. v. 21.

פִּקָּדוֹן *m.* Depoſitum, *ſive* res *alicujus fidei*, magna cura, commiſſa: *Cum præfix.* הַפִּקָּדוֹן depoſitum, Levit. 5. v. 23., בְּפִקָּדוֹן in depoſito, Levit. 5. v. 20., לְפִקָּדוֹן in depoſitum,

tum, ſive vice depoſiti, Geneſ. 41. v. 36., *Vulg. ibidem optime ſenſum expreſſit.*

פָּקַח Aperuit: *Præter.* עֵינָיו פָּקַח oculos ſuos aperuit, Job. 27. v. 19., פָּקַחְתָּ עֵינֶיךָ aperuiſti, *ſive* aperis oculos tuos, Job. 14. v. 3. *Partic.* פֹּקֵחַ עִוְרִים aperiens cæcos, *id eſt*, oculos cæcorum, Pſalm. 146. v. 8. *Partic. Pahul plur. fœm.* עֵינֶיךָ פְּקֻחוֹת, Jerem. 32. verſ. 19., oculi tui aperti ſunt: *Infinit.* פָּקוֹחַ אָזְנַיִם aperiendo aures, Iſa. 42. v. 20., לִפְקֹחַ עֵינַיִם ad aperiendos, *ſive* ut aperires oculos, Iſa. 42. v. 7. *Imper.* פְּקַח aperi, 2. Reg. 6. vv. 17. 20., *&* *cum* ה *paragog.* פִּקְחָה aperi, Dan. 9. v. 18., *ubi Maſſora notat legendum abſque* ה: *Futur.* אֶפְקַח aperiam, Zach. 12. v. 4., וַיִּפְקַח & aperuit, Geneſ. 21. v. 19., 2. Reg. 4. v. 35., 6. vv. 17. 20. *Niph Præter. plural.* וְנִפְקְחוּ & aperientur, Geneſ. 3. v. 5. *Futur. plur. fœm.* תִּפָּקַחְנָה aperientur, Iſa. 35. verſ. 5., וַתִּפָּקַחְנָה & aperti ſunt, Gen. 3. v. 7.

פִּקֵּחַ *m.* Apertus, *ſcilicet* oculis, *hoc eſt*, videns, Exod. 4. v. 11. *Plur.* הַשֹּׁחַד יְעַוֵּר פִּקְחִים munus excæcat videntes, Exod. 23. v. 8.

פֶּקַח Pekah, *&* *juxta Vulgat.* Phacee, *nom. propr. viri, qui regnavit ſuper Iſrael*, 2. Reg. 15. v. 25., 16. v. 1.

פְּקַח־קוֹחַ *m.* Omnimoda apertio, Iſa. 61. v. 1. *Scribitur ut duæ dictiones, ſed eſt tantum una, conſtans ex geminatis duabus radicalibus literis, qua* gemina, *i. e.*, omnimoda apertio *denotatur, juxta Aben Eſram. R. Salomon vult* קוֹחַ *eſſe nomen ſeparatum*, carcer, captura, *à* לָקַח.

פְּקַחְיָה Pekahhiáh, *&* *juxta Vulg.* Phaceia, *nom. propr. viri, qui fuit rex in Iſrael*, 2. Reg. 15. v. 22.

פָּקַע *Radix Hebræis inuſit., Sed Chaldæis, & Syris eſt, auctore Joa. Simone*, fidit, rupit, ſcidit. *Inde, ut eidem, aliiſque videtur, eſt Hebr.*

פֶּקַע *m.* Colocynthis, *cucurbitæ agreſtris forma, oblonga inſtar ovi, aut fici agreſtis; quæ quidem ideo* פֶּקַע *dicta à nonnullis exiſtimatur, quod nimium matura* rumpatur: *Legitur autem in textu non de naturali* colocynthide, *ſed de cælata, aut ſculpta; quibuſdam eſt* fungus. *Sunt tamen, qui* פֶּקַע *nomine* [illegible]nne genus picturarum, *ſive ſcil. florum, foliorum,*

vel

vel fructuum; item animalium, ſive cujuſvis rei in ornamentum formatæ, deſignatum volunt, nec immerito. Nam 2. Paral. 4. v. 3., *ad ulteriorem ejuſdem dictionis expoſitionem ponitur* ſimilitudo boum, *ut eſt Matthæo Poli in Syncpſi Criticorum in* 1. Reg. 7. v. 24. *animadverſum. Occurrit dictio hæc in plurali tantum uſurpata:* מִקְלַעַת פְּקָעִים, 1. Reg. 6. v. 18., inciſura, *ſive* ſculptura colocynthidum, *id eſt* depicta, efformata inſtar, *ſive* in modum colocynthidum, *vel* cucurbitarum; *Vulg. reddit*, habens tornaturas, & juncturas ſuas: וּפְקָעִים & colocynthides, *ſive, juxta quoſdam*, cucurbitæ, *vel* cucumeres ſylveſtres, 1. Reg. 7. verſ. 24., *ubi Vulgat. habet*, & ſculptura: שְׁנֵי טוּרִים הַפְּקָעִים, 1. Reg. 7. v. 24., duo ordines colocynthidum, *ſive, juxta alios*, tuberculorum; *Vulgat. vertit*, duo ordines ſculpturarum.

פַּקֻּעָה *f.* Colocynthis, *ſive* cucurbita agreſtis, *vera ſcil.*, *&* *naturalis, non artificialis, ſed ſativa; Occurrit etiam, ut ſupra, in plural. tantum:* וַיְלַקֵּט פַּקֻּעֹת שָׂדֶה, 2. Reg. 4. v. 39., & collegit (ex ea) colocynthidas agri.

*. נִפְקְתָא *Chald. vide ſupra pag.* 780.

פַּר, *&* פָּר *maſc.* Taurus, juvencus, vitulus, *ſic dictus, ut quibuſdam placet, quod terram* aratro findat, & frangat, *à verbo* פָּרַר: *Alii referunt ad* פרה fœtavit; *unde* פַּר juvencus, *qui ſcilicet jam cœpit* fœtare: *Occurrit* Exod. 29. vv. 1. 3., Levit. 4. v. 3., *&c. Cum præfix.* בְּפַר, Levit. 16. v. 3., *&* בַּפָּר, Ezech. 43. v. 22., cum juvenco, *ſive* vitulo: *Plur.* פָּרִים juvenci, vituli, Exod. 24. v. 1., בְּפָרִים in juvencis, *ſive* vitulis, 1. Samuel. 1. verſ. 24., לַפָּרִים in, *ſive* per juvencos, vitulos, Num. 29. v. 18. *Cum affix.* חִרְבוּ כָּל־פָּרֶיהָ, Jerem. 50. v. 27., gladio tollite omnes juvencos ejus, *id eſt ſelectiſſimos quoſque, & quidquid pretioſiſſimum eſt; Vulg. vertit*, diſſipate univerſos fortes ejus.

פָּרָה *f.* Juvenca, junix, vacca: פָּרָה אֲדֻמָּה junicem, vaccam rufam, Num. 19. v. 2. *Cum præfix.* הַפָּרָה vacca, Numer. 19. v. 5., כְּפָרָה ſicut vacca, Hoſe. 4. v. 16. *Cum affix.* פָּרָתוֹ vacca ejus, Job. 21. v. 10. *Plur.* פָּרוֹת vaccæ, Geneſ. 32. v. 15.

פֶּרֶא

פרא Chaldæis, & Syris eſt, cucurrit, celeriter latus eſt. Inde פֶּרֶא maſc. onager, à celeri curſu, quo vulgarem aſinum vincit, & ſolis equis barbaricis velocitate cedit, cito tamen fatiſcit, ut notat Bochartus: Occurrit Job. 6. verſ. 5., 39. v. 5., Hoſe. 8. verſ. 9. Metaphorice pro homine fero uſurpatur, ſic פֶּרֶא אָדָם onager homo, Geneſ. 16. v. 12., id eſt, ferus homo. Scribitur etiam cum ה vice Aleph, פֶּרֶה onager, Jerem. 2. v. 24., num vero fœmina ſit, an mas, varii ſunt Interpretes: Plur. פְּרָאִים onagri, Job. 24. v. 5., יִפְרִיא vide in פָּרָה pag. 1116.

פִּרְאָם Pirám, & juxta Vulg. Pharam, nom. propr. regis Jerimoth, Joſ. 10. v. 3.

פַּרְבָּר maſc. Pars-exterior, foras ſpectans, 1. Paralip. 26. v. 18. Vox, ut videtur, Chaldæa, compoſita ex פְּרַר diviſit, vel פְּרִיר fruſtum, pars, & בַּר extra. Veteres expoſuerunt כְּלַפֵּי בַר foras verſus, Cod. Zevachim cap. 5. fol. 55. Quidam retinent vocem Hebræam, quaſi nomen proprium: Vulg., aliique cellulam interpretantur.

פָּרַד Separavit, Disjunxit: Partic. Pahul plur. פְּרֻדוֹת ſeparatæ, i. e., exporrectæ, expanſæ, Ezech. 1. v. 11., Et participio in nomen converſo, פְּרֻדוֹת, quod legitur apud Joel. 1. v. 17., Buxtorſio, Joa. Simoni, aliiſque multis videtur omnino reddendum, grana, ſic dicta, quaſi hinc inde ſeparata, & diſſita; atque hunc quidem ſenſum ex eo probare ſtudent, quod Chald. פְּרַד, & Syris פרדתא ſit granum. Verum LXX. ſunt interpretati, δαμάλεις, i. e. juvencæ, ita etiam Syriaca habet verſio; Vulg. autem vertit, jumenta; legerunt forſan פָּרוֹת, pro פְּרֻדוֹת. Niph. נִפְרַד dividi, disjungi, ſeparari, ſeparare ſe: Præter. נִפְרָד ſeparaverat ſe, Jud. 4. verſ. 11., & Kametz eſt propter pauſam, ſed aliis eſt participium; Plur. מֵאֵלֶּה נִפְרְדוּ אִיֵּי הַגּוֹיִם, Gen. 10. verſ. 5., ab his diviſæ, ſive diſtributæ ſunt inſulæ gentium; & in pauſa נִפְרָדוּ diviſi, ſive ſeparati ſunt, 2. Sam. 1. verſ. 23. Participium נִפְרָד diſparans, vel ſeparans ſe, Prov. 18. verſ. 1., id eſt, qui animo ab omnibus alieno, & ſe ex omnium conſortio ſubducit, ut in ſuo propoſito, & animi ſententia perſiſtat; Plur. נִפְרָדִים ſeparati, disjuncti, Nehem. 4. v. 19. Infinit. אַחֲרֵי הִפָּרֶד־לוֹט poſtquam

quam diviſus eſt, *ſive* ſeparavit ſe Lot, Gen. 13. v. 14. *Imper.* הִפָּרֶד נָא ſepara te, diſcedas quæſo (à me), Gen. 13. v. 9. *Futur.* יִפָּרֵד dividit ſe, dividitur, Gen. 2. v. 10., *item* disjungitur, ſeparatur, Prov. 19. v. 4., *Plur. in pauſa* יִפָּרֵדוּ divident ſe, dividentur, Gen. 25. v. 23., וַיִּפָּרְדוּ & ſeparati ſunt, ſeparaverunt ſe, Gen. 13. v. 12. *Pih. Futur. plur. in pauſa* הֵם עִם־הַזֹּנוֹת יְפָרֵדוּ, Hoſe. 4. v. 14., hi, *vel* ipſi cum meretricibus, *ſive* ſcortis, dividunt, ſeparant, ſeparationem faciunt, *ſubintelligendum à Deo, ſive ab uxoribus, ſeu a conſortio hominum, aut communi uſu; nam, qui talia patrant, ſeceſſum quærunt, ita multi reddunt: Sed LXX., Syr., Arab., Vulgat., & alii verterunt*, ipſi cum meretricibus miſcebantur, conſociant ſe, converſabantur, *ſive, juxta alios*, ſecedunt: *Pyh. Particip.* מְפֹרָד diſſipatus, diviſus, Eſth. 3. verſ. 8. *Hiph.* הִפְרִיד ſeparavit, ſeparationem fecit, diſſipavit, disjunxit, diremit: *Præter.* הִפְרִיד ſeparabat, Gen. 30. v. 40. *Particip.* מַפְרִיד אַלּוּף disjungens, ſeparans ducem, Prov. 16. v. 28., 17. v. 9. *Infinit. cum præfix., & affix.* בְּהַפְרִידוֹ, Deut. 32. v. 8., cum diſſiparet, diſpergeret, divideret ille, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, quando ſeparabat: *Futur.* יַפְרִיד ſeparationem faciet, Ruth. 1. verſ. 17., *item* dirimit, *ſcil. lites, & juxta Vulgat.* dijudicat, Prov. 18. v. 18., *Plur.* וַיַּפְרִדוּ & ſeparationem fecerunt, 2. Reg. 2. v. 11. *Hithp. præter. plur.* וְהִתְפָּרְדוּ כָּל־עַצְמוֹתַי, Pſal. 22. v. 15., & diſparant, ſeparant ſe, *ſive* & a ſe invicem disjunxerunt, *ſive, juxta Vulg.*, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea, *id eſt, ut notat Genebrardus, inopia ſucci, & humoris viſcoſi vix ſibi cohærentia, vel diſtracta à ſe invicem, & è ſuis locis mota præ tormentorum acerbitate*: *Futur. plur.* יִתְפָּרְדוּ diſſipantur, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, diſpergentur, ſe diſpergent, Pſalm. 92. verſ. 10., *& in pauſa*, יִתְפָּרָדוּ ſe ſeparant, ſe diſpergunt, diſſipant, *ſive* diſſipati ſunt, Job. 4. v. 11., *item* ſe disjungunt, *ſive, ut habent LXX., Theod., & alii*, divellerentur, *aut* ſeparentur, *& juxta Vulg.* ſeparabuntur, Job. 41. v. 9.

פֶּרֶד *m.* Mulus, 2. Sam. 18. verſ. 9. *Cum affix.* פִּרְדּוֹ mulum ſuum, 2. Sam. 13. v. 29. *Plural.* פְּרָדִים muli, 1. Reg.

5. v. 17. *Cum præfix.* וּבַפְּרָדִים & in mulis, Iſa. 66. v. 20. *Cum affix.* פִּרְדֵיהֶם muli eorum, Eſdr. 2. v. 66.

פְּרוּדָא Perudha, *& juxta Vulg.* Pharouda, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2 v. 55.

פִּרְדָּה *f.* Mula, 1. Reg. 1. verſ. 33. *Conſtr.* פִּרְדַּת mula, 1. Reg. 1. vv. 38. 44.

פְּרֻדָה *f. Inde plur.* פְּרֻדוֹת *vide ſupra in ipſo verbo* פָּרַד.

פַּרְדֵּס *m.* παράδεισος, paradiſus, pomarium, *voluptatis, & amœnitatis cauſa conſitum*, Cant. 4. v. 13. *At* Nehem. 2. verſ. 8., ſylvam, ſaltum, *R. Salom. aliique exponunt, quo nomine totam regionem comprehendi, volunt Interpretes, à Libano ad Antilibanum, arboribus præſtantiſſimis amœniſſimam, in cujus extremitate fuit oppidum nomine* Paradiſi, *cujus meminit Ptolomæus, & Plin. lib. 5. cap. 23. Plur.* פַּרְדֵּסִים pomaria, Eccleſ. 2. v. 5., *ubi notat Aben Eſra*, גַּן *eſſe* hortum, *qui varias habet ſpecies arborum*; פַּרְדֵּס *vero, qui unicam tantum; ut*, hortus malorum punicorum, Cantic. 4., *in quo tantum fuerunt mala punica. Aliis aliter placet*.

פָּרָה Fructuoſus fuit, fructum edidit, fœtavit, fœtificavit, crevit: *Præter. plur.* פָּרוּ fœtificaverunt, Exod. 1. v. 7., וּפָרִינוּ & fructuoſi ſimus, *ſive* & crevimus, Gen. 26. v. 22. *Partic.* פֹּרֶה fructificans, fructum proferens, Deut. 29. v. 18. *Fœm. irregulare*, בֵּן פֹּרָת filius fœcundæ, fructiferæ, *ſcil. arboris, id eſt*, ramus fœcundus, Geneſ. 49. v. 22., *pro* פֹּרָה, *ut quibuſdam placet; Vulg. vertit*, filius accreſcens: פֹּרִיָּה fructifera, Pſalm. 128. v. 3., *ubi tertia radicalis* ה *mutata eſt in* Jod; *ita* Iſa. 32. verſ. 10., *ſed ibidem* 17. v. 6., *&* Ezech. 19. v. 10. *à Vulgat. redditur ſubſtantivè* fructus: *Imper.* פְּרֵה creſce, fructifer eſto, Geneſ. 35. v. 11. *Plur.* פְּרוּ creſcite, procreate, propagate, fructuoſi eſtote, Geneſ. 1. vv. 22. 28., 9. vv. 1. 7. *Futur.* תִּפְרֶה creveris, auctus fueris, *ſive* augearis, Exod. 23. verſ. 30., יִפְרֶה fructuosè creſcet, fructifer erit, fructificabit, *ſive, juxta LXX., & Vulg.*, aſcendet, Iſa. 11. v. 1., *Plur.* וְיִפְרוּ־יֶשַׁע, Iſa. 45. v. 8., & fructificent ſalutem; *Vulgat. habet in ſingulari*, & germinet Salvatorem. *Hiph.* [illegible] ...ctuoſum reddidit, fœcundavit, fœtificare, creſce-

re

re fecit: *Præter. cum affix.* הִפְרַנִי fructuoſum reddidit me, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, creſcere me fecit, Geneſ. 41. v. 52., וְהִפְרֵיתִי, Gen. 17. v. 20., *& ſine* Jod, וְהִפְרֵתִי, Gen. 17. v. 6., & fœcundabo, *ſive* & creſcere faciam, & augebo: *Partic. cum affix.* מַפְרְךָ fœcundans, augens, *ſive* aucturus te, Geneſ. 48. v. 4. *Futur. cum* א *in fine, loco* ה, יַפְרִיא, Hoſe. 13. v. 15., fructificabit, florebit, *ſive* creſcet, *ita juxta multos; Sed Joa. Simon refert ad* פֶּרֶא, *quod metaphorice* hominem ferum *ſignificat, vertitque*, onagrum agit, ferus eſt *inſtar* onagri: *LXX., Vulg., Syr., atque Arab. ſunt interpretati* διαςελεῖ, *id eſt*, dividet; *ſic autem habent, quia legerunt* יַפְרִיד, *vel, quia* יַפְרִיא *eſt pro* יַפְלִיא, *mutatis* ל, *&* ר, *literis nempe vicinis; quemadmodum notarunt Critici apud Matth. Poli: Cum apocopa* וַיֶּפֶר עַמּוֹ & fecit, ut fructificaret populos ſuus, *ſive* & fœcundavit, & auxit populum ſuum, Pſal. 105. v. 24., *& cum affix.* וְיַפְרְךָ & creſcere te faciat, Gen. 28. v. 3.

פָּרָה *f.* Juvenca, *&* פַּר *m.* juvencus, *vide pag.* 1112., *item* פֹּרֶה *vide in* פֶּרֶא: פִּרְיָה *vide in* פְּרִי: *Vide etiam in* פּוּר.

פֻּרָה Purah, *& juxta Vulg.* Phara, *nom. propr. viri*, Jud. 7. verſ. 10.

פּוּרָה *f. Vide ſupra poſt* פּוּר.

פְּרִי *maſc.* Fructus, *ſive terræ, ſive arboris, ſive* uteri, *i. e.* ſoboles, proles, *item* nepos, poſteri, *uno verbo ſignificat* quidquid natum, *ſeu* procreatum eſt: *Adjective redditur* frugifer, ad fructus edendos aptus, palmes: *Metaphorice* פְּרִי fructus *ſcil. nomine deſignatur* rei *alicujus* effectus, *&* quod illam conſequitur, *uti* præmium, *vel* pœna, pœnitentia, converſio, *&c. In pauſa ſcribitur* פֶּרִי: עֵץ פְּרִי עֹשֶׂה פֶּרִי lignum frugiferum, *ſive, juxta Vulg.*, pomiferum faciens fructum, Geneſ. 1. v. 11. *Cum affix.* פִּרְיִי fructus meus, Prov. 8. verſ. 19., פִּרְיְךָ *m.*, Hoſe. 14. v. 9., *&* פִּרְיֵךְ *f.*, Ezech. 25. v. 4., fructus tuus; וּפֶרְיְכֶם & fructus veſter, Ezech. 36. verſ. 8., פִּרְיוֹ *m.*, פִּרְיָהּ *f.*, Levit. 25. v. 19., fructus ejus, *vel* ſuus; פִּרְיָם, 2. Reg. 19. v. 29., פִּרְיָמוֹ, Pſal. 21. verſ. 11., פִּרְיָהֶם, Amoſ. 9. verſ. 14., פִּרְיָהֶן, Jerem. 29. v. 28., פִּרְיָן, Jerem. 29. verſ. 5., fructus eorum.

פְּרָזִים

פַּרְוַיִם Parvajim, *nom. propr. loci, ubi auri præſtantiſſimi copia*, 2. Paral. 3., v. 6., *ibidem Vulg. appellative reddit*, (aurum) probatiſſimum. *Sed ubinam terrarum, vel quiſnam locus, non eſt facile determinare.. Quidam regnum in America, quod* Peru *appellatur, intelligunt, & dualem numerum utrique* Peru *ſervire putant; ſed iſti ſolo nominis ſono ducuntur: Alii autumant, deſignari* Havilam, *ubi præſtantiſſimum aurum fuiſſe, teſtatur Moyſes*, Gen. 2. v. 11. *Eſt enim in ea, ſive* Characenorum *regno* Parbatia, *ſive* Barbatia, *oppidum, corrupto nomine, dictum* Parvajimis, *ut ſcribit Plinius nat. hiſt. lib. 6. cap. 28., quod aurum David, ex devictis regibus regioni illi finitimis conſecutus, ad Templi uſus aſſervarat*, 1. Reg. 6. v. 20. *Alii aliter ſentiunt. Vide* זָהָב.

פַּרְוָר *m. Vide infra poſt* פָּרַר.

פָּרַז *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab. eſt*, ſeparavit, ſegregavit ab aliis. *Inde ſunt*

פְּרָזִי, *vel* פְּרָז *m.* Pagus, *ubi domus ſunt* ſeparatæ, *nec muris incluſæ: Plur.* פְּרָזִים *vide infra in* פְּרָזִי: *Cum affix., & abſque* Jod, *plural. numeri indice*, רֹאשׁ פְּרָזָו, Habac. 3. v. 14., caput, *id eſt* capita paganorum, *juxta Buxtorfium, ſed juxta alios*, pagorum ejus, *i. e. familiarum principes; Unde ad rem aptiſſime Vulgat. vertit*, (maledixiſti ſceptris ejus), capiti bellatorum ejus: *Plural. fœm.* עַל־אֶרֶץ פְּרָזוֹת, Ezech. 38. v. 11., ad terram pagorum; *Vulgat. reddit*, ad terram abſque muro; פְּרָזוֹת תֵּשֵׁב יְרוּשָׁלַםִ, Zach. 2. verſ. 8., pagos, *ſive* urbes muro carentes, *quæ ſcil. diffundunt, & dilatant ſe, prout neceſſitas poſtulat*, habitabit Hieruſalem, *i. e. cives ejuſdem; alii ſubintelligendam hic volunt notam ſimilitudinis, atque reddunt*, ut pagi, *qui ſcil. ſunt abſque muro, abſque limite*, habitabitur Jeruſalem; בְּעָרֵי הַפְּרָזוֹת in civitatibus pagorum, *id eſt, per hypallagen*, in pagis urbium, *ſive, ut habent Vulgat., aliique*, in oppidis non muratis, Eſth. 9. v. 19.

פְּרָזִי *m.* Paganus, *in pago ſcil. habitans*: לְבַד מֵעָרֵי הַפְּרָזִי, Deut. 3. v. 5., præter civitates pagani, *i. e. degentis in pago; Vulg. optime vertit*, abſque oppidis (innumeris), quæ non habebant muros; וְעַד כֹּפֶר הַפְּרָזִי, 1. Sam. 6. v. 18.,

28., uſque ad vicum pagani, *id eſt, ut exponunt Vulg.*, *aliique*, uſque ad villam, quæ erat abſque muro: *Plur.* הַפְּרָוזִים, Eſth. 9. v. 19, *ubi Maſſora notat*, Vau *in medio redundare*, pagani, *ſive* villici, *& juxta LXX.* diſperſi.

פְּרִזִּי Perizzi, *& juxta Vulg.* Phærezæus, *nom. propr. gentis, quæ ſcil.* in urbibus apertis *morabatur*, Geneſ. 13. v. 7., 15. v. 20., *&c.*

פְּרָזוֹן *m.* Pagus, *& quidem* magnus; *& metonymice* paganus, paganitas, *id eſt homines* inhabitantes pagos: חָדְלוּ פְרָזוֹן, Jud. 5. v. 7., deſierunt, *ſive* ceſſaverunt pagi, *id eſt* deſerti erant vici, *ſive* urbes non munitæ, *vel* deſierunt pagani, *ſive* paganus quiſque; *Sed LXX., & Vulg. vertunt*, defecerunt, ceſſaverunt potentes, fortes, *& juxta Hieronymum* bellatores, *qui ſane murorum loco urbibus eſſe poſſunt*: *Cum affix.* צִדְקֹת פִּרְזוֹנוֹ, Jud. 5. v. 11., (different) de juſtitiis pagorum, *vel* paganorum ejus, *juxta multos*; *& juxta alios* (different) de juſtitiis pagus quiſque, villa quæque ejus; *Vulgat. habet*, (narrentur juſtitiæ Domini) & clementia in fortes (Iſrael).

פַּרְזֶל *m. Chald.* ferrum, Dan. 2. vv. 33. 41. 42., 4. v. 20., 7. vv. 7. 19. *Et in ſtatu emphat.*, *ut ſequitur*,

פַּרְזְלָא *m. Idem ac ſupra*, Dan. 2. vv. 34. 35. 41. 43. 45. *Cum præfix.* וּכְפַרְזְלָא & ſicut ferrum, Dan. 2. v. 40.

פרח Floruit, effloruit, refloruit, germinavit, regerminavit: *Metaphorice uſurpatur de* lepra, *&* ulcere erumpente; *unde* erupit, pullulavit; *item de* ſtatu proſpero, *&* vegeto: *Præter.* פָּרַח floruerat (virga), Numer. 17. v. 8., (puſtula, *aut* vitiligo) פָּרַח בָּעוֹר germinavit in cute, Levit. 13. v. 39. *Fœmin.* אִם־פָּרְחָה הַגֶּפֶן ſi floreat, *vel* floruit vitis, *ſive* vinea, Cant. 7. v. 13., *& in pauſa* פָּרָחָה erupit, orta eſt, *ſcil. lepra*, Levit. 13. v. 20. *Cum præfix.* הֲפָרְחָה הַגֶּפֶן an floreſceret, *vel* floruiſſet vitis, *ſive* vinea? Cant. 6. v. 11. *Partic.* פֹּרֵחַ effloreſcens, erumpens, Exod. 9. verſ. 10. *Fœm.* פֹּרַחַת erumpens, *& juxta quoſdam* exortus, Levit. 13. vv. 42. 57.; כְּפֹרַחַת tamquam germinans, florens, Geneſ. 40. verſ. 10. *Plur.* לְפֹרְחוֹת, Ezech. 13. v. 20., in floralia, *juxta Buxtorfium*; *Joa. Simon vertit*, ut ſint florentes, *id eſt* felices;

Vulg., *&* *alii habent*, ad volandum, *vel* ut avolent, ut ſint avolantes: *Infin.* פָּרוֹחַ erumpendo, efflorefcendo, Levit. 13. v. 12., *item* פָּרֹחַ germinando, Iſa. 35. verſ. 2., *Cum præfix.* בִּפְרֹחַ quod floreant, *&* *juxta Vulg.* cum exorti fuerint, Pſalm. 92. v. 8. *Futur.*, אֶפְרַח, *inde* אֶפְרֹחִים *vide inter nomina*; יִפְרַח, *&* *in pauſa* יִפְרָח *m.*, *item fœm.* תִּפְרַח, *&* תִּפְרָח florebit, germinabit. *Plur.* יִפְרְחוּ, *&* *in pauſa* יִפְרָחוּ *m.*, *item fœm.* תִּפְרַחְנָה florebunt, floreſcent, germinabunt. *Hiph.* הִפְרִיחַ florere, germinare, erumpere, pullulare fecit; *&* *intranſitive* florem emiſit, floruit, erupit, pullulavit: *Præter.* וְהִפְרַחְתִּי & facio, ut floreat, Ezech. 17. v. 24. *Futur. fœm.* תַּפְרִיחִי feceris, *ſive* facies ut efflorefcat, *&* *juxta Vulgat.* florebit, Iſa. 17. v. 11., יַפְרִיחַ florebit, Prov. 14. v. 11. *Plur.* יַפְרִיחוּ florebunt, germina profundent, Pſal. 92. v. 14.

פֶּרַח *m.* Flos, *tam apertus*, *quam clauſus adhuc*, *vel ſemiapertus*, germen: *Cum affix.* עַד־פִּרְחָהּ uſque ad florem ejus, Num. 8. verſ. 4., וּפִרְחָם & flos, *ſive* & germen eorum, Iſa. 5. verſ. 24. *Plural. cum affix.* וּפְרָחֶיהָ & flores ejus, Exod. 25. v. 31., *ubi Vulg. reddit*, & lilia. *Apud Rabbinos*, פִּרְחֵי כְהֻנָּה flores ſacerdotii, *id eſt filii in* ſacerdotio *aliquando ſucceſſuri*.

פָּרוּחַ Paruahh, *&* *juxta Vulgat.* Pharoue, *nom. propr. viri*, 1. Reg. 4. v. 17.

אֶפְרֹחַ *m. Inuſit. in ſingul. Inde plur.* אֶפְרֹחִים pulli *avium*, *à plumarum* flore *ſic dicti*, Deuter. 22. verſ. 6. *Cum affix.* וְאֶפְרֹחָו, *pro* אֶפְרֹחָיו, *ut notat Maſſora*, pulli ejus, Job. 39. v. 30., אֶפְרֹחֶיהָ pullos ſuos, Pſal. 84. v. 4.

פִּרְחַח *m.* Pubertas, *quaſi* florida ætas *dicta*: *Et metonymice*, pubæres *filii*, Job. 32. v. 12., ח *geminatum eſt*: עַל־יָמִין פִּרְחַח יָקוּמוּ, Job. 30. v. 12., ad dexteram pubertas, *ſive* puberes, juvenes florentes inſurgunt, *in me ſcil.*, *ut me rideant*, *ſpernant*, *inſectentur*; *Alii* τὸ פִּרְחַח *adverbialiter reddunt*, fortiter, inſtanter, fervide: *Vulg. habet*, ad dexteram orientis calamitates meæ illicò ſurrexerunt.

פָּרַט *Chald.* diviſim, *ſive* particulatim aliquid fecit, egit; *Syr.* ſecuit; *Arab.* oblitus eſt, reliquit. *Inde*, *ut quibuſdam videtur*, *eſt* פָּרַט *Hebr.* cecinit, modulatus eſt: *Participio.*

ticip. plur. m. הַפֹּרְטִים, Amoſ. 6. v. 5., canentes, modulantes, *vocibus ſcil. minutim, & in particulas quaſi conciſis, & ſono vibrante, ac frequentato. Apud Rabbinos*, פְּרָטִי, פְּרַט particulare, ſpeciale: בִּפְרַט particulariter: מַפּוּר פְּרָטִי prædicatio particularis.

פֶּרֶט *m.* Particularitas; *ſed prout uſurpatur*, Lev. 19. v. 10., *eſt nom. collectivum, ſignificans, juxta Buxtorfium; & quoſdam alios*, acinos deciduos, *quaſi* uvarum particularitates; *Joa. Simoni eſt* racemus *per* oblivionem relictus; *LXX. autem*, grana, *& Vulg., aliique* grana decidentia *ſunt interpretati*.

פָּרַךְ *Radix Hebræis inuſit. Sed Chald. eſt*, fregit, rupit, dirupit; *Syr., & Arab. eſt*, fricuit, confricuit. *Inde, ut Joa. Simoni, aliiſque videtur, ſunt*

פֶּרֶךְ *m.* Aſperitas, ſævitia, crudelitas, durities, violentia: *Cum præfix.* בְּפֶרֶךְ, Levit. 25. v. 53., Ezech. 34. v. 4., *& in pauſa* בְּפָרֶךְ, Exod. 1. vv. 13. 14., Levit. 25. vv. 43. 46., per ſævitiam, per potentiam, *ſive* ſæviter, violenter, dure.

פָּרֹכֶת *f.* Velum, *quod obductum erat Arcæ, &* dividebat *inter Sanctum, & Sanctum-ſanctorum, & quaſi* abrumpebat, Exod. 26. v. 31., וְאֵת פָּרֹכֶת הַמָּסָךְ, Exod. 35. v. 12., & velum tegumenti, *ſive* veli, *i. e.* latiſſimum, *ſeu* denſiſſimum; *vetuſtiores ſiquidem Hebræi, ut ſcribit Robertſon, tradunt*, denſum *fuiſſe quatuor digitis, ita ut nemini perſpicuum eſſe poſſet; Vulg. ibidem vertit*, & velum, quo ante illud oppanditur. *Hoc ipſum in* Epiſtola ad Hebræos c. 9. v. 3. *appellatur* δεύτερον καταπέτασμα velum ſecundum, *nempe reſpectu* veli prioris, *ſeu* anterioris, *quod dividebat atrium populi a Sancto ſacerdotum. Cum præfix.* לַפָּרֹכֶת, Exod. 26. v. 33., *&* לִפְּרֹכֶת, Levit. 24. v. 3., ad velum.

פָּרַם Scidit, diſcidit, diſſuit, *proprie ſuturam veſtis: Particip. Pahul plur.* בְּגָדָיו יִהְיוּ פְרֻמִים veſtimenta ejus erunt ſciſſa, diſſuta, Levit. 13. v. 45. *Futur.* לֹא יִפְרֹם non diſcindet, Levit. 21. v. 10. *Plur.* לֹא־תִפְרֹמוּ non diſcindetis, Levit. 10. v. 6.

* הֲפֵרָם *Dictio compoſita, quam vide ſupra in* פור *pag.* 1066.

Item

Item פְּרָיִם , פְּרָיְמוֹ *dictiones compoſitæ , quas vide ſupra in* פְּרִי *pag.* 1116.

פַּרְמַשְׁתָּא Parmasctá , *&* *juxta Vulg.* Phermeſta , *nom. propr. viri* , Eſth. 9. v. 9.

* פְּרָיִן *Dictio compoſita , quam vide ſupra in* פְּרִי *pag.* 1116. *Item* אַפִּרְיוֹן *vide ſupra poſt* אפר *pag.* 59.

פַּרְנָךְ Parnách , *nom. propr. viri* , Num. 34. v. 25.

פָּרַם Fregit , fidit , diffidit , partitus eſt , diviſit , *&* ס *quandoque in* שׂ *commutat : Præter. plur.* וּפָרְשׂוּ & dividunt , *ſive* diviſerunt , *vel* , *juxta alios* , conciderunt , fruſtatim comminuerunt , Mich. 3. v. 3. *Partic.* פֹּרֵשׂ partiens , frangens , Thren. 4. v. 4. *Infinit.* פָּרֹס partiendo , ut partiaris , Iſa. 58. v. 7. *Futur. plur.* יִפְרְסוּ partientur , *ſcil. cibum* , Jerem. 16. v. 7. *Hiph. Præter. fœm.* הִפְרִיסָה dividit , *&* *juxta alios* , findit , fidit , Levit. 11. verſ. 6. *Plur.* הִפְרִיסוּ dividunt , *ſive* findunt , Deut. 14. verſ. 7. *Particip.* מַפְרִיס dividens , findens , Levit. 11. vv. 4. 7. , Deut. 14. verſ. 8. , Pſalm. 69. verſ. 32. , *ubi Vulg. reddit* , producentem (& ungulas) : *Fœm.* מַפְרֶסֶת findens , dividens , Levit. 11. vv. 3. 26. *Plural. m. conſtr.* וּמִמַּפְרִסֵי הַפַּרְסָה & ex dividentibus , *ſive* & de findentibus ungulam , Levit. 11. verſ. 4. , *ubi* , *juxta Maſſorethas* , Jod *deſideratur* : *Futur.* יַפְרִיס findit , dividit , Levit. 11. v. 5.

פְּרַס *Chald.* diviſit , Daniel. 5. v. 28. *Partic. præſens plur.* וּפַרְסִין & dividentes , findentes , Dan. 5. v. 25. *Partic. fœm.* פְּרִיסַת diviſum eſt , Dan. 5. v. 28.

פָּרַס Parás , *&* *juxta Vulg.* Perſa , Perſis , *nom. propr. gentis , & regionis , ad Orientem Judeæ ſitæ* , Ezech. 27. v. 10. , 38. v. 5. , *in pauſa ſcribitur* פָּרָס , Dan. 5. v. 28.

פֶּרֶס *m.* Oſſifraga , *aquilæ ſpecies immunda , ita exiſtimant Buxtorfius , Bochartus , aliique ; LXX. vero vertunt* τὸν γρύπα , *id eſt , ut Vulg. , & alii habent* , gryphem , *ſive* gryphum : *Occurrit* Levit. 11. v. 13. , Deut. 14. v. 12.

פַּרְסָה *f.* Ungula à fiſſura , Levit. 11. v. 3. *Plur.* פְּרָסוֹת ungulæ , Levit. 11. v. 3. *Conſtr.* פַּרְסוֹת , Iſa. 5. v. 28. *Cum affix.* וּפַרְסֹתַיִךְ & ungulas tuas , Mich. 4. v. 13. *Et maſc.* וּפַרְסֵיהֶן & ungulas earum , Zach. 11. v. 16.

פָּרַע *Significat in genere* liberum reddidit; *quod, cum variis modis effici poſſit, hinc*: I. Nudavit, retexit: II. Abſtraxit, abjecit, rejecit, deſeruit: III. Abſtraxit ſe, receſſit, avertit ſe, retroceſſit: *Item* ultus eſt, *ex uſu Chaldaico*: *Præter.* וּפָרַע & nudabit, diſcooperiet, Levit. 5. verſ. 18. *Cum affix.* כִּי פְרָעֹה quod nudaſſet eum, Exod. 32. v. 25. *Partic. præſens*, פּוֹרֵעַ abſtrahens, rejiciens, Prov. 13. v. 18. *Partic. paſſivum*, פָּרוּעַ nudatum, Levit. 13. v. 45., *&* פָּרֻעַ nudatum, *ſive, juxta quoſdam*, diſſolutum: *Infin.* בִּפְרֹעַ in ulciſcendo, Jud. 5. v. 2. *Imperat. cum affix.* פְּרָעֵהוּ abſtrahe, abjice eam, *& juxta Vulg.* fuge ab ea, Prov. 4. v. 15. *Futur.* אֶפְרַע abſtraham me, retrocedam, Ezech. 24. v. 14., nudabit, Levit. 21. verſ. 10. *Plur. in pauſa* אַל־תִּפְרָעוּ ne nudetis, Levit. 10. v. 6., *item* ne abjiciatis, *ſive* rejiciatis, Proverb. 8. verſ. 33, וַתִּפְרְעוּ & rejeciſtis, Prov. 1. v. 25. *Niph. Futur.* יִפָּרַע, Prov. 29. v. 18., abſtrahitur, avertit ſe, *& juxta alios* diſſolutus redditur, *ſive, juxta Vulg.*, diſſipabitur. *Hiph. Præter.* כִּי הִפְרִיעַ, 2. Paralip. 28. verſ. 19., quia (*rex Achaz*) abſtractionem, *vel* averſionem fecerat, *à cultu ſcil. Dei*; *Vulg., aliique vertunt*, eo quod nudaſſet eum, *Judam ſcilicet, auxilio nempe divino, bonis operibus, cultu Dei*: *Futur. plur.* תַּפְרִיעוּ abſtrahitis, Exod. 5. v. 4.

פֶּרַע *m.* Coma, compta cæſaries, Numer. 6. v. 5., Ezech. 44. verſ. 20., *dicta autem eſt* פֶּרַע, *quia, ut arbitrantur Buxtorfius, & quidam alii, cum nutritur* coma, *eſt* nudata *ſub pileo; unde* nudatio *capilli, ſeu capillorum capitis, eſt quaſi nutritio* comæ.

פְּרָעָה *f.* Ultio: *Plur.* פְּרָעוֹת ultiones, Jud. 5. v. 2., מֵרֹאשׁ פַּרְעוֹת אוֹיֵב, Deut. 32. v. 42., à capite ultionum inimici, *ſic juxta quoſdam*; *Alii vertunt*, propter caput, *ſive* principium nudationum inimici; *Vulg. habet*, (& de captivitate, *i. e.* captivis) nudati inimicorum capitis; *quod quidem intelligendum de* denudatione, *&* decalvatione capitis hoſtilis: *Solebant enim victores mancipia ad ludibrium* decalvare; *Alii hunc ipſum locum aliter interpretantur*.

פַּרְעֹה Parhóh, *& juxta Vulgat.* Pharao, *nom. commune regum Ægyptiorum, quo illi, ad tempora uſque Ezech. prophetæ*, *voca-*

vocabantur, Gen. 12. v. 15., Exod. 5., *&c.*, Ezech. 32. verſ. 31.

* פַּרְעֹשׁ *m.* Pulex: אַחֲרֵי פַּרְעֹשׁ אֶחָד poſt pulicem unum, 1. Sam. 24. v. 15.

פַּרְעֹשׁ Parhóſc, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 3., 8. v. 3.

פִּרְעָתוֹן Pirhatón, *&* *juxta Vulg.* Pharathon, *nom. propr. urbis in Ephraim*, Jud. 12. v. 15.

פִּרְעָתוֹנִי Pirháthoní, *&* *juxta Vulg.* Pharathonites, *nom. commune virorum ex* Pharathone *oriundorum*, Jud. 12. v. 13.

פַּרְפַּר Parpar, *nom. propr. fluvii Damaſci*, 2. Reg. 5. v. 12.

פַּרְפָּר *Vide ſupra in* פור *pag.* 166.

פָּרַץ Rupit, erupit, diſrupit, irrupit, perrupit, rupturam fecit, effregit, evertit, perdidit, percuſſit, diruit: *Item*, urſit, inſtitit, *& tum cum præpoſitione* ב *conſtruitur, eſtque ſignificatio petita à* פָּצַר *per literarum tranſpoſitionem. Quandoque eſt* copiæ, *pro*, erumpere in multitudinem, *metaphora ab* exundantibus aquis *petitâ. Præter.* פָּרַץ יְהוָֹה אֶת־אֹיְבַי לְפָנַי כְּפֶרֶץ מָיִם, 2. Sam. 5. v. 20., rupit Dominus inimicos meos coram me juxta rupturam, *ſive* irruptionem aquarum, *id eſt* ſicut aquæ, *inundationis tempore, ripas, & omnia* perrumpunt; *Vulg., & alii habent*, diviſit Dominus inimicos meos coram me, juxta diviſionem aquarum, *id eſt* ſicut dividuntur aquæ; *item* perdidit, percuſſit, 2. Sam. 6. v. 8., 1. Paral. 13. v. 11., 15. v. 13., erupit, ſeſe effudit, *& juxta Vulg.* crevit, Job. 1. v. 10., פָּרַצְתָּ perrupiſti, Gen. 38. v. 29., diffregiſti, deſtruxiſti, Pſalm. 80. v. 13., 89. v. 41., וּפָרַצְתָּ & erumpes; *ſcil. multitudine*, Geneſ. 28. v. 14., *ubi Vulg. habet*, dilataberis; *Cum affix.* פְּרַצְתָּנוּ diſruperas, *& juxta Vulg., alioſque* deſtruxiſti nos; *Plur.* פָּרְצוּ eruperunt, *& juxta Vulg.* multiplicati ſunt, 1. Paralip. 4. v. 38., diruerunt, deſtruxerunt, 2. Paral. 24. v. 7., perruperunt, *& juxta Vulg.* divident, Mich. 2. verſ. 13., *in pauſa* פָּרָצוּ erupére, *& juxta Vulgat.* inundaverunt, Hoſe. 4. v. 2. *Partic.* וּפֹרֵץ & frangens, diruens, Eccl. 10. v. 8., הַפֹּרֵץ perrumpens, perruptor, *& juxta Vulg.* pandens iter, Mich. 2. v. 13. *Partic. Pahul fœm.* פְּרוּצָה diruta, *ſive* patens (civitas), *ut habet Vulg.*, Prov. 25. verſ. 28.,

verſ. 28., diſſipatus, dirutus (murus), 2. Paralip. 32. v. 5., *Plur. m.* פְּרוּצִים perrupti, diruti, diſſipati, Nehem. 2. v. 13., & הַפְּרֻצִים, Nehem. 4. v. 1., diſſipata, interrupta: *Infinit.* פָּרוֹץ diſrumpendo, diruendo, frangendo, Iſa. 5. v. 5., וְכִפְרֹץ הַדָּבָר, 2. Paral. 31. v. 5., & quum erupiſſet, *id eſt* emanaſſet verbum; *Vulgat. vertit*, quod cum percrebuiſſet in auribus multitudinis; עֵת לִפְרוֹץ, Eccl. 3. v. 3., tempus diruendi, deſtruendi: *Futur. fœm. in pauſa* תִּפְרֹצִי, Iſa. 54. verſ. 3., erumpes, perrumpes, prorumpes; *Vulg. habet*, penetrabis; יִפְרֹץ, Exod. 1. v. 12., erumpebat, *id eſt*, *ut vertit Vulg.*, creſcebat; פֶּן־יִפְרֹץ, Exod. 19. v. 22., & פֶּן־יִפְרָץ, Exod. 19. v. 24., ne irrumpat (in illos), *ſive*, *juxta Vulg.*, ne percutiat, ne interficiat (eos); וַיִּפְרֹץ לָרֹב, Geneſ. 30. v. 30., & erupit in multitudinem, *ſive* plurimum; *Vulgat. ſenſum optime expreſſit*, *videlicet* & nunc dives factus es, *ſic* & verſ. 43., ditatuſque eſt; *ſed* 2. Reg. 14. v. 13. *reddendum*, & diruit; וַיִּפְרָץ־בּוֹ & inſtitit in eum, urſit eum, *q. d.* irruit, *vel* irrupit in eum, 2. Samuel. 13. vv. 25. 27., 2. Reg. 5. v. 3., *ubi Vulg. reddit*, & coegit eum; *Cum affix.* יִפְרְצֵנִי פֶרֶץ עַל־פְּנֵי־פָרֶץ, Job. 16. v. 14., irrumpit, irrupit in me irruptione ante faciem irruptionis, *id eſt* ruptura ſuper ruptura; *Vulgat. vertit*, concidit me vulnere ſuper vulnus; וַתִּפְרָץ־ & irrupit, *ſive*, *juxta Paginum*, *alioſque*, & crevit, Pſalm. 106. verſ. 29., *ubi Vulgat. habet*, & multiplicata eſt: *Plural. cum* ה *paragog.* נִפְרְצָה נִשְׁלְחָה, 1. Paral. 13. v. 2., perrumpamus, dimittamus, *id eſt curſores huc illuc celerrimè amandemus*: *Metaphora ab exundantibus aquis*; *LXX.*, & *Vulg. has duas voces ſeparant*, *ac τὸ* נפרצה *ad præcedentia referunt*; *vertunt autem LXX.*, proſperabitur; *Vulgat.* egreditur, *q. d.* erumpit ſermo; *legebant propterea in Præter.*, *vel in Particip. τῦ Niph.*, יִפְרֹצוּ erumpent, & *juxta Vulg.* redundabunt, Prover. 3. verſ. 10., וְלֹא יִפְרֹצוּ, Hoſe. 4. verſ. 10., & non erumpent, *ſubintelligendum hic* in multitudinem; *unde aliqui vertunt*, non multiplicabuntur; *Vulg. habet*, & non ceſſaverunt; וַיִּפְרְצוּ־בוֹ & inſtiterunt apud eum, 1. Sam. 28. v. 23., *Vulg. ibidem vertit*, coegerunt

autem

autem eum. *Niph. Part.* נִפְרָץ (viſio) perrupta, *ſcil. in publicum, id eſt*, aperta, manifeſta, *& juxta alios* vulgaris, multiplicata, copioſa, 1. Sam. 3. v. 1. *Pyh. Partic.* מְפֹרֶצֶת diſruptus, Nehem. 1. verſ. 3., מְפֹרָץ, *& plural.* מְפֹרָצִים. *vide inter nomina. Hithp. Partic. plur.* הַמִּתְפָּרְצִים אִישׁ מִפְּנֵי אֲדֹנָיו, 1. Sam. 25. v. 10., qui abrumpunt ſe, abrumpentes ſe deficiunt, *id eſt* ſubducentes ſe ſe ſinguli à facie dominorum ſuorum; *LXX. verterunt*, recedentes unuſquiſque à facie Domini ſui; *Vulg. habet*, qui fugiunt dominos ſuos.

פֶּרֶץ *m.* Eruptio, perruptio, irruptio: *Cum præfix.* כְּפֶרֶץ ſicut irruptio, *& juxta alios* diviſio (aquarum), 2. Sam. 5. v. 20., 1. Paralip. 14. v. 11. *Item* ruptura, 1. Reg. 11. v. 27., Nehem. 6. v. 1. *Cum præfix.* בַּפֶּרֶץ in ruptura, *& juxta Vulg.* in confractione, Pſalm. 106. v. 23., כְּפֶרֶץ ſicut ruptura, Job. 30. v. 14., Iſa. 30. verſ. 13., *ubi à Vulgat. redditur* interruptio: *Metaphoricè eſt* ſtrages, interfectio, percuſſio, vulnus, ruina, Jud. 21. v. 15., 2. Sam. 6. v. 8., 1. Paral. 13. v. 11., Job. 16. v. 14., Pſalm. 144. v. 14., Iſa. 58. v. 12. *Cum præfix.* בַּפֶּרֶץ in ruina, Ezech. 22. verſ. 30., *ubi Vulg. ſenſum optime expreſſit*: *Plur.* פְּרָצִים *nom. propr. vide infra*: וּפְרָצִים & per rupturas, *ſive* aperturas, Amoſ. 4. v. 3. *Cum affix.* פִּרְצֵיהֶן rupturæ, aperturæ earum, Amoſ. 9. v. 11. *Fœm. plural.* בַּפְּרָצוֹת ad irruptiones, *vel* rupturas *coercendas*, Ezech. 13. verſ. 5., *ubi Vulg. habet*, (non aſcendiſtis) ex adverſo.

פֶּרֶץ Peretz, *& juxta Vulg.* Phares, *nom. propr. viri*. Gen. 38. v. 29., 1. Paral. 4. v. 1.

פָּרִיץ *m.* Effractor, violentus, latro, *quia leges, ac jura præfractà audacia* perrumpit, Pſal. 17. v. 4. *Conſtr.* וּפְרִיץ חַיּוֹת & violentum beſtiarum, Iſa. 35. v. 9. *Plur.* הַמְעָרַת פָּרִצִים an ut ſpelunca effractorum, Jerem. 7. verſ. 11., *id eſt*, λῃστῶν latronum; *Conſtr.* וּבְנֵי פָּרִיצֵי & filii effractorum, *ſive* prævaricatorum, Dan. 11. v. 14.

פַּרְצִי Partzi, *& juxta Vulg.* Phareſites, *nom. patronymicum virorum à* Phares *oriundorum*, Num. 26. v. 20.

מִפְרָץ *maſc.* Ruptura, *ſeu* locus ruptus; *Vulgato eſt* portus,

q. d. locus, in quem fluctus irrumpunt: *Plur.* מִפְרָצִים rupturæ, loca rupta, *vel* in quæ fluctus irrumpunt, portus; *Cum affix.* וְעַל־מִפְרָצָיו, Jud. 5. v. 17., & ſuper rupturis ſuis, *id eſt* locis præruptis; *Vulg. vertit*, & in portubus.

פְּרָצִים Peratzím, *& juxta Vulg.* Pharaſim, *nom. propr. loci, vel campi in valle Raphaim, prope Jeruſalem*, 2. Sam. 5. v. 20., 1. Paral. 14. v. 11.

פָּרַק Rupit, abrupit, diſrupit, dilaceravit: *Item* eripuit, liberavit, aſſeruit, *q. d. ex alterius poteſtate* erupit, *ſive* evulſit, *quo in ſenſu Chaldæis frequens eſt*. *Præterit.* וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ ut abrumpas jugum ejus, Geneſ. 27. verſ. 40. *Partic.* פֹּרֵק dilaceret, Pſalm. 7. v. 3., *item* aſſerens, eripiens, Thren. 5. v. 8. *Futur. cum affix.* וַיִּפְרְקֵנוּ & aſſerit, liberavit, redemit nos, Pſalm. 136. verſ. 24. *Chald. Imper.* פְּרֻק abrumpe, Dan. 4. verſ. 24. *Pih. Partic.* מְפָרֵק הָרִים perfringens, ſubvertens montes, 1. Reg. 19. verſ. 11., מַפְרֶקֶת *vide inter nomina*: *Imper. plur.* פָּרְקוּ abrumpite, Exod. 32. v. 2. *Futur.* יְפָרֵק perrumpet, Zach. 11. verſ. 16. *Hithp. Præter. plural.* הִתְפָּרְקוּ rupti, fracti ſunt (rami ejus), Ezech. 19. v. 12., הִתְפָּרְקוּ abruperunt ſibi, *ſive* detraxerunt (inaures aureas), Exod. 32. v. 24. *Futur. plural.* וַיִּתְפָּרְקוּ & abruperunt ſibi, *ſive* detraxerunt, Exod. 32. v. 3.

פֶּרֶק *m.* Diruptio, dilaceratio, laceratum, Nahum. 3. v. 1. *At* Abdiæ. 1. verſ. 14., *ab Hebræis exponitur* compitum, bivium, *quaſi viæ* diſruptio. *Rabbini* caput *libri ſic vocant*: *Vulg. ibidem* עַל־הַפֶּרֶק *vertit*, in exitibus.

פָּרָק *maſc.* Fruſtum, fractionis, *vel* ruptionis *effectus*: *Conſtr.* וּפְרַק פִּגֻּלִים & fruſtum prophanatorum, *ſive* abominandorum, Iſa. 65. verſ. 4., *pro quo legendum, juxta Maſſorethas*, וּמְרַק; *Sed & LXX. vertunt*, καὶ ζωμὸν θυσιῶν & jus hoſtiarum; *Vulgat. habet*, & jus profanum: *Vide* מָרָק.

מַפְרֶקֶת *f.* Cervix, *compages vertebrarum* cervicis, *à nodis, & interruptionibus ſic dicta*: *Cum affix.* אֶת־מַפְרַקְתּוֹ cervicem ſuam, 1. Sam. 4. v. 18.

פָּרַר *Radix Hebræis, in Kal ſaltem, inuſit. Sed Chald. in Pahel eſt*, confregit, contrivit, comminuit; *Arab. autem*,

tem, fidio: *Inde, ut quibuſdam placet, ſunt*, פּוֹרַרְתָּ *in Pih.*, *&* הִתְפּוֹרְרָה *in Hithp.*, *quæ vide ſupra in* פור *pag.* 1056., 1067. *Inde etiam eſt, quod ſequitur*,

פָּרוּר *m.* Cacabus, olla, *dicta* פָּרוּר *ob ſummam* fragilitatem, *vel forte, quod in ea carnes minutatim* conciſæ *coquerentur*: *Occurrit ſimpliciter, ſed cum* א *epenthet., juxta multos, & in ſenſu metaphor., ità* כָּל־פָּנִים קִבְּצוּ פָארוּר, Joel. 2. v. 6., omnes vultus, *ſive* facies contrahunt ollam, *id eſt* nigrorem ollarem, *vel* pallorem liventem, *quo ſcilicet* facies, *ſubducto ſanguine, in metu* liveſcit; *Vulgat. habet*, omnes vultus redigentur in ollam: *Sed R. Aben Eſra, & quidam alii* פארור *referunt ad* פְּאֵר, *per geminationem tertiæ radicalis, atque vertunt*, omnes facies contrahunt decorem, *ſive* pulchritudinem, *id eſt* nitorem *ſolitum intrò receptum, & coactum amiſerunt*; *unde obſcuratæ ſunt*; *In hunc ſenſum accipitur apud* Nahum. 2. verſ. 11. *Cum præfix.* בַּפָּרוּר in ollam, in cacabum, Num. 11. v. 8., Jud. 6. v. 19., 1. Sam. 2. v. 14.

פַּרְוָר *maſc.* Suburbium, pars urbis exterior, *juxta multos recentiores, qui etiam arbitrantur, idem eſſe ac* פַּרְבָּר, *de quo ſupra, permutato* ב *in* ו: *Plural.* בַּפַּרְוָרִים, 2. Reg. 23. verſ. 11., in ipſis ſuburbiis; *quo quidem in ſenſu Chaldæis vox eſt uſitata*; *unde & hic vertunt*, דְּבְפַרְוָרַיָּא quæ in ſuburbanis. *Verum Græcis, Vulg., aliiſque fere omnibus fuit ſemper nom. proprium*; *ſunt enim interpretati*, ἐν Φαρουριμ in Pharurim.

פָּרַשׁ Separavit, diſtinxit: *Hinc* expoſuit, explanavit, declaravit, explicuit: *Aliud vide infra cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro*: *Infin.* לִפְרֹשׁ לָהֶם ad exponendum eis, *& juxta Vulgat.* donec noſſent, Levit. 24. v. 12. *Niph.* נִפְרַשׁ ſeparari, diſpergi, diſſipari: *Part. plur.* צֹאנוֹ נִפְרָשׁוֹת ovium ſuarum diſperſarum, Ezech. 34. v. 12. *Pyh. Præter.* כִּי לֹא פֹרַשׁ, Num. 15. v. 34., quia non expoſitum, explicatum erat: *Vulg. vertit*, neſcientes. *Partic.* מְפֹרָשׁ explanatum, *loco adverbii*, explanatè, diſtinctè, clarè, Nehem. 8. v. 8. *Hiph. ex alia ſignificatione, ex uſu videlicet Chaldaico, vel Syriaco*: *Futur.* יַפְרִשׁ punget, pungit, Proverb. 23. v. 32., *Vulg. ibidem vertit*, venena diffundet.

פְּרַשׁ *Chald. ſignificat idem ac ſupra Hebr.* פָּרַשׁ : *Part. Pehil* - : מְפָרַשׁ קֱרִי קָדָמַי , Eſdr. 4. v. 18. , explicatè lectum eſt coram me ; *Vulg. autem , & alii vertunt ,* manifeſte lecta eſt (accuſatio , *vel* epiſtola) coram me .

פָּרָשׁ *maſc.* Eques ; *ſic autem vocatur , quod equum calcaribus , (quæ & hinc* פְּרִישִׁים *Rabbinis dicuntur) ,* pungat ; *Unde & Aben Eſra in* Prover. 23. v. 32. *ſcribit :* פרש dicitur בעבור הפרישים אשר ברגליו à calcaribus , quæ ſunt in pedibus ejus : *Occurrit* Jerem. 4. v. 29. , Nahum. 3. v. 3. *Item & in* Pathach , פָּרַשׁ eques , Ezech. 26. v. 10. , *ex forma dageſſata ; Sed , ut notat Joa. Simon , vitioſum eſt in aliquot codicibus , vel , ut quidam volunt , Chaldaiſmo tribuendum . Aliquoties catachreſtice , ſive per metonymiam ſubjecti ,* פָּרָשׁ *eſt* equus ; *quemadmodum & Latinos* equitem *pro* equo *dixiſſe , obſervat Bochartus in* Hieroz. Par. 1. lib. 11. cap. 6. *Sic Græcis ἱππαςὴς* eques , *& interdum ipſe* equus. *Plur.* פָּרָשִׁים equites , Gen. 50. v. 9. , *ſed* וְרָאָה רֶכֶב צֶמֶד פָּרָשִׁים , Iſa. 21. v. 7. , & vidit currum paris , *ſive* duorum equorum , *& juxta Vulgat.* equitum ; וּבַעֲלֵי הַפָּרָשִׁים & domini equorum , *i. e. , juxta Vulg. ,* equites , 2. Sam. 1. v. 6. , וּבְפָרָשִׁים & cum equitibus , Joſ. 24. verſ. 6. , וּכְפָרָשִׁים , & ſicut equites , Joel. 2. v. 4. , וּלְפָרָשִׁים & propter equites , 2. Reg. 18. verſ. 24. *Cum affix.* פָּרָשָׁיו equites ejus , Exod. 14. v. 26. , וּפָרָשָׁיו & equites ejus , Exod. 14. vv. 9. 23. , וְשָׂרֵי רִכְבּוֹ וּפָרָשָׁיו & præfecti currus ejus , & equorum ejus , 1. Reg. 9. verſ. 22. , *item* principes quadrigæ ejus , & equitum ejus , *juxta Vulgat.* , 2. Paralip. 8. verſ. 9. , רֶכֶב יִשְׂרָאֵל וּפָרָשָׁיו , 2. Reg. 2. v. 12. , 13. v. 14. , currus Iſrael , & equites ejus , *id eſt vis , & robur ; in* equitibus *enim tunc præcipuum belli robur erat ; Vulgat. habet ,* currus Iſrael , & auriga ejus ; וּפָרָשָׁיו לֹא יְדֻקֶּנּוּ , Iſa. 28. verſ. 28. , & equis ſuis , (*qui regunt tribulam) ,* non comminuit illud , *ſemen ſcil. dans panem : Kimchi , & quidam alii vertunt ,* & cuſpidibus , *ſive* dentibus illius , *ſcil.* הֶחָרוּץ tribulæ , non comminuit ipſum ; *ſed , ut admonet Buxtorfius , ſic eſſet pronomen affixum abſque antecedente ſubſtantivo : Nam* tribulæ *nomen non antecedit : Vulg. autem hoc in loco* פָּרָשִׁים *ſunt* ungulæ , *per*

ſynecdo-

ſynecdochen ° *ſcil. partis*; *ſed & metaphoricè* ungulæ, *&* dentes *dicuntur in crate*, *& aliis rebus*: וּבְפָרָשָׁיו & in equitibus ejus, Exod. 14. vv. 17. 18., 15. v. 9., 1. Sam. 8. v. 11., *quo in loco quidam reddunt*, & in equis ſuis.

פֶּרֶשׁ *m.* Fimus, ſtercus, *quaſi ventris* expoſitum *dicas*, *ſive*, *juxta alios*, ſtercus *fuit appellatum* פֶּרֶשׁ, *quod à cibo*, *vel chylo* ſeparetur, Malach. 2. v. 3. *Cum affix. maſc.* פִּרְשׁוֹ, Exod. 29. v. 14., Levit. 4. v. 11., 8. v. 17., *& fœm.* פִּרְשָׁהּ, Num. 19. v. 5., fimus ejus: *Vide infra* פָּרָשָׁה.

פֶּרֶשׁ Péreſc, *& juxta Vulg.* Phares, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 7. v. 16.

פָּרָשָׁה *f.* Expoſitio, explicatio: *Conſtr.* וְאֵת פָּרָשַׁת הַכֶּסֶף & expoſitionem argenti, Eſth. 4. v. 7., וּפָרָשַׁת גְּדֻלַּת מָרְדֳּכַי & explicatio amplitudinis Mordechai, Eſth. 10. v. 2., *Vulg. utrobique*, *non verbum*, *ſed ſenſum exprimit*.

פָּרַשׂ Pandit, expandit, explicavit, extendit: *Aliquoties*, *pro* פרס diviſit, fregit, *uſurpatur*: *Præter.* פָּרַשׂ עָלָיו אוֹרוֹ ſpargit circa ſe lucem ſuam, Job. 36. v. 30., *ubi Vulg. vertit*, fulgurare lumine ſuo deſuper; פָּרַשׂ עָנָן expandit nubem, Pſalm. 105. v. 39. *Fœm.* כַּפָּהּ פָּרְשָׂה לֶעָנִי, Prover. 31. verſ. 20., manum ſuam pandit, aperuit inopi; וּפָרַשְׂתָּ & expandes, *ſive*, *juxta alios*, expandiſti, Job. 11. v. 13., Ruth. 3. v. 9., וּפָרַשְׂתִּי & extendam, Ezech. 12. v. 13. *Plur.* פָּרְשׂוּ expanderunt, Pſalm. 140. v. 6., Iſa. 33. v. 23., וּפָרְשׂוּ & expandent, extendent, Num. 4. vv. 6. 8. 13. 14., Deut. 22. v. 17. *Aliud vide ſupra in* פָּרַס *pag.* 1121. *Partic.* rete פֹּרֵשׂ pandit, Proverb. 29. v. 5. *Aliam ſignificationem vide in* פָּרַס; *Plur.* פֹּרְשִׂים expandentes, extendentes, 1. Reg. 8. v. 7., 2. Paral. 3. verſ. 13., לְפֹרְשִׂים pandentibus, expandentibus, *ſive* ut eſſent expandentes, extendentes, *alas ſcilicet*, 1. Paral. 28. v. 18. *Conſtr.* פֹּרְשֵׂי pandentes, expandentes, Exod. 25. v. 19., Iſa. 19. v. 8. *Partic. Pahul* פָּרֻשׂ expanſa, diffuſa (aurora), Joel. 2. v. 2. *Fœm.* פְּרוּשָׂה expanſum (rete), Hoſe. 5. v. 1. *Futur* אֶפְרֹשׂ extendam, Exod. 9. v. 29., expandam, Hoſe. 7. v. 12., וָאֶפְרֹשׂ, Ezech. 16. v. 8., *& cum* ה *paragog.* וָאֶפְרְשָׂה, Eſdr. 9. verſ. 5., expandi; יִפְרֹשׂ expandebat, Deut. 32. v. 11.,

expan-

expandit, Job. 39. v. 26., pandit, diffundit, Prov. 13. verſ. 16., expandet, Jerem. 49. v. 22., וַיִּפְרֹשׂ & extendit, tetendit, Exod. 9. verſ. 33. *Cum affix.* וַיִּפְרְשֵׂהוּ & expandit eam, *ſcilicet ſchedam, in qua blaſphemiæ ſcriptæ erant*, 2. Reg. 19. v. 14., Iſa. 37. v. 14, וַתִּפְרֹשׂ *fœm.* & expandit, 2. Sam. 17. v. 19. *Plur.* וַנִּפְרֹשׂ & expandimus, Pſalm. 44. v. 21., יִפְרְשׂוּ expandent, Num. 4. vv. 7. 11. *Niph. Futur. plur.* יִפָּרֵשׂוּ diſpandentur, *i. e.* diſpergentur, diffundentur, Ezech. 17. v. 21. *Pih. Præter.* וּפֵרַשׂ יָדָיו & expandet manus ſuas, Iſa. 25. v. 11., *Fœm.* פֵּרְשָׂה expandit, Thren. 1. v. 17., פֵּרַשְׂתִּי expandi, Pſal. 143. v. 6., Iſa. 65. v. 2., *item* diffudi, diſperſi, Zach. 2. v. 10., (מִפְרָשׂ *vide inter nomina*): *Inſin. cum præfix.* בְּפָרֵשׂ, Pſalm. 68. v. 15., cum diffudit, diſperſit, diſſipavit; *Vulg. vertit*, dum diſcernit, *i. e.* judicat, punit, ulciſcitur; *Cum affix.* וּבְפָרִשְׂכֶם & cum extenderitis vos, Iſa. 1. v. 15.

מִפְרָשׂ *m.* Extenſio, expanſio: *Item* velum, *quod* expanditur; *Inde cum affix.* מִפְרָשֵׂךְ velum tuum, Ezech. 27. verſ. 7. *Plur. conſtr.* מִפְרְשֵׂי־עָב extenſiones nubis, Job. 36. v. 29.

פַּרְשֶׁגֶן *m. Chald.* exemplum, exemplar, apographum, *q. d.* explicatio, *ſive* expoſitio diverſa: פַּרְשֶׁגֶן אִגַּרְתָּא exemplar epiſtolæ, Eſræ 4. v. 11. *Vide & 7. v. 11.*

פַּרְשְׁדֹנָה Podex, Jud. 3. verſ. 22. *Secundum Paraphraſten Chaldæum, eſt compoſitum ex* פֶּרֶשׁ fimus, *&* שְׁדֵי, *vel* שְׁדָה effudit, *quaſi dicas*, locum effuſionis excrementi, *vel ſimpliciter*, excrementum, *ut Chaldæus*, אוּכְלֵיהּ, *quod ſic aliquando* cibum concoctum, *&* excrementum digeſtum *ſignificat*.

פַּרְשֵׁז *Pih.* expandit: *Præter.* פַּרְשֵׁז עָלָיו עֲנָנוֹ expandit ſuper eum nubem ſuam, Job. 26. v. 9., *&* Pathach *eſt loco* Chirek, *ex forma Chaldaica*.

פַּרְשַׁנְדָּתָא Parſcandátha, *nom. propr. viri*, Eſth. 9. v. 7.

פְּרָת *m.* Euphrates, *fluvius quartus Paradiſi*, Gen. 2. v. 14. *Græcè* εὐφράτης, *quod putant factum ex* הוּא פְּרָת. *Talmudici habent*, quare vocatur פרת? שמימיו פרים ורבים quia aquæ ejus fructificant, & creſcunt.

* פֹּרָת *Vide ſupra in verbo* פָּרָה *pag.* 1115.

פּוֹרָתָא Porátha, *nom. propr. viri*, Eſth. 9. v. 8.

פַּרְתְּמִים *m. p.* Proceres, præfecti, dominatores, Daniel. 1. v. 3., Eſth. 1. v. 3.

פָּשָׂה *Radix Hebræis inuſit., cum puncto ſcilicet ſupra* ש *à latere dextro; videtur autem idem ſignificaſſe, quod apud Arabes, videlicet* gloriatus eſt, ſuperbivit: וּפִשְׂתִּי, *&* בְּפִשְׂתִּי *vide infra in* פֶּשֶׂת: *Ex* פָּשָׂה, *ut quibuſdam videtur, eſt*

פַּשׂ *m.* Superbia: *Alii tamen hoc ipſum referunt ad* פּוּשׁ, *quod vide ſupra pag. 1067. Vide etiam, quod ſequitur, videlicet cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro.*

פָּשָׂה Expandit, diffudit ſe, crevit, ſuccrevit, luxuriavit: *Præter.* פָּשָׂה הַנֶּגַע diffudit ſe plaga, Lev. 13. v. 5., *Fœm.* פָּשְׂתָה, Levit. 13. v. 8., *& in pauſa* פָּשָׂתָה, Levit. 13. verſ. 23., diffudit ſe, crevit: *Futur., & Infin.* פָּשֹׂה יִפְשֶׂה diffundendo diffudit ſe, *ſive* creſcendo creſcet, creverit, Levit. 13. v. 35.

פָּשַׁח *In Kal inuſit. Inde Pih.* פִּשַּׁח diſcerpſit, diſcidit: *Futur. cum affix.* וַיְפַשְּׁחֵנִי & diſcerpſit me, *ſive, juxta Vulg.*, & confregit me, Thren. 3. v. 11.

פָּשַׁט Exuit, detraxit, nudavit, ſpoliavit: *Item* diffudit ſe, *more ſcilicet militum graſſantium, & prædantium: Unde ſignificat etiam*, irruit, irrupit, graſſatus eſt: *Conſtruitur cum Accuſat., & Præpoſit.* עַל, אֶל, *&* ב. *Præter.* פָּשַׁט irruit, graſſando *ſcil.*, prædando, ſpoliando, Hoſe. 7. v. 1., יֶלֶק פָּשַׁט bruchus ſe diffudit, *per agros ſcil. ſegetes perdendo*; וּפָשַׁט & exuet (veſtes ſuas), Levit. 6. v. 4.. 15. v. 23., פָּשַׁטְתִּי, exui, *ſive* ſpoliavi me, Cant. 5. v. 3., וּפָשַׁטְתָּ עַל־הָעִיר & irrues ſuper civitatem, Jud. 9. v. 33. *Plur.* פָּשְׁטוּ irruerunt, diffuderunt ſe, Jud. 9. v. 44., *&c.*, אַל־פְּשַׁטְתֶּם, 1. Sam. 27. v. 10., quó irruiſtis, *vel* iviſtis ad prædandum, *ſive* quó graſſati eſtis? *ubi* אַל *ponitur pro* אָן quò, *juxta R. Davidem Kimchi; ſed & Targum pro* אַל *habet* לְאָן quò: *Aliis tamen* אַל *eſt pro* עַל, *& ſubintelligendum* מִי, *i. e.* עַל־מִי; *unde reddunt*, ſuper, *vel* in, contra quem irruiſtis? פָּשַׁטְנוּ erupimus, 1. Sam. 30. v. 14. *Partic. plural.* פֹּשְׁטִים exuentes, Nehem. 4. v. 17. *Infin.* פָּשֹׁטָה ſpoliare, Iſa. 32. v. 11., *pro* לִפְשׁוֹט,

cum

cum ה *paragogico*, *antecedente* Cholem, *præter normam*: *Eſt autem Infinitivus pro Imperativo* פָּשׁוֹטָה ſpoliate; *Alii reddunt in ſingulari*, exue te: *Futur.* וַיִּפְשֹׁט & exuit, 1. Sam. 19. v. 24. *Plural.* יִפְשְׁטוּ, Ezech. 44. v. 19., & *in pauſa* יִפְשֹׁטוּ, Ezech. 26. v. 16., exuent, exuant; וַיִּפְשְׁטוּ & diffuderunt ſe, irruerunt, graſſati ſunt, Jud. 20. verſ. 37., 1. Sam. 27. v. 8., *&c.*, *Pih. Infinit.* לְפַשֵּׁט ad ſpoliandum, 1. Sam. 31. verſ. 8. *Hiph. Præter.* כְּבוֹדִי מֵעָלַי הִפְשִׁיט, Job. 19. v. 9., gloriam meam a me detraxit, *ſive*, *juxta Vulg.*, ſpoliavit me gloria mea; וְהִפְשִׁיט אֶת־הָעֹלָה, & detrahet, *ſcilicet pellem*, *i. e.* excoriabit holocauſtum, Levit. 1. v. 6. *Plur.* הִפְשִׁיטוּ detraxerunt, excoriaverunt, Mich. 3. v. 3., וְהִפְשִׁיטוּ & exuent, Ezech. 16. verſ. 39. *Cum affix.* וְהִפְשִׁיטוּךְ & nudabunt te, Ezech. 23. verſ. 26. *Partic. plur.* מַפְשִׁיטִים detrahentes, *ſcil. pellem*, *id eſt* excoriantes, 2. Paral. 35. v. 11. *Infin.* לְהַפְשִׁיט detrahere, *ſcil. pellem*, *id eſt* excoriare, 2. Paral. 29. v. 34. *Imper.* וְהַפְשֵׁט & exue, Numer. 20. v. 26. *Futur. cum affix.*, & Nun *epenthet.* פֶּן־אַפְשִׁיטֶנָּה ne expoliem eam, Hoſe. 2. v. verſ. 5., תַּפְשִׁיט detrahebas, auferebas, Job. 22. v. 6., וַיַּפְשֵׁט & exuit, ſpoliavit, Num. 20. verſ. 28. *Plur. cum* Nun *paragog.* תַּפְשִׁטוּן detrahitis, aufertis, Mich. 2. v. 8., וַיַּפְשִׁיטוּ & exuerunt, nudaverunt, Gen. 37. v. 23., 1. Sam. 31. v. 9. *Cum affix.* וַיַּפְשִׁיטֻהוּ & exuerunt, ſpoliaverunt eum, 1. Paral. 10. v. 9. *Hithp. Futur.* וַיִּתְפַּשֵּׁט & exuit ſe, 1. Sam. 18. v. 4.

פִּישׁוֹן Piſcón, & *juxta Vulgat.* Phiſon, *nom. propr. fluminis è paradiſo fluentis*, Gen. 2. v. 11.

פָּשַׁע Defecit, prævaricatus eſt, rebellavit: *Latius propriè patet*, *quam* מָרַד. *Aben Eſra in* cap. 14. Hoſe. verſ. 10. *ſcribit*, פּוֹשְׁעִים *eſſe* שיוצאים מהרשות qui egrediuntur ex poteſtate, qui ex poteſtate legitimi magiſtratus ſe eximunt, eique ſe opponunt. *Vide Kimchium in* Pſal. 25. v. 7. *Sæpius conſtruitur cum* ב, *quaſi dicas*, rebellare in, *vel* contra aliquem. *Aliud* פשע, *cum puncto ſcil. ſupra* ש *à latere ſiniſtro vide poſt hanc radicem*. *Præter.* פָּשַׁע בִּי rebellavit contra me, defecit à me, 2. Reg. 3. verſ. 7. *Fœm.* פָּשָׁעַת prævaricata es, Jerem. 3. v. 13.

Plur.

Plur. פָּשְׁעוּ־בָךְ, 1. Reg. 8. v. 50., defecerunt a te, *ſive* prævaricati ſunt in te; *& in pauſa* פָּשָׁעוּ prævaricati ſunt, Hoſe. 8. v. 1., פָּשַׁעְנוּ defecimus, *ſive*, *juxta Vulg.*, inique egimus, Thren. 3. verſ. 42. *Partic.* וּפֹשֵׁעַ & prævaricans, prævaricator, tranſgreſſor, Iſa. 48. verſ. 8. *Plur.* פּוֹשְׁעִים, Iſa. 46. v. 8., *& abſque* Vau, פֹּשְׁעִים, Pſal. 51. v. 15., *item* הַפֹּשְׁעִים, Iſa. 66. v. 24., Dan. 8. v. 23., prævaricatores, prævaricantes; וְלַפֹּשְׁעִים & pro prævaricatoribus, Iſa. 53. v. 12. *Inſin.* פָּשֹׁעַ, Iſa. 59. verſ. 13., לִפְשֹׁעַ, Eſdr. 10. verſ. 13., prævaricando; *Imper. plural.* וּפִשְׁעוּ & prævaricamini, impie agite, Amoſ. 4. verſ. 4. *Futur.* יִפְשַׁע־גָּבֶר prævaricatur vir, Proverb. 28. v. 21., וַיִּפְשַׁע & prævaricatus eſt, defecit, 2. Reg. 1. verſ. 1., *&c.*, *f.* תִּפְשַׁע defecit, 2. Reg. 8. v. 22. *Plur.* וַיִּפְשְׁעוּ & prævaricati ſunt. *Niph. Præter.*, *vel partic.* אָח נִפְשָׁע frater defectione læſus, *vel* offenſus, *vel*, frater deficiens, rebellans, Prov. 18. verſ. 19. *Sed LXX.*, *Syr.*, *Arab.*, *Vulg. ibidem ſunt interpretati*, frater adjutus, *vel* qui adjuvatur a fratre; *videntur autem*, *pro* נִפְשָׁע, *legiſſe* נִפְזָז, *vel* נִשְׁעָן innixus.

פֶּשַׁע *m.* Defectio, rebellio, prævaricatio: *Kimchi in* Pſalm. 25. v. 7. *explicat per* מֶרֶד rebellionem, *i. e.*, peccatum, *quod ſcienter, & contumaciter committitur; in pauſa ſcribitur* פָּשַׁע, Numer. 14. v. 18. *Cum affix.* הַאֶתֵּן בְּכוֹרִי פִּשְׁעִי numquid dabo primogenitum meum ſcelus meum, *i. e.*, *ut habet Vulg.*, pro ſcelere meo? Mich. 6. v. 7., לְפִשְׁעֲכֶם (non parcet) prævaricationi veſtræ, Exod. 23. v. 21., פִּשְׁעוֹ, Ezech. 33. v. 12., פִּשְׁעָהּ, Iſa. 24. v. 20., defectio, prævaricatio ipſius, *vel* ejus; פִּשְׁעָם prævaricatio, iniquitas ipſorum, *vel* ſua, Job. 8. verſ. 4., *&c. Plural.* פְּשָׁעִים prævaricationes, Prov. 10. verſ. 12. *Conſtr.* פִּשְׁעֵי Amoſ. 1. v. 3. *Cum affix.* פְּשָׁעַי, Pſalm. 32. v. 5., *& in pauſa* פְּשָׁעָי, Job. 31. verſ. 33., prævaricationes meæ; פְּשָׁעֵינוּ prævaricationes noſtræ, Pſalm. 65. v. 4., פְּשָׁעֶיךָ prævaricationes tuas, Iſa. 43. v. 25., פִּשְׁעֵיהֶם rebellionibus eorum, 1. Reg. 8. v. 50.

פָּשַׂע Inceſſit, greſſus, ingreſſus eſt: *Fut. cum* ה *parag.* אֶפְשְׂעָה בָהּ ingrediar contra, *vel* ſuper eam, Iſa. 27. v. 4.

פֶּשַׂע

פֶּשַׂע *m.* Paſſus, greſſus, gradus, 1. Sam. 20. v. 3.

מִפְשָׂעָה *f.* Gradatio, gradificatio *proprie: pro ut tamen uſurpatur, ea diẞione ſignificatur* coxendix, os femoris, *quod ibi incipit, & cujus motu ſit* greſſus: עַד־מִפְשָׂעָה uſque ad coxendices, 1. Paral. 19. v. 4., *id eſt*, nates, *quæ pro more Scripturæ ſic honeſtè appellantur*. *In* Samuele *pro hac voce eſt* עַד־שְׁתוֹתֵיהֶם, *quod idem ſignificat*, 2. Sam. 10. v. 4.

פָּשַׂק Divaricavit, diſtendit: *Partic.* פֹּשֵׂק שְׂפָתָיו, Prover. 13. v. 3, divaricans, *ſive* diſtendens *ad malum* labia ſua; *LXX. habent*, temerarius autem labiis; *Vulg. vertit*, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum. *Pih. Futur.* וַתְּפַשְּׂקִי & divaricaſti, (pedes tuos), Ezech. 16. v. 25., *Vulg. ibidem reddit*, & diviſiſti.

פְּשַׁר *Chald.* interpretatus eſt: *Infinit.* לְמִפְשַׁר interpretari, Dan. 5. verſ. 16. *Pahel Particip.* מְפַשַּׁר interpretans, Dan. 5. verſ. 12., *ab Hebræo* פָּרַשׁ, *per metatheſin literarum, vel* פתר, *per commutationem* ש, *&* ת.

פְּשַׁר *m.* Explicatio, interpretatio, Dan. 4. v. 3., 5. v. 26., 7. v. 16. *Et emphatice* פִּשְׁרָא, Dan. 2. v. 4., *&c.*, *item* פִּשְׁרָה, Dan. 2. v. 7. *Cum affix.* וּפִשְׁרֵהּ & interpretationem ejus, Dan. 2. v. 36., *pro quo ſcribitur* פִּשְׁרֵא, Dan. 4. vv. 15. 16., 5. v. 8. *Plur.* פִּשְׁרִין לְמִפְרַשׁ interpretationes interpretari, Dan. 5. v. 16.

פֵּשֶׁר *m.* Interpretatio, Eccl. 8. v. 1.

פִּשְׁרָא, *&* פִּשְׁרֵא *Chald. vide ſupra in* פְּשַׁר *Chald.*

פִּשְׁרִין *Chald. plur. vide in* פְּשַׁר.

פָּשָׁת *Radix inuſit. Inde* פִּשְׁתָּה *f.* linum, Iſa. 42. verſ. 3. Exod. 9. v. 31. *Cum affix.* וּפִשְׁתִּי & linum meum, Hoſe. 2. v. 9., *contraẞè pro* פִּשְׁתָּתִי: *Plur.* פִּשְׁתִּים lina, Iſa. 19. v. 8., לְפִשְׁתִּים linorum, *i. e.*, lineorum, Levit. 13. v. 48. *Conſtr.* בְּפִשְׁתֵּי הָעֵץ in linis ligni, Iſa. 2. v. 6., *i. e.*, in ſtipulis lini, *per hypallagen, quaſi à ſing.* פִּשְׁתָּה.

פָּתָא Fatuus, ſtolidus, ſimplex, *qui facile ſcilicet decipitur. Sed, quæ ad hanc radicem a quibuſdam referuntur, vide infra poſt* פָּתָה. *Ex hac ipſa radice, ut quibuſdam videtur, dimanat, quod ſequitur cum* ם *in fine, augmenti indice*.

פִּתְאֹם Subitò, repentè, Malach. 3 v. 1. *Sed alii hoc referunt ad* פתה, *&* ם *utroque modo eſt formativum, ut in* שִׁלְשֹׁם.

פַּחְבַּג *

* פַּתְבַּג *Dictio compoſita, quam vide ſupra in* בַּג *pag.* 85. *Vide ibidem etiam* פַּתְבָּגָם.

פְּתִיגִיל *m.* Toga, *muliebris exterior*, Iſa. 3. v. 24. *Veſtis tenuis, ac ſubtilis Phrygionica, quæ ponebatur ſuper omnes veſtes, ut ſcribit Aben Eſra. Sed R. Salomon cum Talmudicis, aliique* ſemicinctum, ventrale *exponunt*.

פִּתְגָם *m. Chald., & Emphat.* פִּתְגָמָא verbum, ſermo, narratio, res, negotium, *latè ut* דָּבָר *Hebræis*: עַל דְּנָה־פִּתְגָם ſuper hoc negotio, Dan. 3. verſ. 16.; פִּתְגָמָא narrationem, Eſdr. 5. v. 7. *Hinc Hebraice eſt* ſententia, decretum, Eccl. 8. v. 11., Eſth. 1. v. 20.

פָּתָה Seductus, pellectus, perſuaſus fuit, *tam in bonum, quam in malum*: *Partic.* פֹּתֶה *Vide inter nomina. Futur.* יִפְתֶּה ſeducatur, Deuter. 11. v. 16., *& cum apocopa* וַיִּפְתְּ & pellectus eſt, Job. 31. verſ. 27. *Niph. Præterit.* נִפְתָּה pellectus fuit, Job. 31. v. 9. *Futur.* וָאֶפָּת & pellectus ſum, Jerem. 20. v. 7. *Pih.* פִּתָּה pellexit, allexit, decepit *blandiendo*: *Hinc juxta quoſdam Præteritum irregulare*, וַהֲפִתִּיתָ & nunquid pellecturus eſſes? Proverb. 24. v. 28., *q. d. minime debes* pellicere *quemquam labiis tuis, ut det falſum teſtimonium*: *At, non ſolum Elias Levita, ſed & alii exiſtimant, literam* ה *hoc in loco interrogandi vim habere non poſſe; quia hic* ו *præfigitur τῷ* ה; *atqui* ה *interrogativum nunquam ſequitur literas alias præfixes, ad differentiam* ה *demonſtrativi. Hinc volunt, laudatam dictionem eſſe ex* Hiphil, *&* Pihel, *atque, negationem ex præcedenti membro repetentes, vertunt, & nè* allicias, *ſive* fallas, ſeducas; *& juxta Vulg.* ne lactes, *id eſt verbis blandis ne* ſeducere *coneris*: *Cum affix.* פִּתִּיתַנִי pellexiſti, *& juxta Vulg.* ſeduxiſti me, *ſive, juxta quoſdam*, ſuaſiſti mihi, Jerem. 20. verſ. 7., פִּתֵּיתִי pellexi, decepi, Ezech. 14. verſ. 9. *Partic. cum affix.* מְפַתֶּיהָ, Hoſe. 2. v. 14., *ubi* Jod *eſt loco tertiæ radicalis* ה, *quæ aliás ſolet abjici, redditurque à Buxtorfio, & aliis quibuſdam*, pellecturus ſum, *ſive* pelliciens eam, *quod in bonum accipiendum; unde Vulgata, Pagninus, & alii vertunt*, lactabo eam, perſuadendo inducam eam: *Infinit. cum præfix. & affix.* לְפַתֹּתְךָ ad pelliciendum, decipiendum, *ſive* ut deciperet te, 2. Samuel.

muel. 3. v. 25. *Imper. f.* פַּתִּי, Jud. 14. v. 15., 16. v. 5., pellice, blandiendo ſuade, blandire, decipe: *Sed* יפַּתִּי, *&* פַּתִּי *vide inter nomina*: *Futur. cum affix.*, *&* N[illegible] *epenthet.* אֲפַתֶּנּוּ, 1. Reg. 22. verſ. 21., 2. Paralip. 18. verſ. 20., pelliciam, decipiam eum; תְּפַתֶּה, 1. Reg. 22. v. 22., 2. Paral. 18. v. 21., pellicies, decipies; יְפַתֶּה pelliciet, pellexerit, decipiet, ſeduxerit, Exod. 22. v. 16., *&c. Plural. cum affix.* יְפַתּוּךָ (ſi) pellexerint te, Proverb. 1. verſ. 10., וַיְפַתּוּהוּ בְּפִיהֶם, Pſal. 78. v. 36., & perſuadebant, *vel, juxta Pagninum, alioſque*, & blandiebantur ei ore ſuo; *Vulgat. vertit*, & dilexerunt eum in ore ſuo. *Pyh. Futur.* יְפֻתֶּה pellectus fuerit, erraverit, Ezech. 14. verſ. 9., יְפֻתֶּה קָצִין pellicietur, *ſive, juxta alios*, perſuadetur, lenietur princeps, Prov. 25. v. 15. *Hiph. Futur. per apocopam*, יַפְתְּ, Geneſ. 9. v. 27., dilatet, *juxta LXX., Vulg., Paraphraſten Chaldæum, & pleroſque Hebræos; & ita hoc verbum à Chaldæis uſurpatur; Quidam reddunt*, alliciet, *ſcilicet ut ſuo tempore ad cultum Dei, & tentoria Sem, id eſt, Eccleſiam accedat*.

פֹּתֶה *m.* Simplex, fatuus, imperitus, *qui facilè* pellicitur, *&* blanditiis ſeducitur, Job. 5. v. 2., וּלְפֹתֶה שְׂפָתָיו & ſimplici labiis ſuis, Prov. 20. verſ. 19., *ubi Vulg., & alii, ex uſu Chaldaico, vertunt*, & dilatanti, *ſive* ei, qui dilatat labia ſua: *Vide ſupra in* פות: *Fœm.* יוֹנָה פוֹתָה columba ſimplex, fatua, *& juxta Vulgat.* ſeducta, Hoſe. 7. v. 11., פְּתָיָה *vide infra in* פְּתָא *Chald. pag.* 1139.

פֶּתִי *m. Idem*: *Et ſubſtantivè*, fatuitas, ſimplicitas, Prov. 1. v. 22., *in pauſa ſcribitur* פֶּתִי; וּמִפֶּתִי & de fatuo, *ſive* & pro errore decepto, Ezech. 45. v. 20. *Plur.* פְּתָיִם, Proverb. 1. vv. 22. 32., *pro* פְּתָיִים, *quemadmodum legitur* Pſalm. 119. v. 130., *& Prov.* 22. v. 3., *item occurrit cum epentheſi, ſive interjecto* א, *videl.* פְּתָאִים, Pſal. 116. v. 6., Prov. 9. v. 6., *&* פְּתָאיִם, Prover. 8. v. 5. & 14. verſ. 18., fatui, ſtulti, ſimplices: בַּפְּתָאיִם inter fatuos, ſimplices, parvulos, Prov. 7. v. 7., לִפְתָאיִם fatuis, ſimplicibus, parvulis, Prov. 1. v. 4.

פְּתַיּוּת *f.* Fatuitas, ſimplicitas, Prov. 9. verſ. 13. *Vulg. habet*, plenaque illecebris.

פָּתַח *Significat proprie* fidit, incîdit, *ut notat Joa. Simon*: *Inde ſpeciatim ſonat*: I. Aravit, ſulcavit: II. Inſculpſit, cælavit: III. Aperuit, ſolvit, retexit, pandit, explicavit: IV. Strinxit, è vagina eduxit, *cum de gladio habetur ſermo*. *Præt.* פָּתַח aperuit, 1. Reg. 15. v. 16., 2. Paral. 29. v. 3., Job. 2. v. 14., Iſa. 50. v. 5., Jer. 50. v. 25., *item* incîdit, *& juxta Vulg.* dirupit, Pſal. 105. verſ. 41., אֲסִירָיו לֹא־פָתַח בָּיְתָה, Iſa. 14. v. 17., vinctos ſuos non ſolvebat domum verſus, *id eſt* ut redirent domum, *ſive* non dimittebat domum? *Vulg. vertit*, vinctis ejus non aperuit carcerem? *Et bene; domus enim, in qua vincti detinentur, non eſt profectò niſi* carcer: *In pauſa* פָּתָח aperuit, Pſalm. 78. verſ. 23., פָּתְחָה *f.* aperuit, aperiet, Deut. 20. v. 11., Prov. 31. v. 26., וּפָתַחְתָּ & aperies, 2. Reg. 9. v. 3., פָּתַחְתִּי aperui, Job. 33. verſ. 2. *Plur.* פָּתְחוּ eduxerunt, ſtrinxerunt, *& juxta Vulgat.* evaginaverunt, Pſalm. 37. v. 14., *& in pauſa* פָּתָחוּ aperuerunt, Pſal. 109. v. 2. *Partic.* פּוֹתֵחַ, *&* פֹּתֵחַ aperiens, Jud. 3. v. 25., *&c. Partic. Pahul* פָּתוּחַ apertum, patens, Pſal. 5. v. 10., *ſed* פְּתוּחַ, *&c.*, *vide infra inter nomina*; פְּתוּחָה *f.* aperta, Joſ. 8. v. 17., Nehem. 6. v. 5., *item* ſtrictus (gladius), Ezech. 21. v. 33. *Plur. f.* פְּתוּחוֹת, *&* פְּתֻחֹת aperti (oculi), 1. Reg. 8. v. 29., 2. Paralip. 6. v. 20. *Infinit.* פָּתוֹחַ, *&* פָּתֹחַ aperiendo; לִפְתֹּחַ ad aperiendum, Cant. 5. v. 5., Iſa. 45. v. 1. *Cum affix.* בְּפִתְחִי cum aperuero, Ezech. 37. verſ. 13., וּכְפִתְחוֹ, & cum aperuiſſet eum, Nehem. 8. v. 5. *Imp.* פְּתַח *m.*, 2. Reg. 13. v. 17., Prov. 31. vv. 8. 9., *&* פִּתְחִי *f.*, Cant. 5. v. 2., aperi; *Plur.* פִּתְחוּ aperite, Joſ. 10. v. 22., *&c. Futur.* אֶפְתַּח, *& in pauſa* אֶפְתָּח, Job. 31. verſ. 32., *& cum* ה *paragog.* אֶפְתְּחָה, Pſalm. 78. v. 2., aperiam; יִפְתַּח aperiet, aperit; *Plur. cum* ה *paragog.* וְנִפְתְּחָה & aperiemus, proferamus, *venale ſcil. exponamus*, Amoſ. 8. v. 5., וַנִּפְתְּחָה & aperuimus, Gen. 43. v. 21., וַיִּפְתְּחוּ, Gen. 44. v. 21., *& in pauſa* וַיִּפְתָּחוּ, Jud. 3. v. 23., & aperuerunt; *Cum affix.* יִפְתָּחוּם aperient eas (portas), Nehem. 13. v. 19. *Niph. Præter.* נִפְתַּח ſolutum eſt, Iſa. 5. verſ. 27. *Plural.* נִפְתְּחוּ, Ezech. 1. v. 1., Nahum. 3. v. 13., *& in pauſa*

נִפְתְּחוּ, Gen. 7. v. 11., aperti: *Partic. fœm.* נִפְתָּחָה apertus, Zach. 13. verſ. 1. *Infin.* לְהִפָּתַח ad ſolvendum, ut ſolvatur, Iſa. 51. v. 14. *Futur.* יִפָּתַח, Job. 12. v. 14., Ezech. 44. v. 2., & יִפָּתַח, Ezech. 24. v. 27., aperietur; תִּפָּתַח *f.* aperietur, aperiet ſe, *ſive*, *juxta Vulgat.*, pandetur, Jerem. 1. v. 14. *Plural.* יִפָּתְחוּ, Nehem. 7. v. 3., תִּפָּתַחְנָה *f.*, Iſa. 35. v. 5., aperientur. *Pihel Præterit.* פִּתַּח ſolvit, diſſolvit, Job. 12. v. 18., 39. v. 5., *item* aperuit, Job. 41. v. 6., *item alia forma*, יִתְרוֹ פִּתַּח, Job. 30. v. 11., *ubi Maſſora notat legendum* יִתְרִי, funem ſuum ſolvit, *ſive*, *juxta Vulg.*, pharetram ſuam aperuit; *Et intranſitive*, פִּתַּח הַסְּמָדַר, Cant. 7. v. 13., (*an*) aperuerit, *vel* explicaverit ſe ſe uva parva, *vel* prima, *i. e.* *gemma*, *flos vitis*; וּפִתַּח & incîdit, ſculpſit, cælavit, 2. Paral. 7. v. 3. *Fœm.* פִּתְּחָה aperuit ſe ſe, *ſive*, *juxta alios* aperta eſt, *quaſi pro paſſivo* פֻּתַּח *poſitum*, Iſa. 48. v. 8., פִּתַּחְתָּ, Pſal. 30. v. 12., 116. v. 16., ſolviſti, & *juxta LXX.*, *atque Vulg.* conſcidiſti, dirupiſti; וּפִתַּחְתָּ & ſculpes, Exod. 18. vv. 9. 36., *item* & ſolves, Iſa. 20. v. 2. *Cum affix.* פִּתַּחְתִּיךָ ſolvi te, Jerem. 40. v. 4. *Plur.* וּפִתְּחוּ & aperient ſe, & patebunt, *ſive*, *juxta alios*, & aperientur, Iſa. 60. verſ. 11. *Particip.* הִנְנִי מְפַתֵּחַ, Zach. 3. v. 9., ecce ego inſculpens, cælans: מְפַתֵּחַ, & מַפְתֵּחַ *vide infra inter nomina*: *Cum præfix.* כִּמְפַתֵּחַ, 1. Reg. 20. v. 11., ſicut ſolvens, *ſive* diſcingens ſe; *Vulg. reddit*, æquè ut diſcinctus: *Infin.* פַּתַּח ſolvere, diſſolvere, Iſa. 58. v. 6., לְפַתֵּחַ ad ſolvendum, ut ſolveret, Pſal. 102. v. 21., *item* ſculpere, inſculpere, 2. Paral. 2. vv. 6. 13. *Futur.* אֲפַתֵּחַ aperiam, Iſa. 45. v. 1., תְּפַתֵּחַ ſolves, diſſolves, Job. 38. v. 31., & *alia forma*, תְּפַתַּח inſculpes, inſculpas, Exod. 28. v. 11., יְפַתַּח ſulcabit, proſcindet, *q. d.*, aperiet terram, Iſa. 28. v. 24., וַיְפַתַּח & ſolvit, Geneſ. 24. verſ. 32., *item* & ſculpſit, 1. Reg. 7. verſ. 36. *Cum affix.* וַיְפַתְּחֵהוּ & ſolvit eum, *ſive*, *juxta Vulg.*, & dimiſit eum, Pſalm. 105. v. 20. *Pyh. Partic. plur. fœm.* מְפֻתָּחוֹת ſculptos, cælatos, Exod. 39. v. 6. *Hithp. Imper.* הִתְפַּתְּחוּ, Iſa. 52. v. 2., *ubi Maſſora notat legendum cum* Jod *in fine*, *videl.* הִתְפַּתְּחִי, ſolve.

פִּתַּח

פְּתַח *Chald.* Aperuit: *Præter. plural. à paſſivo Pehil* פְּתִיחוּ aperti ſunt, Dan. 7. v. 10. *Partic. plur.* פְּתִיחָן apertæ, Dan. 6. v. 11.

פְּתָיָא *maſc. Chald.* latitudo: *Cum affix.* פְּתָיֵהּ latitudo ejus, Eſræ 6. v. 3.

פֶּתַח *maſc.* Janua, oſtium, fores; *item* aditus, ingreſſus: *In pauſa ſcribitur cum* Kametz, פָּתַח, Job. 31. v. 34., *&* *ſemel cum* Tzere, פֵּתַח, Pſalm. 119. v. 130., *ubi à Vulg. redditur*, declaratio; *ab aliis vero*, aditus, ingreſſus, apertura, *vel* impreſſio, initium; *Pagninus vertit*, oſtium: *Cum* ה *paragog.* הַפֶּתְחָה ad oſtium, Gen. 19. v. 6., בְּפֶתַח עֵינַיִם, Gen. 38. v. 14., in apertione oculorum, *i. e. loco publico, in quo oculi verſus omnem partem poterant* aperiri; *ſive, juxta quoſdam alios*, in oſtio fontium, *i. e.* in porta, *quà erat ingreſſus ad* fontem, *quem claudere ſolebant*; *Chald. habet*, in diviſione oculorum, *i. e., ut optime exponunt Vulg., aliique, etiam ex Hebræis, & præcipue R. Salomon*, in bivio; *In ipſo ſiquidem* janua *ità* aperitur oculis, *ut in duas partes exeant, & aſpectus noſter ferè dividatur: Sed LXX., Pagnino, & quibuſdam aliis τὸ* עֵינַיִם *eſt nomen propr. loci, ſive vici cujuſdam; atque ab iiſdem redditur*, in porta, *ſive* oſtio, *vel* apertura Enaim: בַּפֶּתַח per oſtium, 1. Reg. 14. verſ. 6., לְפֶתַח, *&* לַפֶּתַח oſtio, ad oſtium, Gen. 4. v. 7., Exod. 35. v. 15. *Vide ſupra in Infinit.*, מִפֶּתַח ex oſtio, de oſtio; *Cum affix.* בְּפִתְחִי *vide ſupra Infin. in Kal*; פִּתְחוֹ oſtium ſuum, Prov. 17. v. 19., כְּפִתְחוֹ *vide ſupra Infinit. in Kal*; וּפִתְחָהּ & oſtium ejus, Ezech. 40. v. 38. *Plur.* פְּתָחִים oſtia, Prov. 8. verſ. 3. *Conſtr.* פִּתְחֵי, Iſa. 13. v. 2. *Cum affix.* פְּתָחַי foribus meis, Prov. 8. v. 34., וְעַל־פְּתָחֵינוּ in portis noſtris, Cant. 7. verſ. 14., וּכְפִתְחֵיהֶן & ſicut oſtia eorum, Ezech. 42. v. 11., בִּפְתָחֶיהָ in oſtiis ſuis, Mich. 5. v. 5., *Aben Eſra exponit*, enſibus ſuis; *Vulg autem vertit*, in lanceis ejus, *ex ſignificatione nominis ſequentis, videl.* פְּתִיחָה.

פִּתּוּחַ *m.* Sculptura, cælatura, 2. Paral. 2. v. 14. *Cum affix.* פִּתֻּחָהּ מְפַתֵּחַ ſculpturus ſculpturam ejus, Zach. 3. verſ. 9. *Plur.* לְפַתֵּחַ פִּתּוּחִים ad ſculpendum ſculpturas, 2. Paral. 2. v. 7. *Conſtr.* פִּתּוּחֵי חוֹתָם ſculpturis ſigilli, Exod. 28. v. 11.

v. 11. *Cum affix.* פִּתּוּחֶיהָ ſculpturas ejus, Pſal. 74. v. 6.

פְּתִיחָה *fœm.* Gladius ſtrictus, ſtrictio gladii, *juxta quoſdam*: הַפְּתִחָה *vide ſupra in* פָּתַח: *Plur.* וְהֵמָּה פְּתִחוֹת, Pſal. 55. verſ. 22., & ipſi gladii ſtricti, *i. e.* evaginati; *LXX.* & *Vulg. vertunt*, & ipſi ſunt jacula.

פְּתַחְיָה Pethhiah, & *juxta Vulg.* Phataja, & Pheteja, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 24. v. 15., Eſdr. 10. v. 23.

מַפְתֵּחַ *m.* Clavis, *ab* aperiendo, Iſa. 22. v. 22. *Cum præfix.* הַמַּפְתֵּחַ clavem, Jud. 3. v. 25., 1. Paral. 9. v. 27., *ubi Vulg. vertit*, ut aperirent.

מִפְתָּח *m.* Apertio: *Conſtr.* וּמִפְתַּח שְׂפָתַי & apertio labiorum meorum, Prov. 8. v. 6., *Vulg. ibidem verbaliter reddit*, & aperientur labia mea.

פִּתְחוֹן *m.* Apertio, apertura, *ampla ſcil.*, *i. e. totius oris*, Ezech. 16. v. 63., 29. v. 21.

פְּתִיחָן *Vide ſupra in* פְּתַח *Chald.*

פָּתַל Torſit, contorſit, intorſit; *In Kal inuſit. Inde Niph.* נִפְתַּל contortus, intortus eſt: *Item* luctatus eſt, *q. d.* contorſit, intorſit ſe: *Buxtorſius*, *aliique, primam hujuſce verbi ſignificationem ſtatuunt* luctari; *inde derivant alteram*, *videlicet* contorqueri, torqueri, *ut ſit* luctando. *Præter.* נִפְתַּלְתִּי luctata ſum, Geneſ. 30. verſ. 8. *Alii tamen ibidem aliter vertunt*, *quum Hebræum* פתל *adhuc incertæ ſit ſignificationis*, *ut notat Calmetius in hunc ipſum* Geneſeos *locum*: *Part.* נִפְתָּל contortum, diſtortum, Prov. 8. v. 8. *Plural.* וַעֲצַת נִפְתָּלִים & conſilium obtortorum, *vel* reluctantium, Job. 5. v. 13. *Conſtr.* נַפְתּוּלֵי *vide infra in nom.* נַפְתּוּל. *Hithp. Futur.* עִם־עִקֵּשׁ תִּתְפַּתָּל cum perverſo eluctaris, Pſal. 18. v. 27., *i. e.*, luctaris cum eo, *donec deviceris*, *juxta Ab. Eſram*: *vel juxta ſignificationem Participii*, cum perverſo diſtortum exhibes, *hoc eſt*, reddis ipſi juxta vias ipſius diſtortas, *ut Pharaoni*: *Sic*; deriſores ipſe deridet, Prov. 3. v. 34., *i. e.*, reddit ipſis, ut in ſua deriſione corruant, *ut R. Salomon exponit*. *Ceterum* 2. Sam. 22. verſ. 27. *ſcribitur* תִּתַּפָּל, *contracte*, *pro* תִּתְפַּתָּל; *Vulg. vertit*, cum perverſo perverteris.

פְּתִיל *m.* Filum, funiculus, panniculus contortus: vitta, ſudarium: צָמִיד פָּתִיל עָלָיו conjunctus panniculus ſuper eo,

Num.

Num. 19. v. 15., *Alii ibidem vertunt*, operculum cum filo, *i. e.* filo alligatum ſuper eo; *Vulg. ſenſum expreſſit*. *Conſtr.* עַל־פְּתִיל תְּכֵלֶת cum vitta hyacinthina, Exod. 28. verſ. 37., פְּתִיל תְּכֵלֶת filum hyacinthinum, Numer. 15. verſ. 38., פְּתִיל הַנְּעֹרֶת filum ſtupæ, Jud. 16. v. 9. *Cum affix.* וּפְתִילֶךָ, Geneſ. 38. verſ. 18., *metonymice redditur à Buxtorfio*, & ſudarium tuum: *Alii*, linteum capitis: *Alii* pallium: *Joa. Simon* faſciam ex filis contortis: *Vulg.* armillam *explicant*: *Plural.* וְהַפְּתִילִים & faſciæ, lintea, *vel* ſudaria, *&* *juxta Vulg.* armilla, Geneſ. 38. v. 25., פְּתִילִם filamenta, Exod. 39. v. 3., *defectè ſine* Jod.

נַפְתּוּל *m.* Luctatio, *juxta multos*: *Inde plur. conſtr.* נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים luctationibus Dei, Geneſ. 30. v. 8., *i. e.*, maximis; *Vulg.*, *aliique aliter vertunt*.

פְּתַלְתֹּל *m.* Contortiſſimus, varie perverſus, Deut 32. v. 5.

פתם Pithóm, *&* *juxta Vulg.* Phithom, *nom. propr. urbis*, Exod. 1. v. 11. *Sed* אֲפַתֹּם *vide ſupra pag.* 60.

פתן *m.* Aſpis, Pſalm. 58. v. 5. *Plur.* וְרֹאשׁ פְּתָנִים & venenum aſpidum, Deuter. 32. v. 33. *Quando ſeneſcit, ſurdeſcit, nec audit vocem incantantium, ut notat R. Salomon in* Iſa. 11. v. 8. *Verum Bochartus* de Scripturæ animalibus lib. III. cap. VI. *hoc ipſum rejicit tanquam merum commentum, & quidem ex vulgi tantum rumoribus acceptum; arbitratur propterea*, aſpidem *ideo* ſurdam *dictam* Pſal. 58., *quod in illum cantus tam parum valet, quam ſi eſſet plane* ſurda, *atque* obturaſſet aures ſuas.

פִּיתוֹן Pithón, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 35., 9. v. 41.

מִפְתָּן *m.* Limen, *inferius propriè*, Soph. 1. v. 9. *Conſtr.* עַל מִפְתַּן דָּגוֹן ſuper limen Dagonis, 1. Sam. 5. v. 5.

פתע Repentè, momentò, ad momentum, derepentè: בְּפֶתַע פִּתְאֹם repentè, ſubitò, Num. 6. verſ. 9. *Sic*, לְפֶתַע פִּתְאֹם, Iſa. 29. v. 5., *aut verſim*, פִּתְאֹם לְפֶתַע, Iſa. 30. v. 13., *quæ rem maximè improviſam, & ſubitam denotant*.

פתר Interpretatus eſt, expoſuit, explicuit, declaravit, Geneſ. 40. v. 22., 41. v. 13., *&* *in pauſa* פָּתָר, Geneſ. 40. v. 16., 41. v. 12. *Partic.* פּוֹתֵר, Geneſ. 4. v. [illegible], *&* פֹּתֵר, Gen. 40. v. 8., 41. v. 15., interpres, *ſive* qui interpretur: *Infin.* לִפְתֹּר ad interpretandum, Ge-

 neſ.

neſ. 41. v. 15. *Futur.* וַיִּפְתָּר־לָנוּ & interpretatus eſt nobis, Geneſ. 41. v. 12.

* כַּפְתּוֹר, כַּפְתֹּר; *& Plur.* כַּפְתֹּרִים *Vide ſupra ſub litera* כ

פִּתְרוֹן *maſc.* Interpretatio : *Cum præfix.* כְּפִתְרוֹן, Geneſ. 40. v. 5., 41. v. 11., juxta interpretationem : *Cum affix.* פִּתְרֹנוֹ interpretatio ejus, Geneſ. 40. v. 12. *Plur.* פִּתְרֹנִים interpretationes, Gen. 40. v. 8.

פַּתְרוֹס Pathrós, *& juxta Vulg.* Phetros, *nom. propr. villæ ad oſtium Nili, uti videtur Brocardo, & quibuſdam aliis: Sunt contra multi, qui exiſtimant, atque tuentur,* Pathros *nomen eſſe terræ, vel regionis, incertæ tamen adhuc apud eruditos: Occurrit autem* Jer. 44. v. 1., Ezech. 29. v. 14. *Cum præfix.* בְּפַתְרוֹס in Pathros, *& juxta Vulg.*, in Phatures, Jerem. 44. v. 15., וּמִפַּתְרוֹס & à Pathros, *ſive, juxta Vulg.*, & à Phethros, Iſa. 11. v. 11., *Plur.* פַּתְרֻסִים Pathrusím, *& juxta Vulg.* Phetruſim, Geneſ. 10. v. 14.

פַּתְשֶׁגֶן *m.* Exemplum, exemplar : פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב exemplar ſcripti iſtius, Eſth. 3. verſ. 14., 4. v. 8., *idem quod ſupra* פַּרְשֶׁגֶן.

פָּתַת Fregit : *Infin.* פָּתוֹת frangendo, Levit. 2. v. 6. *Hiph. Præt.* וְהִפְתִּיתָ, *quod eſt compoſitum ex hujus verbi forma, & ex* פָּתָה, *vide illic pag.* 1135., *vide ibidem & alia.*

פְּתוֹת *m.* Fruſtum, fragmen : *Inde plur. conſtr.* וּבִפְתוֹתֵי לֶחֶם & pro fruſtulis panis, Ezech. 13. v. 19.

פַּת *m.* Fruſtum, buccea, buccella, portio, *quaſi* fragmentum *dicas*: פַּת־לֶחֶם fruſtum, buccellam panis, Geneſ. 18. v. 5. *Cum affix.* פִּתִּי buccella mea, Job. 31. v. 17., פִּתְּךָ, Prover. 23. v. 8., פִּתֵּךְ, Ruth. 2. v. 14., buccella tua; מִפִּתּוֹ de buccella ejus, *vel* fruſto panis ejus, 2. Sam. 12. v. 3. *Plur.* פָּתוֹת אֹתָהּ פִּתִּים, Levit. 2. v. 6., comminuendo illud *in* fruſtula; *Vulg. vertit*, divides eam minutatim : תֻּפִינֵי מִנְחַת פִּתִּים, Levit. 6. v. 14., (offeret) coctiones muneris buccellarum, *ita multi reddunt*; *Alii habent*, decocta oblationis fruſtatim, *vel* cocta muneris fruſta, *i. e.* minchah totam diviſam in fruſta; *Vulg. vertit*, (offeret eam) calidam : *Cum præfix.* כְּפִתִּים ſicut buccellas, Pſalm. 147. v. 17.

צ *Li-*

צ *Litera hæc, ut quibuſdam videtur, pronuntianda tamquam* S; *at denſius aliquanto, & plenius quam* ס: *Communiter tamen ſcribitur, atque effertur ut* Tz, *videl.* Tzadhé. *Duplicem habet formam: Recurvam unam, in hunc modum* צ, *quæ quidem habet locum initio, & medio dictionis; atque in numeris valet* nonaginta; *Alteram extenſam, ita* ץ, *quæ non niſi in fine dictionis uſurpatur; & in numeris deſignat* nongenta.

* צְאָה, צֹאָה, צֵא, צֹאִים *Vide poſt* יָצָא *pag.* 473., 475.

צֶאֶל Arbor, *aut* virgultum, arbuſtum, *vel* germen *juxta aquam, aut lutum, magnam faciens* umbram: *Inde* צֶאֱלִים Umbroſa, umbroſæ arbores, Job. 40. vv. 21. 22., *quod quidam non alienè ad* צלל *referunt, ut* א *ſit loco literæ geminandæ, quod & alias fit: Vide illic.*

צֹאן *c.* Oves, grex, greges, ovium *ſcilicet, &* caprarum, *minorum paſcualium utriuſque ſpeciei, & ſemper collectivè ſumitur. Inde & cum plurali conſtruitur:* צֹאן שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים ovium tria millia, 1. Samuel. 25. verſ. 2., צֹאן אֹבְדוֹת oves pereuntes, perditæ, Jerem. 50. v. 6., הֲצֹאן an greges? *ſive* numquid oves? Num. 11. verſ. 22. *Cum affix.* צֹאנִי grex meus; צֹאנוֹ oves ſuas, Gen. 31. v. 19., צֹאנָם greges eorum, Geneſ. 34. verſ. 28. *Hinc anomalum cum* Aleph *mobili, & tranſpoſito,* לְצֹנַאֲכֶם pro gregibus veſtris, Num. 32. v. 24. *Et aliter,* צֹנֶה oves, greges, Pſalm. 8. v. 8.

צֹאנָן

צַאֲנָן, Mich. 1. v. 11., *in varium ſenſum à diverſis accipitur. Quibusdam eſt nom. urbis; ſic LXX. ſunt interpretati*, (non eſt egreſſa habitatrix) Sennaár, *ſive, ut legit Hieronymus*, (quæ habitat) in Sennán; *à Buxtorfio, aliiſque redditur*, pecoroſus locus, *ſive* locus florens, proſperans, abundans pecoribus; *Vulg. habet*, (non eſt egreſſa, quæ habitat) in exitu; *ad* יצא *referebat*.

* צֶאֱצָאִים *Plur. m. vide ſupra ſub rad.* יצא *pag.* 475.

* צַוָּאר *Vide infra poſt* צור.

* צֵאת, צֵאתְ, *&c. fœm. Vide ſupra ſub eadem rad.* יצא *pag.* 472., 473., 475.

* צַב *maſc. Vide infra* צבה *pag.* 1146.

צָבָא Turmatim convenit, concurrit: Concurſus *autem hujusmodi, ſive* conventus *habetur quandoque* ad militandum, *quandoque* ad cultum ſacrum; *Inde* צָבָא *ſignificat etiam*, militavit, oppugnavit, adortus eſt hoſtem: *Item* miniſtravit: *Præter. plur.* צָבְאוּ, Exod. 38. v. 8., turmatim congregabant ſe, agminatim veniebant, *ad cultum ſcilicet ſacrum*; *Vulg. reddit*, excubabant (in oſtio tabernaculi); *item* militarunt, pugnaverunt, Zach. 14. v. 12. *Partic. plur. m.* הַצֹּבְאִים militantes, *ſive* qui militaverant, Num. 31. v. 42., Iſa. 29. vv. 7. 8. *Cum affix., petita forma à* צֹבָה, צֹבֶיהָ, Iſa. 29. v. 7., militantes contra eam; *Plur. fœm.* הַצֹּבְאוֹת, 1. Samuel 2. verſ. 22., miniſtrantes, *ſive* cultui ſacro vacantes; *Vulg. vertit*, quæ obſervabant (ad oſtium tabernaculi): *Infin.* לִצְבֹא צָבָא, Num. 4. v. 23., 8. v. 24., ad miniſtrandum per turmas, *ſive* ad obeundam ſtationem, *vel* vicem; *item* ad militandum, ad prœliandum, Iſa. 31. verſ. 4. *Futur. plur.* וַיִּצְבְּאוּ & militarunt, Num. 31. v. 7. *Hiph. Partic.* הַמַּצְבִּא, 2. Reg. 25. verſ. 19., Iſai 52. verſ. 25., qui exercitum conſcribebat, *juxta Buxtorfium*; *ſed rectius alii vertunt*, in re militari exercens, *ſive juxta Vulg.*, qui probabat.

צָבָא *m.* Conventus ad militandum, concurſus bellicus, belligeratio, militia, Job. 7. v. 1., 14. v. 14., Iſa. 40. v. 2., *ubi Vulg. habet*, malitia, *&* Dan. 10. v. 1., *ubi à Vulg. redditur* fortitudo: *Metonymice eſt* exercitus, agmen, *proprie quidem* militum; *metaphorice autem* angelorum, ſiderum,

derum, & *aliarum* creaturarum, Deo miniſtrantium, *etiam per ellipſin nominis* אֱלֹהֵי. *Semel*, מַצָּבָה propter exercitum, *cum* ה, *loco* א, Zach. 9. v. 8. *Conſtr.* צְבָא יִשְׂרָאֵל exercitus Iſrael, 1. Reg. 2. verſ. 32. *Cum affix.* צְבָאִי militiæ meæ, *id eſt* præfiniti temporis, quo in hac vita milito, Job. 14. v. 14. *Sic*, צְבָאָהּ tempus præfinitum ejus, & *juxta Vulg.* malitia ejus, Iſa. 40. v. 2., צְבָאָם exercitus eorum, Geneſ. 2. v. 1., *i. e.*, *ut optime vertit Vulgat.*, ornatus eorum; *Plural. cum præfix.* וְכִצְבָאִים *vide infra in* צְבִי; *Cum affix.* צְבָאָיו exercitus ejus, & *juxta Vulg.* virtutes ejus, Pſal. 103. verſ. 21. *Et fœm.* יְהוָה צְבָאוֹת Dominus exercituum, *ſive* virtutum, Pſalm. 24. verſ. 10. *Aliam ejuſdem dictionis ſignificationem vide poſt Radicem ſequentem in* צְבִי: *Conſtr.* צִבְאוֹת, Exod. 12. verſ. 41. *Cum affix.* אֶת־צִבְאֹתַי exercitus meos, Exod. 7. v. 4., בְּצִבְאוֹתֵינוּ cum exercitibus, *ſive* in virtutibus noſtris, Pſalm. 44. v. 10., צִבְאוֹתֵיכֶם exercitus veſter, Exod. 12. verſ. 17., עַל־צִבְאֹתָם per exercitus ſuos, *i. e.*, *ut habet Vulg.*, per turmas ſuas, Exod. 6. verſ. 26., לְצִבְאֹתָם per exercitus ſuos, per turmas ſuas, Num. 1. v. 3.

צְבָא *Chald.* voluit, optavit, cupivit, beneplacuit, *ſive* complacuit illi: *Præter.* צְבִית volui, Dan. 7. v. 19. *Partic.* דִּי הֲוָה צָבֵא quem erat volens, quem volebat, Daniel. 5. v. 19. *Infin.* כְּמִצְבְּיֵהּ ſecundum velle ſuum, pro voluntate ſua, Dan. 4. verſ. 32. *Futur.* יִצְבֵּא voluerit, Dan. 4. v. 14.

צִיבָא Tzibá, & *juxta Vulg.* Siba, *nom. propr. virorum*, 2. Reg. 9. v. 2., 16. v. 1.

צֹבֵבָה Tzovévah, & *juxta Vulg.* Soboba, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 8.

צָבָה Intumuit, tumuit: *Præter. fœm.* וְצָבְתָה בִטְנָהּ & intumeſcet venter ejus, Num. 5. v. 27., צְבוּ *Chald. vide infra inter nomina*: *Partic.* צָבֶיהָ *vide ſupra in* צָבָא; *vide etiam nom.*, *quod mox ſequitur*. *Hiph. Infin.* לַצְבּוֹת ad tumidum reddendum, Num. 5. v. 22., *pro* לְהַצְבּוֹת.

צָבֶה Tumens, intumeſcens, Num. 5. v. 21., צְבִיָּה *vide infra poſt* צְבִי: מַצָּבָה *vide ſupra in* צָבָא: כְּמִצְבְּיֵהּ *Chald. vide ſupra in* צְבָא *item Chald.*, צְבִית *vide ibidem.*

צְבִיָּה

צִבְיָה Tziviáh , & *juxta Vulg.* Sebia , *nom. propr. mulieris* , 2. Reg. 21. v. 1.

צְבִיָּה *ſœm.* Capreā *ſœmina* , Cantic. 4. verſ. 5. , 7. verſ. 3. *Plural. conſtruct.* בִּצְבָאוֹת , *cum epentheſi* א , *ut vult Buxtorſius* , *vel* , *ut notat Joan Simon* , *tanquam à ſingulari* צְבָאָה , cum capreis , & *juxta Vulgat.* per capreas , Cantic. 2. verſ. 7. , 3. verſ. 5. *Aliud eſt à* צָבָא , *quod vide ſupra pag.* 1145.

צָב *m.* Tumidum , tumens : *Metaphorice* cameratum , *juxta Buxtorſium* . *Verum alii dictionem hanc referunt ad* צָבַב ; *Radix Hebræis quidem inuſit.* , *ſed quæ Arab. in* 2. *Conjug. ſignificat* , obduxit , texit , clauſit ; *unde* צָב *redditur* obtectio , *vel* tectum ; & *metonymice ipſe* currus tectus עֶגְלֹת צָב , Numer. 7. v. 3. , plauſtra camerati , *juxta quoſdam* ; *Alii vero reddunt* , plauſtra , *ſive* currus obtectionis , *ſive* tecti , *i. e.* plauſtra tecta : *Cum præfix.* וְהַצָּב , Levit. 11. v. 29. , *à Buxtorſio* , & *quibuſdam recentioribus redditur* , & bufo , *vel* teſtudo , *animalis ſpecies* , *dicta* צָב , *quia ejus operimentum* cameratum *eſt* , *i. e.* , *putaminibus ſuis* tectum *repræſentat* camerati plauſtri : *Sed in Græca verſione pro* צב *legitur* ὁ κροκόδειλος ὁ χερσαῖος , *id eſt* crocodilus terreſtris ; & *in Vulg.* crocodilus , *abſque epitheto* , *quam quidem verſionem probant Bochartus* , *aliique* ; *Ut autem laudatus Auctor notat* lib. III. cap 1. , crocodili *nomine non deſignatur hoc in loco* Ægyptia *bellua magnæ molis* , *ſed* lacertæ *genus* , *in ſepibus* , & *maceriis commorari ſolitæ* : *Plural.* וּבַצַּבִּים , Iſa. 66. v. 20. , & in curribus , *vel* plauſtris cameratis , *ſive* tectis ; *Vulgat. reddit* , & in lecticis ; *quarum profecto non parvus olim fuit in militia uſus* . *Vide infra in* צְבִי .

צְבוּ *f. Chald* , *per apocopam* , *pro* צְבוּתָא , Dan. 6. v. 18. , voluntas *redditur à Buxtorſio* , *Joanne Simone* , & *quibuſdam aliis* : *Verum LXX.* , *Vulg.* , *aliiſque multis eſt* res *in genere* , negotium , aliquid ; *vertunt propterea* , (ne mutaretur , *ſive* fieret) aliquid : *Ut enim notant Critici apud Matth. Poli* , *etſi* צְבוּתָא *ſit à* צְבָא , *vel* צְבִי voluit , *inde non ſequitur* , voluntatem *ſignificare* ; *Nam* & דָּבָר *eſt à* דִּבֵּר loquutus eſt ; & *tamen illud Hebræis eſt* , non locutio , *ſed* res , nego-

negotium, aliquid. *Deinde dictio* צְבוּתָא *ſæpiſſime occurrit in Novo Teſtamento Syriaco, ſed ſemper pro* re.

צְבִי *m.* Decus, gloria, ornamentum, *ſic dicta, quod hæc animum* tumidum *reddant: Item* צְבִי *Hebræis eſt* caprea *mas*, capreolus, *dictus* צְבִי, *quia, ut habet Bochartus*, decorum, *&* venuſtum *animal; quod propterea in veterum deliciis fuit; quin & Orientales, maxime Arabes, omnia* pulchra capreis *comparare ſolent:* לַעֲטֶרֶת צְבִי pro corona decoris, Iſa. 28. v. 5., וְאֶל־הַצֶּבִי, Dan. 8. v. 9., & verſus, *vel* contra decus ipſum, *ſive, juxta Vulg.*, contra fortitudines, *i. e. Sionem, ſive Jeroſolymam, vel Judæam, quæ ſic vocatur*, 2. Sam. 1. v. 19., Ezech. 20. v. 6., *vel quod amœniſſima eſſet terrarum, vel ob Hieroſolymam*, Pſal. 48. v. 3., *ſic &* Jerem. 3. v. 19. *Terra ſancta appellatur* hæreditas צְבִי ornamenti; *&* Dan. 11. vv. 16. 41. ; אֶרֶץ הַצְּבִי terra ornamenti, *i. e. ſumme venerabilis, & ibidem* v. 45. צְבִי קֹדֶשׁ (ad, *ſive* ſuper montem) ornamenti ſanctitatis, *hoc eſt ſancti, atque ornatiſſimi: Tandem* Iſa. 28. vv. 1. 4. *Ephraim dicitur* צְבִי ornamentum decoris; *Hactenus apud Matth. Poli: Et ſecundum aliam ſignificationem*, caprea, capreolus, Deut. 12. v. 22., *&* 14. v. 5., 1. Reg. 4. v. 23., *&c.*, כַּצְּבִי, Deuter. 12. v. 15., 15. v. 22., quaſi caprea; *&* כִּצְבִי ſicut caprea, *ſive, juxta Vulgat.*, quaſi damula, Prov. 6. v. 5., Iſa. 13. v. 14., לִצְבִי capreæ, Cant. 2. vv. 9. 17., 8. v. 14. *Item* in decore, in ornamento, *& juxta Vulg.* in magnificentia, Iſa. 4. v. 2. *Plur.* הַצְּבָיִם caprearum, 2. Sam. 2. v. 18., *& deficit in eo* Jod *plurale: Et ſic cum epentheſi* א, וְכִצְּבָאיִם & ſicut capræ, 1. Paral. 12. v. 8.

צְבֹיִם Tzevoim, *& juxta Vulgat.* Seboim, *nomen propr. urbis*, Geneſ. 10. v. 19., 14. v. 2., *ubi ſcribitur* צְבֹיִים.

צָבַט Porrexit: *Futur.* וַיִּצְבָּט־לָהּ & porrexit ei, Ruth. 2. v. 14., *Vulg. ibi reddit*, & congeſſit; *Targum vero habet*, וְאוֹשִׁיט.

צָבַע Pinxit, tinxit, coloravit: *Chaldæis uſitatius eſt: Partic. Pahul*, הַעַיִט צָבוּעַ avis colorata, Jer. 12. v. 9., *i. e.*, fœdata ſanguine, *juxta R. Salomonem: vel* digitata, *hoc eſt*, rapax, uncis unguibus in prædam involans, *ex ſigni-*

gnificatione nominis אֶצְבַּע, *quod vide infra inter nomina; Vulgat. vertit ibidem*, nunquid avis diſcolor?

צבע *Chald.* tinxit, intinxit, immerſit: *Partic. Pahel plur.* מְצַבְּעִין tingunt, intingunt, Dan. 4. v. 22. *Ithpeh. Futur.* יִצְטַבַּע tingatur, Dan. 4. v. 12.

צֶבַע *m.* Color, tinctura: verſicolor, coloratum: *Plur.* שְׁלַל צְבָעִים præda verſiculorum, Jud. 5. v. 30.

צָבוּעַ *maſc.* Feræ, & ſerpentis *cujuſdam nomen commune, ut Bochartus, & quidam alii arbitrantur, à* varietate colorum *ſic appellati. Inde, eiſdem auctoribus, eſt*

צְבֹעִים Tzevohím, & *juxta Vulg.* Seboim, *nom. propr. vallis in Tribu Benjamin*, 1. Sam. 13. v. 18., Nehem. 11. verſ. 34.

אֶצְבַּע *f.* Digitus; *proprie* index, *qui* intingendo *adhibetur; vel ex ſignificatione radicis Arab. ab* indicando: *Scribitur cum præfixum* א *heemantico*, firmitatis, & roboris *nota, cujus* & digitus *ſymbolum eſt*: *Conſtr.* אֶצְבְּעֹת *Chald. vide infra in* אֶצְבְּעָן: *Cum affix.* אֶת־אֶצְבָּעוֹ digitum ſuum, Levit. 4. v. 6. *Plur.* אֶצְבָּעוֹת digiti, Jerem. 52. verſ. 21., *Conſtr.* וְאֶצְבְּעוֹת יָדָיו & digiti manuum ejus, 2. Sam. 21. v. 20. *Cum affix.* אֶצְבְּעֹתַי digiti mei, Pſalm. 144. v. 1., Cant. 5. verſ. 5., אֶצְבְּעֹתֶיךָ digitorum tuorum, Pſalm. 8. v. 4., וְאֶצְבְּעוֹתֵיכֶם & digiti veſtri, Iſa. 59. v. 3., אֶצְבְּעֹתָיו digiti ejus, *vel* ipſius; בְּאֶצְבְּעֹתָיו digitis ſuis, Prover. 6. verſ. 13.

אֶצְבְּעָן *Chald. plur.* digiti, Dan. 5. v. 5., & *emph.* וְאֶצְבְּעָתָא & digiti, Dan. 2. v. 41. *Conſtr.* וְאֶצְבְּעָת רַגְלַיָּא & digiti pedum, Dan. 2. v. 42.

צִבְעוֹן Tzivhón, & *juxta Vulgat.* Sebeon, *nom. propr. viri*, Geneſ. 36. v. 2.

* אֶצְבְּעָתָא *Chald. emphat. vide ſupra in* אֶצְבְּעָן.

* נִצְבְּתָא *Chald. emphat. vide ſupra in* נִצְבָּא *pag.* 781.

צבר Congeſſit, collegit, coarcevavit, congregavit: *Futur.* יִצְבֹּר congregat, & *juxta Vulg.* theſaurizat, Pſal. 39. v. 7., וַיִּצְבֹּר, Geneſ. 41. v. 49., & congregavit, Gen. 41. v. 49., *item* coacervavit, *ſive, juxta Vulg.*, comportabit, Habac. 1. v. 10., וַתִּצְבָּר־כֶּסֶף & coacervavit, congeſſit argentum, Zachar. 9. verſ. 3. *Plural.* ויצברו־בר & coa-

& coacervabunt & congregent frumentum, Geneſ. 41. verſ. 35.

צִבּוּר *maſc.* Acervus: *Plur.* שְׁנֵי צִבֻּרִים duo acervi, 2. Reg. 10. v. 8.

צָבַת *Chaldæis eſt*, ligavit, copulavit: *Inde eſt Hebr.* צֶבֶת *m.* manipulus, faſciculus, mergus: צְבִית *vide in* צְבָה *Chald. Plur.* מִן־הַצְּבָתִים de manipulis, Ruth. 2. v. 16.

צְדָא *Chald.* ſtudium, induſtria; *ſed à multis adverbialiter redditur; eſt autem à* צָדָה, *mutato* ה *in* א: *Occurrit cum* ה *interrogativo*, הַצְדָא, Dan. 3. verſ. 14., num de induſtria? an certo conſilio? *Et juxta Vulgat.*, *Aben Eſram*, *alioſque*, veréne, verumne eſt?

צָדַד *Radix Hebræis inuſit. Sed Arabibus eſt*, ſe oppoſuit, obſtitit, adverſatus eſt; צוֹרֵר *vide in* צור: *Ex* צָדַד *derivant nonnulli*, *quæ mox ſequuntur*, *videl.*

צְדָד Tzedád, *& juxta Vulgat.* Sedada, *nomen propr. termini Tribus Juda*, Num. 34. v. 8., Ezech. 47. v. 16.

צַד *maſc.* Latus, *q. d.* pars parti oppoſita: *Sunt tamen alii*, *qui hanc ipſa dictionem referunt ad* צָדָה inſidiatus eſt: עַל־צַד, Iſa. 60. v. 4., 66. v. 12., ad latus, *& juxta Vulg.* de latere, ad ubera; בְּצַד in latus, 2. Sam. 2. v. 16., לְצַד עִלָּיָא in oppoſitum, *i. e.* adverſus, contra Excelſum, Dan. 7. v. 25., ה *abſque Mappik*, צִדָּה ad latus ejus, 1. Sam. 20. v. 20., מִצַּד à latere, Deuter. 31. v. 26., *&c.*, מִצַּד מַלְכוּתָא, Dan. 6. v. 5., à latere, à parte, *id eſt* reſpectu, ratione regni, *vel* propter regnum, *ſenſus eſt*, (quærebant) crimen majeſtatis, *quod Romano-Græci dicunt* ἔγκλημα βασιλείας crimen regni: *Cum affix.* מִצִּדְּךָ à latere tuo, Pſal. 91. v. 7., בְּצִדָּהּ in latere ejus, Gen. 6. v. 16., מִצִּדּוֹ, 1. Sam. 6. v. 8., *&* מִצִּדָּהּ, Exod. 25. v. 32., à latere ejus: *Plur.* וְהָיוּ לָכֶם לְצִדִּים, Jud. 2. verſ. 3., erunt vobis ad latera; *quo in loco habetur ellipſis nominis*, *ſive vocis* לְצִנִּנִים in aculeos, *quæ quidem repetenda ex parallelo*, *quod extat* Joſ. 23. verſ. 13. *Hinc à Buxtorſio exponitur* in flagella ad latera veſtra. *Alii vertunt* in vepres ad latera: *Alii*, in retia, *quaſi pro* צָדִים, *vocali longa in brevem*, *&* Dageſch *converſa*, *ut fit quoque in* צִנִּים: *Chaldæus habet*, מְעִיקִין hoſtes, *quaſi legerit* צָרִים

cum

cum Reſch, *ſed & Vulg. vertit*, ut habeatis hoſtes. *Conſtr.* צִדֵּי latera, Exod. 26. v. 13. *Cum affix.* בְּצִדֵּיכֶם in lateribus veſtris, Joſ. 23. v. 13.

צָדָה Quæſivit ſtudioſe, venatus, inſidiatus eſt: *Includit certum conſilium, & propoſitum: Præter.* צָדָה quæſierit, *juxta Buxtorfium; ſed alii multi reddunt*, inſidiatus eſt; צָדָה *vide ſupra in* צַר *poſt* צָדַר; *item* צֵדָה, *ſive* צֵידָה *vide infra poſt* צוּד; *Plur.* צָדוּ צְעָדֵינוּ venantur greſſus noſtros, Thren. 4. v. 18., *Vulg. ibidem vertit*, lubricaverunt veſtigia noſtra; *vide etiam* צוּד: *Partic* צֹדֶה venaris, inſidiaris, 1. Sam. 24. verſ. 12. *Niph.* נִצְדָּה deſolatus fuit, *ex uſu Chald., & Syr. Inde Præter. plur.* נִצְדּוּ deſolatæ ſunt, Soph. 3. v. 6.

צֵדָה, צֵידָה *Vide infra poſt* צוּד: *Sed* צִדְקָה, *&* צַר *cum præfix., & affix. vide ſupra poſt* צָדַר.

צְדִיָּה *f.* Induſtria, propoſitum, *ſtudium certum, quo aliquid agere conamur*: בְּלֹא צְדִיָּה abſque propoſito, non de induſtria, Num. 35. v. 22. *Cum præfix.* בִּצְדִיָּה de induſtria, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, per inſidias, Num. 35. v. 20.

* צֵירָם, צָרוּם, *&c. Dictiones compoſitæ, quas vide infra in* צַיִר, *&* צוּר.

צִידוֹן Tzidón, *& juxta Vulg.* Sidon, *nom. propr. primogeniti Chanaan*, Geneſ. 10. v. 15., *item nom. propr. urbis*, Joſ. 11. v. 8., 19. v. 28.

צִידֹנִי Tzidoní, *& juxta Vulg.* Sidonius, *nom. commune virorum à* Sidone *oriundorum*, Jud. 3. v. 3. *Plur.* צִדֹנִים Sidonii.

צֵדְנִיּוֹת Tzedniioth, *& juxta Vulgat.* Sidoniæ, *nom. commune mulierum ex Sidone oriundarum*, 1. Reg. 11. v. 1.

צָדַק Juſtus fuit, juſtus factus, juſtificatus eſt: *Item* juſtus habitus fuit, juſtum ſe aſſeruit: *Præter. fœmin.* צָדְקָה מִמֶּנִּי, Gen. 38. v. 26., juſta eſt præ me, *id eſt, ut habet Vulg.*, juſtior me eſt; צָדַקְתָּ juſtus es, Job. 33. v. 12.; וְצָדַקְתִּי & ſi juſtus ſim, Job. 10. v. 15. *Plur.* צָדְקוּ יַחְדָּו juſta, *ſive* juſtificata ſunt pariter, Pſalm. 19. verſ. 10. *Futur.* אִם־אֶצְדָּק, Job. 9. v. 20., ſi juſtum aſſererem me; *Vulg. vertit*, ſi juſtificare me voluero; אֶצְדָּק juſtificabor, abſolvar, *& juxta Vulg.* juſtus inveniar, Job. 13. v. 18.; תִּצְדַּק juſtificeris, Pſalm. 51. v. 6., *& in pauſa* כִּי תִצְדָּק, Job.

Job. 22. verſ. 3., quod, *ſive* ut juſtificeris, *vel* ſi juſtus fueris; לְמַעַן תִּצְדָּק, Job. 40. verſ. 8., ut tu juſtificeris, *ſive* ut juſtus appareas; יִצְדַּק, Pſalm. 143. v. 2., *&* *in pauſa* יִצְדָּק, Job. 4 v. 17., juſtificabitur; *Plural.* יִצְדְּקוּ juſtificabuntur, Iſa. 45. v. 25., *&* *in pauſa* יִצְדָּקוּ juſtificentur, Iſa. 43. verſ. 9.; *Fœm.* תִּצְדַּקְנָה מִמֵּךְ juſtæ, juſtificatæ ſunt à te, *ſive* juſtiores ſunt te, Ezech. 16. v. 52. *Niph.* וְנִצְדַּק קֹדֶשׁ, Daniel. 8. verſ. 14., & juſtificabitur, *i. e.* expiabitur, *ſeu* reducetur ſanctitas, *id eſt* ſanctuarium. *Pih.* צִדֵּק juſtificavit, juſtum aſſeruit: *Præt. f.* צִדְּקָה juſtificat, juſtificavit, Jerem. 3. verſ. 11., צִדַּקְתִּי *vide infra in* צְדָקָה: *Infinit. in pauſa cum affix.* חָפַצְתִּי צַדְּקֶךָּ, Job 33. verſ. 32., volo, ut tu juſtifices te, *vel* volo, juſtum habere, declarare te, *ſive*, *juxta Vulg.*, volo, te apparere juſtum; עַל־צַדְּקוֹ נַפְשׁוֹ מֵאֱלֹהִים, Job. 32. v. 2., eò quod juſtificaret ipſe, *ſive* aſſereret juſtam animam ſuam præ Deo, *i. e.* magis quam Deum; *Vulg. vertit*, eò quod juſtum ſe eſſe diceret coram Deo; *&* *cum* ה *paragog.* בְּצַדֶּקְתֵּךְ אַחְיוֹתֵךְ, Ezech. 16. v. 52., quum juſtifices tu ſorores tuas, *ſive*, *juxta alios*, cum probes innocentiores te eſſe ſorores tuas. *Futur.* וַתְּצַדְּקִי & juſtificaſti (ſorores tuas), Ezech. 16. v. 51. *Hiph.* הִצְדִּיק juſtificavit, juſtum pronunciavit, abſolvit: *Præter. cum affix.* וְהִצְדַּקְתִּיו & juſtum pronunciarem, *ſive* declarabo ipſum, 2. Sam. 15. verſ. 4., *ubi Vulg. habet*, & juſte judicem; *Plural.* וְהִצְדִּיקוּ & juſtum, *ſive* innocentem pronunciabunt, pronunciant, Deut. 25. v. 1. *Part.* מַצְדִּיק רָשָׁע abſolvens improbum, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, qui juſtificat impium, Prov. 17. v. 15. *Cum affix.* מַצְדִּיקִי qui juſtificat me, Iſa. 50. v. 8. *Plural. conſtr.* מַצְדִּיקֵי juſtum facientes, *ſive*, *ut habet Vulg.*, qui ad juſtitiam erudiunt, Dan. 12. verſ. 3. *Infin.* וּלְהַצְדִּיק & ad juſtificandum, 1. Reg. 8. v. 32. *Imper. plur.* עָנִי וָרָשׁ הַצְדִּיקוּ, Pſalm. 82. v. 3., inopem, & pauperem juſtificate, *id eſt innocentes pronunciate*: *Futur.* לֹא־אַצְדִּיק non abſolvam, *&* *juxta Vulgat.* averſor (impium), Exod. 23. v. 7., *item* juſtos pronunciabo, judicabo, Job. 27. v. 5., יַצְדִּיק juſtificabit, Iſa. 53. v. 11., *Hithp. Futur. plur.* נִצְטַדָּק juſtificabimus nos, Gen. 44. v. 16.

צְחִיחַ *m.* Nitor, nitidum, *i. e.* læve, *juxta multos*; *ſed aliis eſt* ariditas; *& metonymice* arduus, eminens locus, *petræ ſcil., vel montis, qui, naturà ſuà* aridus, & glaber *exiſtens*, nitorem *refert, ut notat Buxtorfius*: עַל־צְחִיחַ סֶלַע, Ezech. 24. vv. 7. 8., in loco arduo petræ, *juxta Buxtorfium*; *Alii reddunt*, ſuper ariditatem, *vel* nitorem petræ, *i. e.* ſuper nitidam, *ſive* lævem petram; *Vulgat. habet*, ſuper limpidiſſimam petram: *Cum præfix.* לִצְחִיחַ סֶלַע, Ezech. 26. vv. 4. 14., in nitorem petræ, *i. e.* in nitidam, *& juxta Vulgat.* in limpidiſſimam petram: *Plural.* מֵאַחֲרֵי לַחוֹמָה בַּצְּחִחִיִּים, Nehem. 4. v. 7., poſt murum in locis arduis, *ſive, juxta alios*, in locis aridis, & ſaxoſis, *vel* in verticibus, in ſummitatibus ſaxorum; *Vulg. reddit*, poſt murum per circuitum: *Scribitur cum metatheſi* Jod, *videlicet* צְחִחִיִּים, *vel, ut quidam habent codices*, צְחִיחִיִּים, *tamquam à ſingulari* צְחִיחִי, *cum* Jod *gentilitio*, *q. d.* quod eſt ex genere, & claſſe ſaxorum; *vel forma compoſita ex* צחח, *&* צחה, *ut animadvertit Joa. Simon*.

צְחִיחָה *f.* Ariditas, *ſive* ſiccitas, locus aridus, & ſiticuloſus: שָׁכְנוּ צְחִיחָה, Pſalm. 68. verſ. 7., habitant in loco arido, *ſive* ſiticuloſo; *LXX., & Vulgat. reddunt*, qui habitant in ſepulcris.

צַח *m.* Candidus, nitidus, ſerenus: דּוֹדִי צַח dilectus meus candidus, Cant. 5. v. 10., כְּחֹם צַח, Iſa. 18. verſ. 4., ut æſtus ſerenus, *ſive* nitidus; *in hunc ſenſum etiam accipitur a Buxtorfio, & quibuſdam aliis apud* Jer. 4. v. 11., *quod tamen vide ſupra poſt* צחח.

צַחָה *f. Inde plur.* לְדַבֵּר צַחוֹת, Iſa. 32. v. 4., ad loquendum

nitida, ſive clara, diſtincta, articulata; *Vulg. vertit*, loquetur & plane.

צַחְצָחָה *f.* Siccitas, ſive ariditas ſumma: *Plur.* וְהִשְׂבִּיעַ בְּצַחְצָחוֹת נַפְשֶׁךָ, Iſa. 58. verſ. 11., & ſatiabit in ſiccitatibus, *i. e.* in ſumma ariditate, animam tuam, *ſive* corpus tuum, teipſum; *Vulg.*, *& alii reddunt*, & implebit ſplendoribus animam tuam.

צחן *Radix Hebræis inuſit. Eſt autem Syris*, ſordidus fuit. *Inde, ut notat Joa. Simon, eſt Hebr.*

צַחֲנָה *fœm.* Putor, putredo, fœtor: *Cum affix.* וְתַעַל צַחֲנָתוֹ, Joel. 2. verſ. 20., & aſcendet putor, *ſive* fœtor, putredo ejus.

* צַחְצָחָה *Vide paullo ante poſt* צָחָה.

צחק Riſit, arriſit: *Præter. fœm.* צָחֲקָה riſit, Gen. 18. v. 13., צָחַקְתְּ riſiſti, Geneſ. 18. verſ. 15., צָחַקְתִּי riſi, Geneſ. 18. v. 15. *Futur.* יִצְחַק־לִי arridebit mihi, ridebit de me, Geneſ. 21. verſ. 6. *Hinc* יִצְחָק Iſaac, *à* riſu *dictus eſt*; וַיִּצְחָק & riſit, Geneſ. 17. verſ. 17., וַתִּצְחַק & riſit, Geneſ. 18. verſ. 12. *Pih.* צִחֵק irriſit, luſit, illuſit, colluſit, jocatus eſt: *Conſtruitur cum* בְּ, *&* לְ. *Particip.* מְצַחֵק irridentem, *& juxta Vulg.* ludentem (*vidit*), Geneſ. 21. v. 9. *Cum præfix.* כִּמְצַחֵק quaſi ludens, jocans, Geneſ. 19. verſ. 14., *Infin.* לְצַחֶק בִּי ut illudat, *ſive* illuderet mihi, Geneſ. 39. v. 17., לְצַחֶק בָּנוּ ut illuderet nobis, Geneſ. 39. verſ. 14., *ita* Exod. 32. v. 6. *Futur.* וַיְצַחֵק לִפְנֵיהֶם & luſit ante illos, Jud. 16. v. 25.

צְחֹק *m.* Riſus, Geneſ. 21. verſ. 6., לִצְחֹק in riſum, Ezech. 23. verſ. 32.

צחר *Radix inuſit., quæ* candoris *ſenſum habuiſſe, ex iis, quæ ab illa dimanant, quæque mox ſequuntur, infert optime Joa. Simon.*

צַחַר Candor, nitor: *Inde in pauſa* וְצֶמֶר צָחַר, Ezech. 27. v. 18., & lana nitoris, *ſive* candoris, *id eſt* candida, nitida; *Vulg. vertit*, in lanis coloris optimi.

צֹחַר Tzohhar, *& juxta Vulg.* Iſaar, Seor, Sohar, Soar, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 23. v. 8., 46. v. 10., *&c.*

צְחֹרָה *f.* Alba, candida: *Plural.* רֹכְבֵי אֲתֹנוֹת צְחֹרוֹת, Jud. 5. v. 10., equitantes *in* aſinis candidis, *ſive, juxta quoſdam*, fu-

ſubalbis, vel rubidis, aut albo, & rubro diſtinctis; Vulgat. reddit, qui aſcendiſtis ſuper nitentes aſinos.

* צוחת Dictio conſtr., quam vide ſupra in צְוָחָה pag. 1160.

* יִצְטַבַּע Vide ſupra in צְבַע Chald.

* הִצְטַיָּר; Inde Præter. plur. הִצְטַיָּרְנוּ vide ſupra צור.

* נִצְטַדָּק Vide ſupra in צָדַק pag. 1151.

* הִצְטַיֵּר Vide ſupra in צור.

צִיָה Aridus, ſiccus fuit, aruit, exaruit: Radix Hebræis inuſit. Inde ſunt

צִיָּה f. Siccitas, ariditas, Job. 24. v. 19., unde terra צִיָּה ariditatis, i. e. arida, & juxta Vulg. deſerta, Pſalm. 63. v. 2. Metonymice eſt locus aridus, ſiccus, ſiticuloſus, deſertum, ſolitudo, Job. 30. v. 3., Iſa. 41. v. 18. Cum præfix. בַּצִּיָּה in loco arido, ſive in ſolitudine, & juxta Vulg. in inaquoſo, Pſalm. 78. v. 17., Plur. בַּצִּיּוֹת per ſiticuloſa, per arida loca, Pſalm. 105. v. 41.

צִי maſc. Eſt I. Navis, quæ ideo צִי dicta quibuſdam videtur, quod in ipſis aquis ſicca maneat; Alii etymologiam derivant à radice נצה: וְצִי אַדִּיר, Iſa. 33. verſ. 21., & navis, ſive trieris magna, vel magnifica, nobilis; Plur. צִיִּים naves, trieres, Dan. 11. verſ. 30., & contractè וְצִים מִיַּד כִּתִּים, Num. 24. v. 24., naves à parte Chittim; Vulg., aliique vertunt, naves, ſive trieres de Italia; quam quidem vocis כִּתִּים expoſitionem multis probat Bochartus in Geographia ſacra lib. 3. cap. 5., videantur tamen, quæ contra eundem, vocem כִּתִּים de ſola Italia exponentem, proferunt alii, & præcipue Calmet comment. in Geneſ. cap. 10. Cum præfix. בַּצִּים, Ezech. 30. verſ. 9., in navibus, in trieribus: II. Aridus, deſertus, ſiticuloſus locus: Plur. צִיִּים loca arida, ſiticuloſa, deſerta: Metonymicè, locorum aridorum, ſive deſertorum incolæ, tam homines, feri ſcil., & barbari, quam beſtiæ, item feræ: לְפָנָיו יִכְרְעוּ צִיִּים, Pſalm. 72. v. 9., coram illo procident habitatores, ſive incolæ deſerti, id eſt accolæ maris rubri, & ichthyophági, uti videtur Bocharto in Phaleg; LXX., Aq., Sym. ſunt Αἰθίοπες, Vulg. Æthiopes: Sed Iſa. 13. v. 21., 34. v. 14., Jerem. 50. v. 39. τὸ צִיִּים ſunt beſtiæ, id eſt feles feri, ſive ſylveſtres, uti vult Bochartus in Hieroz. Part. I. lib. 3. cap.

3. cap. 14., *Vulg. duobus poſtremis in locis reddit* dæmonia, dracones: *Cum præfix.* לְעָם לְצִיִּים, Pſal. 74. v. 14. populo deſerti accolæ, *& juxta Vulg.* Æthiopum.

צָיוֹן *maſc.* Locus aridus, *& quidem* valde, ariditas magna, *propter ſcil.* Nun *additum, quod eſt* augmenti *ſignum*, Iſa. 25. v. 5., 32. v. 2. *Hinc*

צִיּוֹן Tzión, *& juxta Vulg.* Sion, *nom. propr.* montis *à* ſiccitate loci *ità appellatus: In ejus montis vertice erat arx conſtructa, quæ à Davide capta, civitas Davidis eſt vocata,* 2. Sam. 5. v. 7. *Vide quod ſequitur.*

צָיַן *Radix Hebræis inuſit. Unde Chald. Pah.* צַיֵּן ſignavit; *& inde etiam nom. Hebr.*

צִיּוּן *m.* Signum, monumentum *quodlibet* ſepulchrale, tumulus, titulus, *ità* Ezech. 39. v. 15. *Cum præfix.* מָה הַצִּיּוּן quid iſtud ſignum? 2. Reg. 23. v. 17. *Plur.* צִיֻּנִים monumenta, ſigna, Jerem. 31. v. 21., *ubi Vulg. in ſingulari reddit* ſpeculam.

צִיץ Floruit, effloruit: *Præterit.* צָץ הַמַּטֶּה effloruit virga, Ezech. 7. v. 10. *Hiph.* הֵצִיץ floruit, effloruit, proſpexit, oſtendit ſe: *Partic.* מֵצִיץ מִן־הַחֲרַכִּים effloreſcens, *i. e.*, emicans, promicans è clathris, *vel* cancellis, Cantic. 2. v. 9., *Vulg.*, *& alii ibidem reddunt*, proſpiciens per cancellos: *Futur.* יָצִיץ florebit, Iſa. 27. v. 6., וַיָּצֵץ צִיץ & floruiſſet flos, *ſive*, *juxta alios*, & emiſerat florem, *vel* & eruperat flos, Num. 17. v. 23. *Plur.* וְיָצִיצוּ & florebunt, Pſal. 72. v. 16., וַיָּצִיצוּ & floruerint, flores emiſerint, *i. e.*, *ut exponit Vulgat.*, & apparuerint, *ſive* eruperint, Pſalm. 92. v. 8.

צִיץ *m.* I. Flos, *apertus propriè, & in amplitudinem expanſus*, Numer. 17. verſ. 23., Iſa. 28. v. 1., 40. vv. 7. 8. *Cum præfix.* כְּצִיץ, ſicut, quaſi flos, Job. 14. v. 2., Pſal. 103. v. 15., Iſa. 40. v. 6. *Plur.* צִצִּים, *cum* Dageſch *loco vocalis longæ, videlicet pro* צִיצִים, *euphoniæ cauſa*; 1. Reg. 6. vv. 18. 29. 32. 35., flores; *Fœmin. conſtruct.* צִיצַת נֹבֵל, Iſa. 28. v. 4., flos caducus, decidens, *vel* marceſcens: II. *Metaphoricè* bractea, lamina, *quem quidem ſenſum habet*, *cum tribuitur auro*, *vel alio metallo in tenuiſſima folia inſtar* florum *expanſo*, *ità* Exod. 28. verſ. 36.,

36., 39. v. 30., Levit. 8. v. 9. III. Pluma, *quæ videl. ex avium corporibus* emergit, *ut* flos *ex ſcapo plantæ; inde* penna, pennata ala, *ex* plumis *conſtans; ſic* תְּנוּ־צִיץ לְמוֹאָב, Jerem. 48. verſ. 9., date alam, *ſive* pennam, *vel*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, florem Moabo: IV. *τὸ* צִיץ *Vulg.*, *Pagnino*, *& quibuſdam aliis eſt nom. propr.*, *nam*, 2. Paral. 20. v. 16. בְּמַעֲלֵה הַצִּיץ *reddunt* per clivum nomine Sis, *vel* Tzitzi; *Multis tamen ibi etiam eſt appellativum: vertunt ſiquidem*, per clivum, *vel* aſcenſum floris, *i. e.* floridum.

צִיצָה *f. Inde conſtr.* צִיצַת *vide ſupra in* צִיץ.

צִיצִת *f.* Cincinnus, *qui in hominibus idem eſt, quod* pluma *in avibus; Cum præfix.* בְּצִיצַת in cincinno, Ezech. 8. v. 3. *Item metaphoricè*, peniculamentum, peniculatus filorum textus, fimbria comata, *à* filorum reſolutione *dicta*, Numer. 15. vv. 38. 39.

צִיר *m. Vide ſupra poſt* צור *pag.* 1168.

צִית *Vide ſupra in* צות *pag.* 1172.

צְלָא *Chald.* oravit: *Pahel Particip.* וּמְצַלֵּא & orans erat, orabat, Dan. 6. verſ. 11. *Plur.* מְצַלַּיִן orantes, Eſdr. 6. verſ. 10.

צָלָה Aſſavit: *Inſin.* לִצְלוֹת ad aſſandum, 1. Sam. 2. v. 15. *Futur.* אֶצְלֶה בָשָׂר aſſabo carnem, Iſa. 44. verſ. 19., אֶצַּל, תֵּצַל, יִתְּצַל *vide ſupra in* נָצַל *pag.* 785., יִצְלֶה צָלִי aſſabit aſſaturam, Iſa. 44. v. 16., *ubi Vulg. habet*, coxit pulmentum. *Hiph.* הִצִּיל, הִצִּילָה, הִצִּילָךְ, לְהַצִּילוֹ, לְהַצִּילָם, מַצִּיל, מַצַּל, *&c. vide ſupra in* נָצַל *pag.* 784., 785., מַצֶּלֶת, מַצָּלָה, *& Futur. plur.* תְּצַלֶּנָה *vide in* צלל.

הַצָּלָה צִלָּה *Dictio compoſita, quam vide infra in* צֵל *poſt* צלל: הַצָּלָה *vide ſupra pag.* 786., לְהַצִּלָךְ *vide pag.* 785., *item* לְהַצָּלָה, *&* לְהַצָּלוּתָה *vide ſupra in* נְצַל *Chald. pag.* 785.

צִלָּה Tzillah, *& juxta Vulg.* Sella *nom. propr. mulieris*, Gen. 4. verſ. 19.

צֵל *Vide infra poſt* צלל *cum præfix.*, *& affix.*, *ſed* הַהַצֵּל, הַצֵּל *vide pag.* 785., *vide etiam, quod ſequitur.*

צָלִי *maſc.* Aſſum, aſſatura, *ut in præcedenti exemplo: Conſtr.* צְלִי־אֵשׁ aſſum ignis, *vel* igne, Exod. 12. v. 8. *Sed* בְּצִלִּי, בְּצִלּוֹ, *&c. vide in* צֵל *poſt* צלל.

צלול

צְלוּל *maſc.* Toſtum, torta, *& juxta Vulg.* ſubcinericius (panis), Jud. 7. v. 13., *ſcribitur cum* Vau, *ſed legitur per* Jod, *uti à* הָגָה meditari, *eſt* הָגִיג meditatio: *Alii*, *dictionem hanc à* צָלַל *derivantes*, *reddunt*, auditus-tremoris, *aut* ſtrepitus (panis).

צָלַח *Varia ſignificat ſecundum varia objecta, ad quæ refertur: Si ad* locum, pertranſit, proceſſit, pertigit, pervenit; *ſi ad* perſonam, inſiliit, irruit, invaſit, pervaſit; *ſi ad* alium optatum ſcopum, proſpero ſucceſſu uſus eſt, proſperè ſucceſſit, proſper, ſecundus, felix fuit, profecit; *item* profuit, aptus, commodus, utilis fuit. *Aliquando cum accuſat.*, *& cum* עַל- אֶל- *conſtruitur. Præter. fœm.* צָלְחָה proſperè ſucceſſit, proſpera fuit, proſperatur, Jerem. 12. v. 1., וְצָלְחָה עָלֶיךָ & inſiliet, irruet in te, 1. Sam. 10. verſ. 6. *Plur.* וְצָלְחוּ הַיַּרְדֵּן, 2. Sam. 19. v. 18., & tranſiverunt, trajecerunt Jordanem: *Imperat.* צְלַח proſperare, *& juxta Vulgat.* proſperè procede, Pſalm. 45. v. 5. *Futur. fœm.* וַתִּצְלְחִי לִמְלוּכָה Ezech. 16. v. 13., & proſperata fuiſti, *ſive*, *juxta Vulg.*, profeciſti in regnum; *quidam alii vertunt*, & perveniſti ad regnum; לֹא יִצְלַח לַכֹּל non prodeſt ulli rei, Jerem. 13. vv. 7. 10., יִצְלַח, Jerem. 22. verſ. 30., *& in pauſa* יִצְלָח, Iſa. 53. v. 10., 54. v. 17., proſperabitur; *item* פֶּן-יִצְלַח, Amoſ. 5. v. 6., ne fortè pervadat; *ubi Vulg. ſenſum optime expreſſit*; הֲיִצְלַח an proderit, nunquid utile erit? Ezech. 15. v. 4., *& in pauſa* הֲיִצְלָח nunquid proſperum ſucceſſum habebit, proſperabitur? Ezech. 17. v. 15., תִּצְלָח *f.* proderit, *& juxta Vulg.* ſuccedet in proſperum, Numer. 14. v. 41., *item* proſperabitur, proficiet, Ezech. 17. v. 9., Dan. 11. v. 27., הֲתִצְלָח an proſperabitur? Ezech. 17. verſ. 10., וַתִּצְלַח & irruit, inſiliit, inſiluit, invaſit, Jud. 14. vv. 6. 19., 15. v. 14., 1. Sam. 10. verſ. 10., 11. v. 6., 16. v. 13., 18. v. 10. *Hiph.* הִצְלִיחַ ſecundavit, proſperavit, proſperum effecit; *& intranſitivè* proſpero ſucceſſu uſus eſt, proſperè egit, ſecundatus, proſperatus fuit: *Præterit.* הִצְלִיחַ דַּרְכִּי ſecundavit, *& juxta Vulg.* direxit viam meam, Geneſ. 24. v. 56., *item* proſpere peregit, proſperatus eſt, 2. Paral. 7. v. 11., וְהִצְלִיחַ

& pro-

a proſperam efficiet, ſecundabit (viam tuam), Gen. 24. verſ. 40., הַהִצְלִיחַ an proſperum effecerit, *ſive* effeciſſet, Geneſ. 24. verſ. 21., *& cum affix.* הִצְלִיחוֹ ſecundavit, *& juxta Vulgat.* direxit eum, 2. Paralip. 26. verſ. 5. *Fœm.* וְהִצְלִיחָה & proſperabitur, Dan. 8. v. 12., הִצְלַחְתָּ proſperaberis, 1. Paral. 22. verſ. 11. *Partic.* מַצְלִיחַ ſecundans, Geneſ. 24. v. 42. *Item intranſitivè*, proſperans, proſperis rebus utens, Gen. 39. v. 2., בְּמַצְלִיחַ, Pſal. 37. v. 7., in proſperantem, *ſive* proſperam reddentem (viam ſuam); *LXX.*, *Vulg*, *& alii reddunt*, in eo, qui proſperatur (in via ſua): *Imper* וְהַצְלַח & proſperare, proſpero ſucceſſu utere, *ſive*, *juxta Vulg.*, & vade proſperè, 1. Reg. 22. vv. 12. 15., 2. Paralip. 18. verſ. 11. *Cum* ה *paragog.* הַצְלִיחָה Pſalm. 118. v. 25., Nehem. 1. verſ. 11., proſpera, ſecunda, proſperè ſuccedere fac; *Plural.* וְהַצְלִיחוּ & proſperamini, *vel*, *juxta alios*, & proſperabimini, 2. Paral. 18. v 14., 20. v. 20., *Vulgat. reddit*, & cuncta evenient proſpera: *Futurum* תַּצְלִיחַ proſperabis, proſperè ſuccedere facies, Deut. 28. v. 29., Joſ. 1. v. 8., *item* proſperum ſucceſſum habebis proſperè ages, *ſive*, *juxta Vulg.*, proficere poteris, 1. Paral. 22. v. 13., *Fœm.* וְלֹא תַצְלִיחִי לָהֶם, Jerem. 2. v. 37., & non proſperè cedet tibi, *ſive* non proſperaberis eis, *vel* in eis; יַצְלִיחַ proſperabitur, Pſal. 1. v. 3., יַצְלִיחַ לָנוּ ſecundabit nos, proſperitatem largietur nobis, Nehem. 2. verſ. 20., וַיַּצְלַח & proſperatus fuit, proſperè egit, 1. Paral. 29. verſ. 23., 2. Paral. 32. v. 30., *Fœm.* הֲתַצְלִיחַ דַּרְכֵּנוּ, Jud. 18. v. 5., an proſperabit viam noſtram; *Plur.* תַּצְלִיחוּ proſperabimini, 2. Paral. 13 v. 12., וַיַּצְלִיחוּ & proſperantur, Jerem. 5. v. 28., וַיַּצְלִיחוּ & proſperati ſunt, proſpero ſucceſſu uſi ſunt, 2. Paral. 14. v. 6.

צְלַח *Chald.* proceſſit, proſpero ſucceſſu uſus eſt, proſper, felix fuit: *Inde Aphel præter.* הַצְלַח proſperos effecit, Dan. 3. v. 30. *Item*, proſperè egit, Dan. 6. v. 28. *Partic.* מַצְלַח proſperatur, Eſræ 5. verſ. 8. *Plur.* וּמַצְלְחִין & proſperabantur, Eſdr. 6. v. 14.

צַלַּחַת *f.* Gabatæ, olla, paropſis, ſcutella, catillus, lebes, *juxta quoſdam ad figuram* gabatarum *formatus*; *eſt autem*

צְלָחָה

צְלָחָה *dictus ab Hebræis, quod ex ipſo, ſi non vitæ proſperitas, certè commoditas pendeat;* צַלַּחַת *vide mox infra: Plur. cum præfix.* וּבַצֵּלָחוֹת, 2. Paralip. 35. v. 13., in gabatis, *ſive* ollis, catillis.

צַלַּחַת *f. Idem ac ſupra: Cum præfix.* כַּאֲשֶׁר־יִמְחֶה אֶת־הַצַּלַּחַת 2. Reg. 21. v. 13., ſicut qui abſtergit gabatam, *ſive* ſcutellam; *Sed Vulg. habet*, ſicut deleri ſolent tabulæ; מָחָה *ſiquidem alibi* abſtergere, *alibi* delere *ſignificat: Item* צַלַּחַת *eſt, juxta multos*, axilla, aſcella, manica, ſinus, *qui ironicè ſic appellatur, quod* lebetis *modo concavus ſit: Occurrit cum præfix.* בַּצַּלַּחַת in ſinu, *ſive, juxta Vulg.*, ſub aſcella, Prov. 19. v. 24., 26. v. 15. *Sed hiſce etiam in locis Hebræi, aliique in prima ſignificatione exponunt, videl.* in paropſidem, in lebetem.

צְלֹחִית *f.* Paropſis, patina, phiala, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, vas, 2. Reg. 2. v. 20.

צָלַל Tinniit, palpitavit: *Item* profundum petiit, in profundum merſus eſt: *Item* obtectus, obumbratus eſt. *Notat autem Joa. Simon, primam hujuſce verbi ſignificationem eſſe* propriam; *duas alias* mutuo *aliunde* petitas, *à verbis ſcil.* צוּל profundum, *&* טָלַל texit, obtexit. *Præt. plur.* לְקוֹל צָלְלוּ שְׂפָתַי, Habac. 3. v. 16., ad vocem *hanc, ſive* rumorem *iſtum* tinnierunt, palpitaverunt, *vel* murmur ediderunt labia mea; tinnitus *autem iſte fit, juxta R. Davidem, & Aben Eſram, cum ob pavorem nimium contingunt, & percutiunt ſe ſe* labia; *Vulgat. vertit*, à voce contremuerunt labia mea; *item* in profundum merſi ſunt, Exod. 15. v. 10., כַּאֲשֶׁר צָלֲלוּ שַׁעֲרֵי יְרוּשָׁלַם, Nehem. 13. v. 19., quum obumbrarentur, *vel* obtenebratæ eſſent, *i. e.* obtenebreſcere cœpiſſent portæ Jeruſalem, *nempe, ut exponit David Kimchi*, cum ſol ad veſperam, ad occaſum inclinaret, *portiſque civitatis occultaretur; Vulgat. optime vertit*, cum quieviſſent portæ Jeruſalem (in die ſabbati); *tunc enim* portæ *claudebantur, ac propterea* quieſcebant: *Futur. plur.* תְּצִלֶּינָה tinnient, 2. Reg. 21. v. 12., Jer. 19. v. 3. *Hiph. Part.* מֵצַל obumbrans, umbram faciens, Ezech. 31. v. 3., מְצִלָּה, מְצִלֹּת *vide inter nomina: Futur. plur.* תְּצִלֶּנָה שְׁתֵּי אָזְנָיו tinnient ambæ aures ejus, 1. Sam. 3. v. 11.

צָלַל.

צֵלֶל maſc. Umbra, obumbratio: *Cum affix.* צִלְלוֹ umbra ſua, Job. 40. v. 22. *Plural.* צְלָלִים umbræ, Cant. 2. verſ. 17. *Conſtr.* צִלְלֵי עֶרֶב umbræ veſpertinæ, Jerem. 6. v. 4. *Huc referunt quidam*, צֶאֱלִים umbroſa, umbroſæ arbores, *cum loco* ל *geminandi*. *Vide ſupra pag.* 1143.

צְלָלוֹת *Vide paullò ante poſt* צֵלָה *pag.* 1178.

צֵל *m.* Umbra, obumbratio: *Item metaphorice* obtectio, protectio, præſidium: *Cum præfix.* הַצֵּל umbra, 2. Reg. 20. v. 9., בְּצֵל, Geneſ. 19. v. 8., בַּצֵּל, Jon. 4. v. 5., in umbra; כְּצֵל ſicut umbra, Pſalm. 102. v. 12., לְצֵל umbræ, 2. Reg. 20. v. 10., לְצֵל־יוֹמָם in umbraculum diei, Iſa. 4. v. 6. *Cum affix.* בְצִלִּי in umbra mea, Jud. 9. v. 15., צִלְּךָ protectio tua, Pſalm. 121. v. 5., צִלֵּךְ umbra tua, Iſa. 16. verſ. 3., בְּצִלּוֹ in umbra, umbraculo ejus, Cant. 2. v. 3., Thren. 4. v. 20., Ezech. 31. verſ. 17., מִצִּלּוֹ de umbra ejus, Ezech. 31. verſ. 12., צִלָּהּ umbra ejus, Pſal. 80. v. 11., Hoſe. 4. v. 13., בְּצִלָּהּ in umbra ejus, Iſa. 34. v. 15., צִלָּם umbra, *i. e.* protectio, præſidium eorum, Num. 14. v. 9.

מְצֻלָּה *f.* Locus profundus: *Cum præfix.* בַּמְּצֻלָּה in profundo, Zach. 1. v. 8.

מְצִלָּה *f.* Tintinnabulum, cymbalum, *à* tinnitu: *Plur.* מְצִלּוֹת tintinnabula, *quæ ad collum, vel ad phaleras equorum appenduntur, ita reddunt Buxtorfius, & alii; Sed LXX., & Vulg. vertunt* frœnum. *Duale* מְצִלְתַּיִם, *& in pauſa* מְצִלְתָּיִם tintinnabula, cymbala, Nehem. 12. verſ. 27., 1. Paral. 15. v. 16., *&c.*, *ut autem quidam obſervant, eſt ſub forma* duali, *ob* binas laminas *æreas, quæ percuſſæ invicem ſe tangunt, ſonumque edunt*.

צֶלְצֶל *m.* Tintinnabulum, tibia, fiſtula, cymbalum, *à* tinnitu: *Sed* צִלְצַל *vide infra*: *Plur.* וּבְצֶלְצְלִים & in cymbalis, 2. Sam. 6. v. 5. *Conſtr.* בְּצִלְצְלֵי־שָׁמַע הַלְלוּהוּ בְּצִלְצְלֵי תְרוּעָה, Pſalm. 150. v. 5., in cymbalis auditus, *ſive* auditionis, *i. e.* ſonoris, laudate eum in cymbalis clangoris, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, jubilationis.

צִלְצַל *m.* Umbroſa denſa, *vel* inumbrans, obumbrans, faciens umbram, *juxta quoſdam*: *Item* fuſcina, fuſcella piſcatoria, *quæ* in profundum mergitur, *inſtrumentum ſcil.*, quo

quo transfigitur caput piſcis exiſtentis in aqua, & *fa[illegible]t ip ſum ex aqua aſcendere*, *i. e.* hamus, *vel* culter piſca[illegible]rius; *Alii arbitrantur*, *eſſe inſtrumentum è virgis confectu[illegible]*, *in quod quum caput piſcis intraverit*, *capitur*, *id eſt* [illegible], naſſella: *Conſtr* הוֹי אֶרֶץ צִלְצַל כְּנָפָיִם, Iſa. 18. v. 1., væ terræ umbranti alis, *vel* umbroſæ denſæ alis, *ita* [illegible] *cum Aq.*, & *Buxtorfio*: *Sed LXX.*, *Theod.*, & *alii vertunt*, væ terræ navium alis, *i. e.* velis, *vel* remis *inſtructarum*, *Sym.*, & *alii habent*, væ terræ ſonus, ſtrepitus alatus, *ſive* alarum, *vel* bellicarum navium, *i. e.* velorum; *Vulgat.*, & *alii*, *ad* cymbali *notionem*, *de qua ſupra*, *referentes*, *reddunt*, væ terræ cymbalo alarum, *id eſt* alato, *ſive* ſiſtro ex utroque latere habenti virgulas recurvas inſtar alarum: *Cum præfix.* וּבְצִלְצַל דָּגִים רֹאשׁוֹ, Job. 40. v. 31., aut naſsâ, *ſive* fuſcinâ piſcium, *i. e.* piſcatoria, caput ejus (implebis)? *ubi occurrit figura*, *hypallage dicta*, *nempe* vocum commutatio, *ita ut ſenſus*, *juxta quoſdam ſit*, aut (implebis) naſſam, *vel* fiſcellam piſcium, *id eſt* piſcatoriam capite ejus? *Vulg.* & *alii reddunt*, & gurguſtium piſcium capite illius?

צְלָצַל *m. Occurrit cum præfix.* הַצְּלָצַל, Deut. 28. v. 42., & *in varium ſenſum accipitur*: *Buxtorfio eſt* ſideratio, *arborum vitium*; *LXX.*, & *Vulg.*, & *aliis eſt* rubigo, ærugo; *multis vero eſt* locuſta, & *quidem*, *ut R. Salomon in* Paralip. 13. v. 8. *ſcribit*, & *cum ipſo notarunt alii*, clamoſa, *dicta ſcil.* צְלָצַל *à* continuo ſtrepitu, & ſtridore.

צלם *m.* Imago, Geneſ. 9. v. 6., צֶלֶם, צְלֵם *Chald. vide infra*: *Sed* צֶלֶם *dictio eſt compoſita*, *quam vide ſupra* צַל *pag.* 1181., & הַצִּילָם, &c., *vide ſupra in* נָצַל *pag.* 784., 785. *Cum affix* בְּצַלְמֵנוּ in imagine noſtra, Geneſ. 1. v. 26., בְּצַלְמוֹ ad imaginem ſuam, Geneſ. 1. v. 27., צַלְמָם imago ipſorum, Pſal. 73. v. 20. *Plur. conſtr.* צַלְמֵי imagines, ſtatuæ, Num. 33. v. 52. *Cum affix.* אֶת־צְלָמָיו imagines ejus, 2. Reg. 11. v. 18., צַלְמֵיכֶם imagines veſtræ, Amoſ. 5. v. 26.

צְלֵם, צֶלֶם *maſc. Chald.* imago, ſculptile, idolum, ſimulachrum, ſtatua, Dan. 2. vv. 31. 32. 34. 35. צְלֵם דַּהֲבָא ſtatuæ auri, *id eſt* aureæ, Dan. 3. v. 5.

צְלֵמָא *m. Chald.*, *ſed in ſtatu emphatico*, ſtatua; צַלְמָא דִכֵּן ſtatua hæc, *ſive* illa, Daniel. 2. verſ. 31., הוּא צַלְמָא רֵאשֵׁהּ ipſa, *ſive* hujuſmodi (erat) ſtatua, caput ejus, Dan. 2. verſ. 32., לְצַלְמָא ſtatuæ, Dan. 3. verſ. 15.

צַלְמָוֶת *fœm.* Umbra-lethalis, caligo, imago, umbra mortis, i. tenebræ ſummæ, *quales in ſtatu* mortis; *compoſita vox ex* צ umbra, & מָוֶת mors. *Sunt tamen*, *qui a radice præcedenti* צלם *derivant*, *ita ut* צַלְמָוֶת *ſit pro* צלמות, *vel* צַלְמוּת, & *per ſe* tenebras *deſignet*: *Occurrit* Job. 3. v. 4., &c., Pſalm. 23. v. 4., Iſa. 9. v. 1., &c.

צַלְמוֹן *m.* Tenebræ, caligo, *ſive* obſcuritas magna, *ſecundum Buxtorfium*, & *quoſdam alios*: תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן, Pſal. 68. v. 15., albeſcet, alba facta eſt in caligine; *Chaldæus vertit*, בְּטוּלָא דְמוֹתָא in umbra mortis; *Sed LXX.*, *Vulgat.*, *Æthiop.*, *Pagnino*, *aliiſque* τὸ צַלְמוֹן *eſt nomen propr. montis*, *incerti adhuc*, *ut notat Reland. Palæſt.*

צַלְמוֹן Tzalmon, & *juxta Vulg.* Selmon, *nom. propr. montis*, Jud. 9. v. 48.

צַלְמֹנָה Tzalmonáh, & *juxta Vulg.* Salmona, *nom. propr. loci*, Num. 33. v. 41.

צַלְמֻנָּע Tzalmunná, & *juxta Vulg.* Salmana, *nom. propr. regis Madian*, Jud. 8. vv. 6. 7., Pſalm. 83. v. 12.

* מְצַלִּין *Vide ſupra in* צְלָא *Chald. pag.* 1177.

צָלַע Claudicavit: *Item* incurvavit ſe, inclinavit ſe, curvus fuit: *Partic.* צֹלֵעַ עַל־יְרֵכוֹ, Geneſ. 32. v. 32., claudicans in femur ſuum, *ſive* in latus labens; *Vulg. vertit*; claudicabat pede: *Fœm.* הַצֹּלֵעָה claudicans, Mich. 4. vv. 6. 7., Soph. 3. v. 19.

צֶלַע, *vel* צֵלָע *m.* I. Claudicatio, incurvatio: II. Coſtæ, *à* curvationis *forma ſic dictæ*: III. *Per ſynecdochen totius eſt* latus, *à* variis *ſcil.* coſtarum curvaturis *dictum* צֵלָע: IV. *Metaphoricè uſurpatur pro* latere *cujuslibet rei*, *uti* montis, tabernaculi, altaris, januæ; *item pro* ſubſtructione laterali, *pro* cella *ſcil.*, cubiculo, *ad* latus *Templi exſtructo*: V. *Metonymicè uſurpatur pro* iis, quibus latera ædificii conſtruuntur, *ut ſunt* trabes, aſſeres, tabulæ: VI. צֵלָע, Joſ. 18. v. 28., *eſt nom. propr. urbis Tribus Benjamin*; צֵלָע אֶל־צֵלָע, Ezech. 41. v. 6., ſubſtructio ad ſub-

ſtructionem, *ſive* latus ad latus: עַל־צֶלַע צָפוֹן, Exod. 26. v. 35., à latere, *i. e.* à parte, *ſive* à plaga Aquilonis הַצֵּלָע coſta, Geneſ. 2. v. 22., latus, 1. Reg. 6. v. 8. וְרֹחַב הַצֵּלָע, Ezech. 41. v. 5., & latitudinem lateris, *eſt* ſubſtructionis; בְּצֵלָע in latere, 2. Sam. 16. verſ. 13 *ſed* בְּצֵלָע, 2. Sam. 21. v. 14., *multis eſt nom. propr. u bis, redditurque* in Tzelan; *Vulg.*, *& alii vertunt*, in latere; לְצֶלַע נָכוֹן, Pſalm. 38. v. 18., ad claudicationem *ſive* ad exitium, in caſum paratus, pronus; *LXX.*, *Vulg. vertunt*, in flagella paratus; *item* lateri, Exod. 26. verſ. 20., 36. v. 25., לַצֵּלָע ſubſtructioni laterali, Ezech. 41. v. 9. *Cum affix.* שֹׁמְרֵי צַלְעִי, Jerem. 20. v. 10., obſervantes claudicationem meam, *i. e.* ſi quando labar, *a* offendam *in re aliqua*; *Vulgat. habet*, cuſtodientes latus meum; וּבְצַלְעִי, Pſalm. 35. v. 15., & in claudicatione mea, *i. e. quum ruinæ propinquus viderer*; *LXX.*, *& Vulgat.*, *hoc etiam in loco in ſignificatione* lateris *accipientes vertunt*, & adverſum me; עַל־צַלְעוֹ הָאֶחָת in latere ejus uno, Exod. 25. v. 12., וְאֵיד נָכוֹן לְצַלְעוֹ, Job. 18. verſ. 12., & calamitas, *ſive* eventus malus paratus, comparatus lateri, *ſeu* ad latus ejus, *q. d. ei imminebit*, *& preſtò aderit*; *Vulgat. vertit*, & inedia invadat coſtas illius *id eſt ipſummet*: *Plur. m.* שְׁנֵי צְלָעִים הַדֶּלֶת הָאַחַת גְּלִילִים 1. Reg. 6. verſ. 34., duo latera, *id eſt* duæ valvæ januæ uni verſatiles; *Vulgat. habet*, & utrumque oſtium duplex erat: *Plur. fœm.* צְלָעוֹת latera, *ſive* ſubſtructiones laterales, 1. Reg. 6. v. 5., Ezech. 41. v. 9., עַל־הַצְּלָעוֹת per trabes, aſſeres, contabulationes, 1. Reg. 7. verſ. 3 הַצְּלָעוֹת latera, ſubſtructiones laterales, Ezech. 41. v. 8 וְהַצְּלָעוֹת צֵלָע אֶל־צֵלָע, Ezech. 41. v. 6., & cellæ laterales, cella ſuper cellam, *ſive*, *juxta Vulg.*, latera autem latus ad latus; לַצְּלָעוֹת lateribus, *i. e.* ſubſtructionibus lateralibus, Ezech. 41. vv. 6. 7. *Conſtruct.* צַלְעֹת latera Exod. 25. v. 14., *&c.*, *item ut multi reddunt*, ſubſtructiones laterales, Ezech. 41. v. 26., בְּצַלְעוֹת tabulis, 1. Reg. 6. vv. 15. 16. *Cum affix.* צַלְעֹתָיו latera ejus, Exod. 30. v. 4., 37. v. 27., מִצַּלְעֹתָיו ex coſtis ejus, Gen. 2. verſ. 21.

Tzalaph, *& juxta Vulg.* Seleph, *nom. propr. viri*, Nehem. 3. v. 30.

צְ Tzelophhad, *& juxta Vulg.* Salphaad, *nom. propr. viri*, Num. 26. v. 33., 1. Paral. 7. v. 15.

צְלָ, צִלְצַל, *&c. Vide ſupra pag.* 1181. 1182.

ק Tzelek, *& juxta Vulg.* Selec, *nom. propr. viri*, 2. Samuel. 23. v. 37., 1. Paral. 11. v. 39.

צִ Tzilletai, *& juxta Vulg.* Selethai, Salathi, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 8. v. 20., 12. v. 20.

מְצִלְתַּיִם *Vide in* מְצִלֶּת *pag.* 1181.

צמא Sitivit: *Aliud* צָמָא *vide inter nomina: Præter. fœm.* צָמְאָה ſitit, ſitivit, Pſalm. 43. v. 3., 63. verſ. 2., וְצָמִת & ſities, Ruth. 2. v. 9., *cum* Chirek, *more verborum quieſcentium tertia* ה, *tamquam ſcil. à* צָמָה: צָמִתִי, Jud. 4. v. 19., *ubi nonnulli codices habent* צָמֵאתִי, ſitio: *Futur.* וַיִּצְמָא & ſitivit, Exod. 17. v. 3. *Plur.* תִּצְמָאוּ ſitietis, Iſa. 65. v. 13., יִצְמָאוּ ſitient, Iſa. 49. v. 10.

צָמֵא Sitiens, ſitibundus, Iſa. 21. v. 14. *Plur.* צְמֵאִים ſitibundi, Pſalm. 107. v. 5. *Fœm.* הַצְּמֵאָה ſitienti, Deut. 29. v. 19. *Vide infra* צִמְאָה.

צָמָא *m.* Sitis, Iſa. 5. verſ. 13., בַּצָּמָא in ſiti, Exod. 17. v. 3. *Cum affix.* וְלִצְמָאִי & ad ſitim meam, Pſalm. 69. v. 22., צְמָאָם ſitim ſuam, Pſalm. 104. v. 11., לִצְמָאָם ad, *ſive* propter ſitim ſuam, *vel* eorum, Nehem. 9. v. 15.

צִמְאָה *f.* Sitis: *Cum præfix.* מִצִּמְאָה à ſiti, Jerem. 2. v. 25.

צְמָאָה *Dictio compoſita, quam vide ſupra in* צָמָא.

צִמָּאוֹן *m.* Sitis ſumma, locus ſiticuloſus, *atque* aridus, *& quidem* ſumme, *propter ſcil.* Nun *in fine, augmenti nota*: וְעַקְרָב וְצִמָּאוֹן, Deut. 8. v. 15., & ſcorpio, & ſitis, *id eſt* locus ſitis, locus ſiticuloſus, aridus, *juxta multos*; *At S. Hieronymus, Vulg., & quidam alii habent*, & ſcorpio, ac dipſas. *Atque hæc quidem vocis* צִמָּאוֹן *interpretatio aptiſſima eſt, quidquid contra ſtatuat Bochartus* Part. 2. de animalibus Sacræ Scripturæ lib. 3. capit. 8. Dipſas *inprimis eſt quædam* ſerpentis *ſpecies, viperæ ſimilis, quæ nomen eſt ſortita ab* inexplebili ſiti, *quam ſuo excitat morſu*; *reſpondet itaque hebrææ dictioni* צִמָּאוֹן: *Deinde congruit Moſaicæ orationis nexui*; *τὸ enim* צִמָּאוֹן *per copulam* Vau *jungitur anima-*

animalium ſpeciebus, quæ ante recenſentur, id eſt ſerpenti, & ſcorpioni: *Tandem & LXX. per* τὸ δίψα *deſignare voluiſſe, non* ſitim, *vel* locum ſitis, *ſed* ſerpentis *ſpeciem, ſunt arbitrati, præter Hieronymum, alii Interpretes, linguæ græcæ peritiſſimi, uti videre eſt apud Ariam Montanum, & Matthæum Poli. Nec mirum quod hoc uno loco* צִמָּאוֹן *ſit nomen* appellativum; *ſecus vero in aliis ubique uſurpetur: Hoc enim non ſemel apud Auctores ſacros occurrit.* וְצִמָּאוֹן לְמַבּוּעֵי מָיִם, Iſa. 35. v. 7., & locus ſitis, *id eſt* ſiticuloſus, aridus in ſcaturigines aquarum, *ſive, juxta Vulgat., alioſque,* & ſitiens *terra* in fontes aquarum: וּמֹצָאֵי מַיִם לְצִמָּאוֹן & exitus aquarum in ſitim, Pſalm. 107. v. 33.

צָמַד Copulavit, conjunxit, colligavit, alligavit; *in Kal inuſit. Niph.* נִצְמַד conjugavit, copulavit ſe, *& juxta Vulg.* initiatus eſt: *Particip plural.* הַנִּצְמָדִים qui copulati ſunt, *vel* copularunt ſe, *& juxta Vulg.* initiati ſunt, Numer. 25. v. 5. *Futur* וַיִּצָּמֶד יִשְׂרָאֵל לְבַעַל פְּעוֹר, Numer. 25. v. 3., & copulavit, & conjugavit ſe Iſrael cum Bahal-pehor; *Vulgat. vertit*, initiatuſque eſt Iſrael Beelphegor: *Plur.* וַיִּצָּמְדוּ & copulaverunt ſe, *ſive, juxta Vulg.,* & initiati ſunt, Pſalm. 106. verſ. 28. *Pyh. Partic fœm.* וְעָלָו חֲגוֹר חֶרֶב מְצֻמֶּדֶת עַל־מָתְנָיו, 2. Sam. 20. verſ. 8., & ſuper ipſam (*nempe* veſtem) cingulum gladii copulati, conjuncti, *ſive* alligati, *vel* adhærentis lumbis ejus, *ſive* ſuper ilia ejus. *Hiph. Futur.* תַּצְמִיד מִרְמָה copulas, concinnas dolum, Pſalm. 50. v. 19.

צֶמֶד *m.* Copulatio, copula, copulatum: *Sed in ſpecie* jumentum conjugatum, par, *ſive* bigæ jumentorum copulatorum, jugum, *à* jungendo *dictum*: *Et metonymicè* jugerum, *i. e.* tantum agri ſpatium, quantum uno pari, *ſive* jugo boum arari poteſt: צֶמֶד חֲמוֹרִים par aſinorum, *ſive* duo aſini, Jud. 19. vv. 3. 9. 10., 2. Sam. 16. v. 1., צֶמֶד בָּקָר jugum, *ſive* par boum, *i. e., ut habet Vulg.* utrumque bovem, 1. Sam. 11. v. 7., *ita* 1. Reg. 19. v. 21., Job. 1. v. 3., כְּבַחֲצִי מַעֲנָה צֶמֶד שָׂדֶה, 1. Samuel. 14. v. 14., quaſi in medio, in dimidio ſulci, *itionis ſcil.* boum, jugeri agri; *Vulgat. periphraſi uſus vertit*, in media parte jugeri, quam par boum in die arare conſuevit; מִשְּׁנֵי צְמָדִים

פְּרָדִים onus paris mulorum, *id eſt* bigæ mularis, 2. Reg. 5. verſ. 17., צֶמֶד פָּרָשִׁים (equitatus) paris, *ſive* duplicis ordinis equitum, Iſa. 21. v. 7 *Cum affix.* וְצִמְדּוֹ & jugum ejus, *id eſt* jumentum conjugatum ejus, *ſive* par ejus, *boum ſcil. ſeu aliorum jumentorum*, Jerem. 51. verſ. 23. *Plur.* צְמָדִים jugis, paribus boum, 1. Reg. 19. verſ. 19., רֹכְבִים צְמָדִים equitantes pares, bini pariter, 2. Reg. 9. v. 25. *Conſtr.* צִמְדֵּי־כֶרֶם jugera vinearum, Iſa. 5. v. 10.

צָמִיד *m. Eſt* I. Operculum, filo *ſcil.* vaſi alligatum, Numer. 19. v. 15., *ubi à Buxtorfio redditur* copulatus, conjugatus: II. Armilla, *ornamenti genus manibus, aut brachiis* conjunctum, *ſive* alligatum, *ità* Numer. 31. v. 50. *Plur.* צְמִידִים, Gen. 24. verſ. 22., Ezech. 16. verſ. 11., 23. v. 42., *&* הַצְּמִידִים, Gen. 24. vv. 30. 47., armillæ.

צַמָּה *ſ. Vide poſt* צָמַם: *Sed* צַמָּה, *quod ità, i. e. cum* ה *in fine, occurrit ſcriptum in quibuſdam codicibus apud* Iſa. 5. v. 13., *vide in* צָמֵא: צָם, צַמְתָּ, צַמְתִּי, צַמְנוּ, צַמְכֶם *vide ſupra in* צוּם, *&* צוֹם: צָמֵתִי *vide in* צָמֵא: נִצְמַתִּי, *item* הַצְּמִתָה *vide in* צָמַת: *Plur. m.* צַמִּים *vide infra poſt* צָמַם.

צָמַח Pullulavit, germinavit, effloruit, refloruit, provenit, ortus, exortus eſt: *Præter.* צָמַח־בּוֹ effloruit, *ſive* ortus fuit in eo (capillus), Num. 13. v. 37. *Plur.* וְצָמְחוּ, בְּבֵין חָצִיר, Iſa. 44. v. 4., & effloreſcent, *ſive* germinabunt in inter gramen, *vel* herbam; *ſunt, qui arbitrantur*, בְּבֵין *legendum* כְּבֵין quaſi, velut (inter herbam): *Partic.* צֹמֵחַ pullulans, Eccleſ. 2. v. 6., הַצֹּמֵחַ quidquid oritur, Exod. 10. v. 5. *Plural. fœm.* צֹמְחוֹת provenientes, germinantes, progerminantes, Gen. 41. vv. 6. 23. *Futur.* יִצְמַח, Job. 5. v. 6., *& in pauſa* יִצְמָח, Gen. 2. v. 5., Zach. 6. v. 12., orietur, efflorelcet, germinabit; *Plur. in pauſa* יִצְמָחוּ germinabunt, Job. 8. v. 19., *Fœm.* תִּצְמַחְנָה germinent, oriantur, Iſa. 42. v. 9. *Pih. Præt.* צִמֵּחַ germinaverat, Ezech. 16. v. 7 *Infin.* לְצַמֵּחַ refloreſcere, renaſci, Jud. 16. v. 22. *Futur.* יְצַמַּח refloreſcat, creſcat, 2. Sam. 10. v. 5., 1. Paral. 19. v. 5. *Hiph. cum affix.* וְהִצְמִיחָהּ facit, ut producat ipſa, Iſa. 55. v. 10. *Partic.* מַצְמִיחַ, Pſalm. 104. v. 14., *& cum præfix.* הַמַּצְמִיחַ, Pſalm. 147. v. 8, faciens, ut germinet: *Infin.* וּלְהַצְמִיחַ & ut germinare fa-

 ciat,

ciat, Job. 38. verſ. 27. *Futur.* אַצְמִיחַ provenire faciam, Pſalm. 132. verſ. 17., *item* germinare faciam, Jerem. 33. v. 15., *item* creſcere, pullulare faciam, Ezech. 29. verſ. 21., יַצְמִיחַ germinare faciet, proferet, 2. Sam. 23. v. 5., Iſa. 61. v. 11., וַיַּצְמַח & germinare, creſcere fecit, Geneſ. 2. v. 9., תַּצְמִיחַ proferet, Gen. 3. v. 18., תַּצְמִיחַ effloreſcat, Iſa. 45. v. 8.

צֶמַח *m.* Germen, Iſa. 4. v. 2. *Cum affix.* תוֹצִיא צִמְחָהּ producet germen ſuum, Iſa. 61. v. 11.

צָמַם *Radix Hebræis inuſit. Eſt autem Chaldæis*, arctavit, conſtrinxit, *ſive, juxta alios*, operuit, texit, velavit: *Æthiopibus*, obligavit, ligavit; *item* tacuit, ſiluit; *Arabibus*, percuſſit, *fuſte ſcilicet, vel* lapide; *item* ſurdus fuit, obturavit, *ſcilicet aures*; *item* obduxit, obmutuit. *Inde, ut Joa. Simoni videtur, ſunt*

צַמָּה *f.* Coma, *propriè* conſtricta, *&* plexa, cirrus, crines, *juxta Buxtorſium, & multos alios: Conſtr. cum affix.* גַּלִּי צַמָּתֵךְ, Iſa. 47. v. 2., denuda, diſſolve crines tuos, *ſive* comam tuam, cirrum tuum; *alii aliter vertunt*; *Vulgat. habet*, denuda turpitudinem tuam, *capitis ſcil.*, & comæ tuæ, *præcidendo capillitium, ut appareat* turpido, *id eſt calvitium tuum: Nec hujuſmodi interpretatio peſſima, & abſque ulla probabili ratione eſt, quemadmodum in hunc locum effutit Vitringa*; *Nam ipſo fatente ibidem in* verſ. 3., *ubi populus ornamentis ſuis nudatur, conſpicitur abſque decore, comptu, & conſtituitur in ſtatu ſervitutis, probri, &c., qui ſtatus ut* pudendus, *ſic conſcientiæ ejus gravis eſt*, turpis, *atque moleſtus: At* coma, cirrus, *ſive* cincinnus *eſt unum ex præcipuis ornamentis, quibus nobiles fœminæ tunc maxime delectabantur; detonſa propterea, vel incompta cæſaries mulieribus eſt quid* turpe, *atque* pudendum: *Sed & fidenter nimis addit idem Vitringa, vocem* צַמָּה *clarè ita deſignare* capillitium, *ut nulla poſſit eſſe dubitatio: Nam, ut ipſemet ibidem ſcribit, LXX. verterunt*, τὸ κατακάλυμμά σου operimentum tuum; *Aquila vero, & Theodotio, qui vocem* Tzammatech *hic retinuerunt, videntur vel in dubio hæſiſſe, vel quod* turpe *iis obverſabatur, exprimere noluiſſe. Sapienter ergo Hieronymus, ut ſenſum certo exprimeret, in genere*

vel

vertit turpitudinem tuam. מִבַּעַד לְצַמָּתֵךְ, Cant. 4. vv. 1. 3., 6. verſ. 7., præ crine tuo, *vel* præter crines tuos, *juxta Buxtorfium*; *Joa. Simon vertit*, ex circâ, ex ambitû, *i. e.* inter comam plexam tuam; *Alii aliter ſunt interpretati*; *LXX. habent*, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου extra taciturnitatem tuam; *Sym. reddit*, σκεπόμεναι καλύμματι tectæ operimento; *Vulg. vertit*, abſque eo, quod intrinſecus latet, & abſque occultis tuis; *videntur* צַמָּה *derivaſſe à radice* צָמַם, *prout ſignificat*, operuit, texit, velavit, *vel* ſiluit. *Tandem Junius*, & *Tremellius ita exponunt*, præ crine tuo *modeſtè*, & *pudicè* compoſito, & *reducto procul ab* oculis; *non autem projecto*, & *laſcivè extuberante*, *quod impudicarum eſt*.

צַמִּים *m.* Job. 5. v. 5., 18. v. 9., *varium in ſenſum accipitur*: *Buxtorfio*, & *quibuſdam aliis eſt ſingulare*, *redditurque*, horridus, *q. d.* crinitus, *i. e.* prædo, latro; *Nam hi* comam *alere ſolent*, & horridi *incedere*, *ut ſcribit Rabbi Levi Gerſon*: *Joanni Simoni magis arridet ſententia illorum*, *qui hominem* durum *ita*, *ut ſive ex* crudelitate, *ſive ex* avaritia *flecti nequeat*, *intelligunt*: *Sed LXX.*, & *Aqu.*, *dictionem hanc à* צָמָא ſitivit *derivantes*, *verterunt*, διψῶντες, *i. e.*, *ut habent Vulg.*, & *alii*, ſitientes; cap. *vero* 18. v. 9. *ab iiſdem redditur in ſingulari*, ſitis.

צָמַק Aruit, flacceſcuit: *Partic. plur.* וְשָׁדַיִם צֹמְקִים & ubera flaccida, *ſive* arida, arentia, ſicca, Hoſ. 9. v. 14.

צִמּוּק *m. Inde plur.* צִמּוּקִים, *item* צִמֻּקִים uvæ paſſæ, arefactæ, *ſive* ſiccatæ, maſſæ, *vel* ligaturæ uvarum paſſarum, 1. Samuel 25. v. 18., 30. v. 12., 2. Samuel. 16. v. 1., 1. Paral. 12. v. 40.

צָמַר *Radix Hebræis inuſit. Sed Chald. eſt*, caluit: *Arabic. vero eſt*, imbecillis fuit: *Æthiopibus*, fovit, veſtibus operuit. *Inde*, *ex ipſo ſcil. uſu*, *ſunt*

צֶמֶר *m.* Lana, lanugo, vellus, laneum, lanea *veſtis*, Levit. 13. verſ. 47., *&c. In pauſa* אֵילִים צָמֶר (centum millia) arietum lanæ, *vel* cum lana, 2. Regum 3. verſ. 4. *Cum præfix.* כַּצֶּמֶר, Iſa. 1. verſ. 18., & כַּצָּמֶר, Pſalm. 147. verſ. 16., ſicut lana: *Cum affix.* צַמְרִי lana mea, Hoſ. 2. v. 7. 11. *Fœm.* צְמֶרֶת *vide infra*.

צְמָרִי Tzemarì, *& juxta Vulg.* Samaræus, *nom. propr. viri vel nomen patronymicum virorum oriundorum ex* צְמָר Tzemar, *filio Chanaan*, Gen. 10. v. 18.

צְמָרַיִם Tzemaraim, *& juxta Vulg.* Samaraim, *item* Semeron, *nom. propr. urbis Tribus Benjamin*, Joſ. 18. v. 22. *item nom. propr. montis*, 2. Paral. 13. v. 4.

צַמֶּרֶת Calamus, ſurculus, ramus ſummus, *ſic dictus quaſi* lanuginoſus, *vel à* זָמַר amputavit, *quod ad inſitionem* amputari, *&* avelli *ſoleat*, *& ita* ז, *&* צ *permutantur*; *ſive*, *ut Joannnes Simon arbitratur*, *ea voce deſignatur* ramus gracilior, ramuſculus, *vel* pars rami gracilioris, *à rad. Arab.* צמר imbecillis fuit: וַיִּקַּח אֶת־צַמֶּרֶת הָאָרֶז, Ezech. 17. v. 3., & abſtulit ſurculum, *ſive* ramum ſummum cedri; *Vulg. reddit*, & tulit medullam cedri; *ubi ſenſum certe*, *licet non verbum*, *expreſſit*: מִצַּמֶּרֶת de ramo ſummo, *& juxta Vulgat.* de medulla, Ezech. 17. v. 22. *Cum affix.* צַמַּרְתּוֹ calamus, ramus ſummus, *ſive* cacumen ejus, Ezech. 31. vv. 3. 10., צַמַּרְתָּם (ponent) ſummum calamum, *ſive* ramum ſuum, *aut* eorum, Ezech. 31. v. 14., *ubi Vulg. optime reddit* ſublimitatem ſuam.

צמת Exſcidit, ſuccidit, *ſive*, *juxta alios*, conſtrinxit: צָמַת *vide in* צָמָא. *Præter. plural.* צָמְתוּ בַבּוֹר חַיָּי, Thren. 3. verſ. 53., excindunt, *ſive* exciderunt in fovea vitam meam; *Alii habent*, conſtrinxerunt in fovea vitam meam, *id eſt* mancipaverunt me foveæ; *Vulg. vertit*, lapſa eſt in lacum vita mea: *Sed tum affix.* צְמָתַנִי *vide ſupra in* צום *pag.* 1161. *Niph. Præter.* נִצְמַתִּי exciſus ſum, Job. 23. v. 17. *Plur. in pauſa* נִצְמָתוּ exciſi ſunt, Job. 6. v. 17. *Pih.* צִמֵּת excidit, *i. e.* conſumſit, profligavit, ſuccidit: *Præter. f.* צִמְּתָה; *inde cum affix.* צִמְּתַתְנִי קִנְאָתִי, Pſalm. 119. verſ. 139., ſuccidit, excidit me zelus meus; *Sed eſt ibi metaphora*; *unde optime LXX. verterunt*, ἐξέτηξέ με ὁ ζῆλός σου tabefecit me, *ſive*, *juxta Vulg.*, tabeſcere me fecit zelus meus: *Plur. cum geminata tertia radicali*, *& cum affix.*, בִּעוּתֶיךָ צִמְּתוּתֻנִי, Pſalm. 88. v. 17., terrores tui excindunt *ſive* exciderunt, *& juxta Vulg.* conturbaverunt me; *Joa. Simon putat*, *dictionem hanc conflatam ex* צִמְּתוּ צִמְּתוּנִי, *redditque*, exciderunt exciderunt me, *i. e.* peni-

tus

tus exciderunt me. *Hiph.* הִצְמִית excidit: *Præterit. cum* ה *paragog.* הִצְמַתָּה כָּל־זוֹנֶה מִמֶּךָּ, Pſal. 73. verſ. 27., excindis, *ſive* excidiſti omnem fornicantem à te, *i. e. qui à tua fide, & cultu deficit*: *Part. plur. cum affix.* מַצְמִיתַי, Pſalm. 69. verſ. 5., excindentes, perdentes me; *Vulg. vertit*; qui perſecuti ſunt me: *Imper. cum affix.* בַּאֲמִתְּךָ הַצְמִיתֵם, Pſalm. 54. v. 7., in veritate tua exſcinde, ſuccide, diſperde illos: *Futur.* אַצְמִית, Pſal. 101. vv. 5. 8., exſcindam, ſuccidam; *Cum affix.* וּמְשַׂנְאַי אַצְמִיתֵם & odio habentes me exſcindam, diſperdam, *ſive* excidi, diſperdidi eos, 2. Sam. 22. v. 41., Pſalm. 18. v. 41., תַּצְמִית exſcindes, diſperdes, Pſal. 143. v. 12., יַצְמִית; *& inde cum affix.* יַצְמִיתֵם exſcindet, diſperdet eos.

צָמָא; *Inde cum affix.* צְמֵתְךָ *vide in* צָמָה *pag.* 1188.

צִמְּתַת; *Inde cum affix.* צִמְּתַתְנִי, *& plur.* צִמְּתוּתֻנִי *vide ſupra* צָמַת *in Pih. Item vide quod ſequitur.*

צְמִתֻת, & צְמִיתֻת *f.* Exciſio, præciſio, *id eſt* abalienatio abſoluta: *Occurrit cum præfix. abſque* Jod, לִצְמִתֻת, Lev. 25. v. 23., *& cum* Jod, *videl.* לִצְמִיתֻת, Levit. 25. v. 30., ad, *ſive* in abſolutam exciſionem, præciſionem, *i. e.* abſolute, prorſus, præciſa *ſcil.* omni ſpe redemptionis; abſoluta *ſiquidem rei alicujus* venditio, *de qua ibidem fit ſermo, eſt veluti quædam* exciſio, *&* perditio *à venditore peracta*: *Vulg. optime vertit*, in perpetuum.

* צָנָא *Inuſit. Inde* לְצֹנַאֲכֶם *vide ſupra in* צאן *pag.* 1143.

צנה *Vide ſupra in* צאן *pag.* 1143. *Sed* צִנָּה, צֵן, *& plural. m.* צִנִּים, *f.* צִנּוֹת *cum præfix. vide infra poſt* צָנַן.

צָנַח Deſiliit, inſiliit, infixus fuit, *ita multi cum Buxtorfio*; *ſed alii aliter vertunt*: *Futur.* וַתִּצְנַח מֵעַל הַחֲמוֹר, Joſ. 15. v. 18., Jud. 1. verſ. 14., & deſiliit, *ſive juxta Joa. Simonem, alioſque*, deſcendit, ſe demiſit de aſino; *LXX., paraphraſi uſi, verterunt*, Joſ. 15. v. 18., καὶ ἐβόησεν, *id eſt* & exclamavit; Jud. *autem* 1. v. 14. καὶ ἐγόγγυζεν & murmurabat, *ſive* gemebat; *Vulg. habet*, ſuſpiravitque, *item* quum ſuſpiraſſet ſedens in aſino: וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ, Jud. 4. verſ. 21., & defixus fuit in terram, *ſive*, *juxta Vulgat., alioſque*, & defixit, infixit, transfixit ad terram uſque. *Ludovicus de Dieu in* cap. 1. Jud. verſ. 14.

apud

apud Matth. Polum, τo צָנַח *vertit*, exſpectavit, manſit, *quia Æthiopicè adhibetur pro* manere, Matth. 15. v. 32., Marc. 8. v. 2., *& pro* exſpectare, Luc. 1. v. 21. *Convenit etiam, eodem auctore, hæc ſignificatio alteri loco, nempe* Jud. 4. v. 21., *unde reddit*, & manſit in terra, *videlicet clavus, id eſt tanta vi tranſverberavit clavo tempus, ut in terra hæſerit.*

צָנַם Extenuatus, macie confectus eſt: *Inde Partic. Pahul fœm.* צְנוּמָה gracilis, tenuis: *Plur.* שִׁבֳּלִים צְנֻמוֹת ſpicæ graciles, Gen. 41. v. 23.

צָנַן *Radix Hebræis inuſit. Sed Jo. Simoni videtur ſignificaſſe*, protexit, cuſtodivit, aſſervavit, recondidit: *Chaldæis eſt*, frixit, refrixit, frigidus factus eſt: *Arabibus vero* mordicus adhæſit *rei. Inde ſunt*

צֵנֵן *m.* Aculeus, ſpina, aculeo *ſcil.* bene cuſtodita, *ut tangi nequeat, quemadmodum notat idem Joa. Simon; ſive, juxta alios*, ſpina *dicta* צֵנֵן, *quod* mordicus adhæreat, *&* pungat: *Plur. cum præfix.* וְלִצְנִנִים, Joſ. 23. v. 13., & in ſpinas; *Vulg. & alii reddunt*, ſudes: *Vide, quod ſequitur* [illegible]

צְנָן Tzenan, *& juxta Vulg.* Sanan, *nom. propr. urbis Tribus Juda*, Joſ. 15. v. 37.

צָנִין *m. Idem ac* צֵנֵן: *Plur. cum præfix., abſque* Jod *in ultima*, וְלִצְנִנִם, Num. 33. verſ. 55., & in ſpinas; *Vulg. reddit*, & lanceæ.

צִנָּה *f. Eſt*: I. Frigus, *ex Chaldaica ſcil. ſignificatione*: *Occurrit ſemel in ſenſu conſtr., ita*, כְּצִנַּת־־שֶׁלֶג, Prover. 25. v. 13., ſicut frigus nivis (*aſſervatæ*); *quidam alii cum Joa. Simone vertunt*, ſicut aſſervatio nivis, *i. e.* nix aſſervata: II. Clypeus, umbo, ſcutum, *ſic dictum à* frigore, *quod poſſit eſſe* refrigerio, *vel, juxta Joa. Simonem, quod ſit* protectio *corporis*: *Occurrit hoc in ſenſu* 1. Reg. 10. v. 16., 1. Paral. 12. verſ. 8., *&c. Cum præfix.* בְּצִנָּה cum ſcuto, *ſive* clypeo, 1. Paral. 12. v. 34., כַּצִּנָּה ut ſcuto, Pſalm. 5. v. 13. *Plural.* צִנּוֹת ſcuta, 2. Paralip. 11. v. 12. *Cum præfix.* בְּצִנּוֹת, Amoſ. 4. v. 2., aculeis, hamis aculeatis, *ita Buxtorfius, aliique ſecuti alteram ſignificationem, depromptam ex* צֵן ſpina, *de qua paullo poſt*; ſpina *enim eſt &* hamus, *vel quod* hami ex ſpinis *fierent, vel ob ſimilitudinem*;

Sed LXX., *Vulg.* *Theod.*, *Aq.*, *Sym.*, & *alii vertunt*, armis, contis, ſcutis, haſtis aculeatis.

צֵ *m.* Aculeus, ſpina, *Plur.* צִנִּים ſpinæ, *vel* laquei, Prov. 22. v. 5., *ubi Vulg. reddit* arma, *nec immerito*; *nam* צִנָּה *ſignificat etiam* clypeum, ſcutum, *quæ ad* armorum *genus ſpectant*: וְאֶל־מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ, Job. 5. v. 5., & ad, *vel* è ſpinis abſtrahet, auferet eum, *i. e.* ad ſpinas accedendo, *ex illis* abripiebat; *Aq. vertit*, ipſe vero ab armatis capietur; *Sym.*, ipſi autem ab armatis auferentur; *Vulgat.*, & ipſum rapiet armatus: *Joa. Simoni hoc in loco magis placet Kromayeri ſingularis ſententia. Arbitratur autem iſte*, *vocem* צִנִּים, *juxta uſum Arab.*, *ſignificare* fiſcellam, caniſtrum, *in quo reponitur panis*, *ut ſenſus ſit*, & prope ex caniſtris auferet eum, *ſcil.* קָצִיר, *hoc eſt* panem ex meſſe confectum.

צִ Tzín, & *juxta Vulg.* Sin, *nom. propr. deſerti*, Num. 33. verſ. 36.

צנע Humiliter, modeſtè egit, ſe demiſit, ſe humiliavit: *Partic. Pahul plur.* וְאֶת־צְנוּעִים חָכְמָה, Prover. 11. v. 2., & cum humilibus, *ſive* modeſtis, verecundis eſt ſapientia; *Vulg. reddit*, ubi autem eſt humilitas, ibi & ſapientia. *Hiph. Inſin.* וְהַצְנֵעַ לֶכֶת עִם־אֱלֹהֶיךָ, Mich. 6. v. 8., & humiliter agere, humiliare te, *ſive* demittere te ambulando cum Deo tuo; *Vulg. habet*, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo.

צָנַף Circumvolvit, volutavit: obvolvit, obtexit: מִצְנֶפֶת *vide inter nomina*: *Inſin.* צָנוֹף יִצְנָפְךָ volutando volutabit te, Iſa. 22. v. 18., *Vulg. ibidem ſenſum expreſſit*: וּצְנוֹף, Iſa. 62. v. 3., *ubi* Vau *eſt loco* Jod, *quod vide in* צָנִיף: *Futur.* וּבְמִצְנֶפֶת בַּד יִצְנֹף, Levit. 16. v. 4., & pileo, *ſive* cidari linea tegetur, *vel* cidarim lineam circumvolvet.

צָנִיף *maſc.* Cidaris, tiara, faſcia, *capiti* circumvoluta *inſtar* coronæ, diadema, corona, Job. 29. v. 14., Zachar. 3. verſ. 5., & *cum præfix.* וַיָּשִׂימוּ הַצָּנִיף הַטָּהוֹר & poſuerunt cidarim mundam, Zach. 3. v. 5. *Conſtr.* וּצְנִיף מְלוּכָה & cidaris, & diadema regni, Iſa. 62. verſ. 3. *Plural. fœm.* וְהַצְּנִיפוֹת, Iſa. 3. v. 23., & cidares, & diademata, *vel potius*, *quia de* mulieribus *ſermo eſt*, vittæ, *ut habet Vulg.*

צְנֵפָה

צְנֵפָה Volutatio, circumvolutio, obvolutio, rotatio, & juxta *Vulg.* tribulatio, Iſa. 22. v. 18.

מִצְנֶפֶת *f.* Cidaris, tiara, faſcia, *qua caput* obvolvebatur, & circumligabatur, Exod 28. vv. 4. 39., &c. *Et in pauſa cum præfix.* עַל־הַמִּצְנָפֶת ſuper tiaram, Exod 28. v. 37.

צִנְצֶנֶת *f.* Urna. Exod. 16. v. 33. *Utrumque Targum reddit*, צְלוֹחִית paropſis, ſcutella. *R. David deducit à* צנן.

צנק *Radix Hæbreis inuſit. Samaritanis autem eſt*, coarctavit, clauſit. *Inde*

צִינֹק *maſc.* Nervus, vinculum, *juxta R. Sal.*, *quo pedes*, *vel etiam cervices* impediuntur; *vel* manicæ, vincula manuum, *juxta R. D. Kimchi in* Jerem. 29. v. 26., *ubi dictio hæc ſemel cum præfix. occurrit. Sunt, qui compoſitum nomen exiſtiment ex* צִי, & יָנַק, *quaſi* naviculam ſugentem *dicas. Refert autem Plutarchus in Artaxerxe*, *fuiſſe olim* cruciatus, *ſeu* carceris *quoddam genus*, *quo* duæ ſcaphæ, *pari commenſu ſibi reſpondentes*, *ita* compingebantur, *ut hominis corpus*, *illis inditum*, *quaſi in vagina eſſet*, *cui præbebatur mel temperatum cum lacte*, *ac invito etiam*, *infundebantur in os*, *unde viveret*, &c., *hactenus Buxtorfius.*

צנר *Radix Hebræis inuſit. Sed Chaldæis*, *ut notat Guarin*, *eſt* foravit. *Inde*

צִנּוֹר *m.* Emiſſarium, canalis, aquæductus, fiſtula, tubus, *per quem aquæ* emittuntur: *Item juxta LXX.* καταῤῥάκτης, *i. e.*, *ut habent Vulgat.*, & *alii*, cataracta: *Cum præfix.* בַּצִּנּוֹר (& tetigiſſet) canalem, fiſtulam, 2. Sam. 5. v. 8. *Plur. cum affix.* לְקוֹל צִנּוֹרֶיךָ, Pſalm. 42. v. 8., ad vocem canalium tuorum, *ſive* ad ſonitum tuborum tuorum, *i. e.* nubium tuarum, *quas vocat* fiſtulas, *vel* canales, *quod illæ effundant aquas ut* fiſtulæ, & *quidem magno cum* ſonitu, & *magna copia*; *LXX.*, *Vulg.*, *aliique verterunt*, in voce cataractarum tuarum.

צַנְתְּרוֹת *m. p.* Tubi, fiſtulæ, Zach. 4. v. 12. *Aben Eſra ſcribit*, *eſſe* vas, *in quo calcantur olivæ*: *Vulg. reddit*, (juxta duo) roſtra; *Sym.*, & *alii habent*, (ad manum, *i. e.* juxta duas) ampullas.

צָעַד Greſſus, progreſſus eſt, proceſſit, inceſſit, ſcandit, ivit, abiit: *Præter. fœm.* צָעֲדָה proceſſit, procedit, ſcandit, Gen. 49. v. 22. *Sed* צְעָדָה *vide infra inter nomina*: *Plur.* צָעֲדוּ progreſſi eſſent, 2. Sam. 6. v. 13. *Infinit.* בְּצַעְדְּךָ quum gradereris tu, Jud. 5. v. 4. *Futur.* אֶצְעָדָה *vide infra inter nomina*; בְּזַעַם תִּצְעַד־אָרֶץ, Habac. 3. verſ. 12., cum indignatione ingredieris terram; *Vulgat. habet*, in fremitu conculcabis terram; *&* *in pauſa* יִצְעָד gradiebatur, graditur, Prov. 7. v. 8. *Plural. in pauſa* יִצְעָדוּ incedunt, Jerem. 10. v. 5. *Hiph. Futur. cum affix.* וְתַצְעִידֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת, Job. 18. v. 14., & incedere facit, *vel* adigit eum, *ſive*, *juxta alios*, & deducet eum cum pompa ad regem horrorum, *vel* terrorum, *id eſt ad ſepulcrum*: *Vulg. ſenſum optime expreſſit*.

צַעַד *m.* Greſſus, paſſus, proceſſus, Prover. 30. v. 29. *Cum affix.* אֶת־צַעְדוֹ greſſum ſuum, Iſa. 10. v. 23. *Plur.* צְעָדִים greſſus, 2. Sam. 6. v. 13. *Conſtr.* צַעֲדֵי אוֹנוֹ greſſus roboris ejus, Job. 18. v. 7., מִצְעָדֵי *vide infra in* מִצְעָד: *Cum affix.* צְעָדַי greſſus meos, Job. 14. v. 16.

צְעָדָה *f.* Inceſſus, 2. Sam. 5. v. 24. *Pluraliter*, periſcelides, Iſa. 3. v. 20., *juxta Vulg.*, *R. Salomonem*, *&* *Chaldæum*: *juxta Aben Eſram ſunt* armillæ.

אֶצְעָדָה *fœm.* Periſcelis, armilla, Numer. 31. verſ. 50., 2. Sam. 1. verſ. 10., *ubi expreſſe dicitur* brachiorum ornamentum *eſſe*.

מִצְעָד *m.* Greſſus, inceſſus. *Inde plur. conſtr.* מִצְעֲדֵי גֶבֶר greſſus viri, Pſal. 37. v. 23. *Cum affix.* בְּמִצְעָדָיו in greſſibus, *vel* profectionibus ejus, *i. e.* quacumque greſſum inferet, Dan. 11. v. 43.

צָעָה Peragravit, peregrinatus eſt, peregrè egit, *juxta Buxtorfium*, *alioſque*; *Multi vero cum Vulg. vertunt*, properavit, celeriter, cito progreſſus, greſſus eſt: *Particip. maſc.* צֹעֶה peregrinans, exulans, *ſeu* vagans, *juxta priorem expoſitionem*; *Sed aliis eſt*, properans, celeriter progrediens, gradiens, Iſa. 51. v. 14., 63. v. 1. *Fœm.* צֹעָה זֹנָה, Jerem. 2. verſ. 20., peragras, *ſive* properans, currens, *vel juxta Pagninum*, *&* *quoſdam alios*, diſcurrebas meretrix, *vel* meretricando, ſcortans; *Vulg. reddit*, proſterne-

ſternebaris meretrix; *Plur.* צֹעִים. Jerem. 48. verſ. 12., peregrinantes, *ſive* properantes, celeriter progredientes, *ſive*, *juxta quoſdam*, tranſmigratores; *Vulg. ſenſum* expreſ*ſit*. *Pih. Præter. plur. cum affix.* וְצִעֻהוּ, Jerem. 48. v. 12., & peregrè agant eum, *ſive* & properare cogent, *vel* propellent eum; *Vulg. habet*, & ſternent eum.

* צעם; *Inde*, *ut quidam arbitrantur*, בְּצַעַם; *ſed hoc vide ſupra in* בָּצַע *pag.* 123.

צָעַן Diſſipatus, diſruptus fuit, *juxta Buxtorfium*: *Aliis eſt*, migravit, tranſtulit: *Futur.* אֹהֶל בַּל־יִצְעָן, Iſa. 33. v. 20., tabernaculum, quod non diſſipabitur, *vel* tabernaculum non migrabit, non avehetur, *&* *juxta Vulgat.*, quod nequaquam transferri poterit.

צֹעַן Tzohán, *&* *juxta Vulgat.*, Tanis, *nomen propr. urbis Ægypti*, Num. 13. v. 23.

צַעֲנַנִּים Tzahannáim, *&* *juxta Vulg.* Sennim, Jud. 4. v. 11.

צַעֲנַנִּים Tzahanannim, *&* *juxta Vulg.* Saananim, *nom. propr. urbis*, Joſ. 19. v. 33.

צָעַף *Radix Hebræis inuſitata*: *Arabibus eſt*, debilis, tenuis fuit; *Inde Hebr.*

צָעִיף *m.* Peplum, *i. e.* ſindon, pallium, *ſive veſtis* pertenuis, *propriè mulierum*: *Cum præfix.* הַצָּעִיף peplum, *ſive* pallium, Gen. 24. v. 65., בַּצָּעִיף peplo, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, theriſtro, *id eſt* velamine, *vel* veſte æſtiva, tenui, *qua utebantur mulieres Palæſtinæ*; *Cum affix.* צְעִיפָהּ peplum ſuum, Gen. 38. v. 19.

צַעְצַע *Radix inuſitata*, *quam quidam deducunt ab Arab.* צוע ſeparavit, diviſit, diſgregavit; *Alii vero ab* צָעַע, *quod Arabibus eſt*, movit; *Alii ab* צָעָה, *ſed geminato*, *de quo ſupra*. *Inde*

צַעֲצוּעַ *m.* Motio, *ſive* res in varias partes ſeparata, *vel* ſeparabilis, *uti Buxtorfius*, *Joa. Simon*, *&* *alii quidam vertunt*: *Plur.* מַעֲשֵׂה צַעֲצֻעִים, 2. Paral. 3. verſ. 10., opere motionum, *id eſt* mobili, *quod ſcil. artificio ſuapte ſponte* mobile *eſſet*, *&* vagari *videretur*, *vel* opere exemptili, *i. e. compoſito ex* variis partibus, *quæ* ſeparari, dimoveri, eximi, *ac* divelli *inter ſe poterant*; *quod quidem neceſſarium* erat *propter Cherubim*, *de quibus fit ibidem ſermo*, *ma-*

gnitudinem, *& gravitatem, ita tenent Buxtorſius, Junius, & Tremellius, aliique multi: Vulgat. habet*, opere ſtatuario. *Tandem Rabbi Salomon exponit*, opere puerorum, *i. e.* ad imaginem puerorum *facto*; *Et ſic eſſet idem quod* צֶאֱצָאִים pueri, *literarum* ע, *&* א *permutatione*.

צָעַק Clamavit, inclamavit, exclamavit, vociferatus eſt; *item* vocavit: *Præter.* צָעַק clamavit, 1. Reg. 20. v. 39., Thren. 2. v. 18., *fœm.* עַל־דְּבַר אֲשֶׁר לֹא־צָעֲקָה propterea quod non clamavit, Deut. 22. v. 24., צָעַקְתִּי clamavi, Pſalm. 88. v. 2. *Plur.* צָעֲקוּ, Pſal. 34. verſ. 18., Iſa. 33. v. 7., *& in pauſa*, צָעָקוּ, 2. Reg. 4. verſ. 40., clamaverunt: *Partic. f.* צֹעֶקֶת clamans, 2. Reg. 8. v. 5. *Plur. m.* צֹעֲקִים clamantes, Geneſ. 4. v. 10., Exod. 5. verſ. 8. *Infin.* צָעֹק clamando, Exod. 22. verſ. 22. *Conſtr.* לִצְעֹק ad inclamandum, ut imploraret, ut interpellaret, 2. Reg. 8. v. 3. *Imper. f.* וְצַעֲקִי, *& in pauſa* וּצְעָקִי & clama, Jerem. 22. v. 20. *Plur. f.* צְעַקְנָה clamate, Jerem. 49. v. 3. *Futur.* אֶצְעַק, Job. 19. v. 6., *& in pauſa cum* ה *paragog.* אֶצְעָקָה, Pſalm. 77. v. 2., clamabo; מַה־תִּצְעַק אֵלָי quid clamas ad me? Exod. 14. v. 15., יִצְעַק clamabit, Exod 22. v. 22., וַיִּצְעַק & exclamavit, Geneſ. 27. v. 34. *Plur.* וַנִּצְעַק & clamavimus, Num. 20. verſ. 16., תִּצְעֲקוּ clamabitis, Iſa. 65. v. 14., וַתִּצְעֲקוּ אֵלַי & clamaſtis ad me, Jud. 10. v. 12., יִצְעֲקוּ clamabunt; וַיִּצְעֲקוּ & clamaverunt. *Niph.* נִצְעַק convocatus, congregatus, conclamatus eſt: *item, juxta quoſdam*, ad clamorem, *vel* ad claſſicum concurrit: *Futur.* וַיִּצָּעֵק, Jud. 7. vv. 23. 24., 12. v. 1., & convocatus, vocatus, accitus fuit; *Plural.* וַיִּצָּעֲקוּ & convocati, vocati ſunt, Jud. 10. v. 17., 1. Sam. 13. v. 4., *Vulg., quæ in Niph. occurrunt, retulit ad Kal, & per* clamavit, conclamavit *expoſuit, excepto* 2. Reg. 3. v. 21., *ubi reddit*, convocaverunt. *Pih. Partic.* מְצַעֵק clamans, *& juxta alios*, clamitans, intenſè clamans, 2. Reg. 2. v. 12. *Hiph. Futur.* וַיַּצְעֵק & convocavit, 1. Sam. 10. v. 17.

צְעָקָה *f.* Clamor, vociferatio, querela, Gen. 27. verſ. 34., Exod. 11. verſ. 6., *&c. Conſtr.* צַעֲקַת clamor, Exod. 3. v. 9., *Cum affix.* צַעֲקָתוֹ clamor ejus, Exod. 22. v. 22.,

יִשְׁמַע

הַצַּעֲקָתוֹ יִשְׁמַע an clamorem ejus audiet ? Job. 27. v. 9., הַכְּצַעֲקָתָהּ an juxta clamorem ejus, Geneſ. 18. verſ. 21., צַעֲקָתָם clamor eorum, Gen. 19. v. 13.

צָעַר Minutus, diminutus eſt, exiguus, parvus fuit, *vel* factus eſt: צָעֲרָה *fœm.*, *inde* צְעָרְתוֹ *vide infra poſt* צָעִיר *in* צְעִירָה: *Partic plur.* צֹעֲרִים parvuli, parvi, Zachar. 13. v. 7., צְעִירִים *vide infra in* צָעִיר: *Futur. plur. in pauſa* יִצְעָרוּ exigui fient, diminuentur, *ſive* attenuabuntur, Jerem. 30. v. 19., וְיִצְעֲרוּ וְלֹא־יָבִין לָמוֹ ſive imminuentur, *numero ſcilicet*, *vel* anguſtia premantur, nec intelliget, *id eſt* ignorabit, *vel* non advertet, animadvertet ad eos, *vel* de illis, *ſive*, *juxta aliquos*, non animadvertet ſibi, *quo ſenſu* לָמוֹ *redundaret*: מִצְעָר, *&* מִצְּעִירָה *vide infra inter nomina.*

צָעִיר *m.* Parvus, parvulus, exiguus, infimus, Jud. 6. verſ. 15., Pſalm. 119. v. 141., Iſa. 60. v. 22., Mich. 5. v. 1. *Item*, *reſpectu habito ad ætatem*, minor natu, Pſal. 68. v. 28., וְרַב יַעֲבֹד צָעִיר major ſerviet minori, Geneſ. 25. v. 23., צָעִיר אֲנִי לְיָמִים, Job. 32. v. 6., parvus ſum ego dierum, *vel* ſecundum dies, *i. e. ad vitæ meæ dies quod attinet*; *unde bene Vulg. vertit*, junior ſum tempore; הַצָּעִיר minor natu, minimus *ætate*, Geneſ. 43. v. 33., 48. v. 14. *Cum affix.* צְעִירוֹ natu minimi ſui, 1. Reg. 16. verſ. 34., וּבִצְעִירוֹ in minimo, *ſive* natu minore ſuo, Joſ. 6. verſ. 26. *Plur.* צְעִירִים minores, Job. 30. verſ. 1. *Conſtr.* צְעִירֵי הַצֹּאן minores pecorum, Jerem. 49. verſ. 20. *Cum affix.* צְעוֹרֶיהָ parvi, parvuli ejus, Jerem. 48. v. 4., צְעוֹרֵיהֶם minimi, *ſive* minores ſui, Jerem. 14. verſ. 3., *utrobique tamen Maſſora*, *&* *alii admonent legendum cum* Jod *in medio*, *loco* Vau. *Et ſubſtantivè*, minoritas: *Cum affix.* כִּצְעִרָתוֹ ſecundum minoritatem, *id eſt*, minorem ætatem ſuam, Gen. 43. v. 33.

צָעוֹר *m. Unde cum affix.* צְעוֹרֶיהָ, *&c. vide mox ſupra in* צָעִיר.

צוֹעַר, *vel* צֹעַר Tzóhar, *&* *juxta Vulgat.* Segor, *nom. propr. urbis*, Gen. 19. v. 22.

צוּעָר Tzuhár, *nom. propr. viri*, Num. 1. v. 8.

צִיעֹר Tzihór, *&* *juxta Vulg.* Sior, *nom. propr. urbis Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 54.

צְעִירָה *f.* Minor natu: *Cum præfix.* הַצְּעִירָה minor, minima natu, Geneſ. 19. v. 31.

צְעִירָה Tzahíra, *&* *juxta Vulg.* Seira, *nom. propr. urbis*, 2. Reg. 8. v. 21.

מִצְעָר *m.* Perexiguum, res perexigua, *ſive*, *ut Vulgat.*, *&* *alii habent*, parvus, exiguus, modicus, Gen. 19. v. 20., Job. 8. v. 7., Pſal. 42. v. 7., *quo tamen in loco videtur Buxtorfio eſſe nom. propr. montis*, Mitzhar: *Item*, *juxta multos*, *ſubſtant.* paucitas; *ſic* בְּמִצְעַר אֲנָשִׁים cum paucitate hominum, 2. Paral. 24. v. 24., *Item adverb.* parum, exiguum, modicum; לְמִצְעָר ad minimum, pro minimo, *&* *juxta Vulg.* quaſi nihilum, Iſa. 63. v. 18.

צָפַד Adhæſit, cohæſit, concretus eſt. *Præter.* צָפַד עוֹרָם cohæret, adhæſit, *vel*, *juxta quoſdam*, concreta eſt cutis ipſorum, Thren. 4. v. 8.

צָפָה Speculatus, intuitus eſt, exploravit, obſervavit, circumſpexit; *&* *per metonymiam*, exſpectavit, intentis *ſcil.* oculis ſpeculando; *nam*, *qui* exſpectat, hàc, illàc circumſpicit: *Vide ſupra in* צוּף: צָפוּ *vide infra in Particip. Pahul*: *Aliud vide in* צוּף: *Partic.* צוֹפֶה, *item* צֹפֶה, *&* הַצֹּפֶה ſpeculans, ſpeculator, 2. Sam. 13. v. 34., Pſal. 37. v. 32., Cant. 7. v. 5., Hoſe. 9. v. 8., לְצֹפֶה ſpeculatori, Ezech. 33. v. 2., צֹפָו *vide infra*; *Plural.* צֹפִים, *&* צוֹפִים, Num. 23. v. 14., 1. Sam. 1. v. 1.; *Buxtorfio* *&* *quibuſdam aliis utrobique*, *Vulgàto autem poſteriori tantum eſt nom. propr. loci*, *redditurque* Tzophím, *ſive* Sophim; *alii vertunt* ſpeculatores, *&* *ita omnes habent in* cap. 6. Jerem. v. 17. *Cum præfix.* הַצֹּפִים ſpeculatores, 1. Samuel. 14. verſ. 16. *Cum affix.* קוֹל צֹפַיִךְ vox ſpeculatorum tuorum, Iſa. 52. verſ. 8., צֹפָו, *pro* צֹפָיו, ſpeculatores ejus, Iſa. 56. verſ. 10. *Fœm.* צוֹפִיָּה ſpeculatur, *&* *juxta Vulg.* conſideravit, Prover. 31. v. 27. *Plur.* צֹפוֹת ſpeculantes, obſervantes, Prov. 15. v. 3. *Partic. Pahul* וְצָפוּ, Job. 15. v. 22., *ubi*, *juxta Maſſor.*, *alioſque*, *deeſt* Jod, *atque legendum* וְצָפוּי, *redditurque à multis*, & ſpectatus, *ſive* præviſus, deſtinatus אֱלֵי־חָרֶב ad gladium; *Vulg. habet*, circumſpectans undique gladium: *Infinit. loco Imperat.* צָפֹה הַצָּפִית ſpeculare, contemplare in ſpecula, *ſive*, *juxta alios*,

lios, ſpeculando è ſpecula, Iſa. 21. v. 5. *Futur. per apocopam* יִצֶף ſpeculabitur, ſpeculetur, intueatur, Geneſ. 31. v. 49. *Plur. fœm.* תְּצַפֶּינָה ſpeculantur, Pſalm. 66. verſ. 9. *Pih.* צִפָּה diligenter ſpeculatus eſt, exſpectavit: *Item* obtexit, obduxit, *proprie* ſplendidum, nitidum reddidit, *auro ſcil.*, *vel alio metallo* ſplendido *inducto*, *ut notat Jo. Simon*: *Præter.* צִפָּה זָהָב obduxit auro, Exod. 36. v. 34., *&c.*, וְצִפִּיתָ & obduces, Exod. 25. verſ. 11., *&c. Plur.* צִפִּינוּ, Thren. 4. v. 17., ſpeculamur, *juxta Buxtorfium*; *alii reddunt*, exſpectavimus, fidebamus: *Partic.* מְצַפֶּה, *&* הַמְצַפֶּה ſpeculans, ſpeculator, 1. Sam. 4. v. 13., Iſa. 21. v. 6, *Sed* מִצְפָּה, *&* מִצְפֶּה *vide infra inter nomina*. *Plural. cum affix.* מְצַפֶּיךָ ſpeculatores tui, Mich. 7. verſ. 4. *Imper. maſc.* צַפֵּה, Nahum. 2. verſ. 2., *& fœm.* צַפִּי, Jerem. 48. v. 19., ſpeculare, contemplare: *Futur.* אֲצַפֶּה ſpeculabor, Pſalm. 5. v. 4., Habac. 2. v. 1., Mich. 7. v. 7., תְּצַפֶּה obduces, Exod. 26. v. 29., *& cum affix.* תְּצַפֶּנּוּ obduces eam, *arcam ſcil.*, Exod. 25. v. 11., *& cum apocopa* וַיְצַף & obduxit, Exod. 36. v. 34., *&c.*, *& cum affix.* וַיְצַפֵּהוּ & obduxit eam, Exod. 37. v. 2., *&c.*, וַיְצַפֵּם & obduxit eas, Exod. 36. v. 36. *Plural.* וַיְצַפּוּ & obduxerunt, 2. Paral. 3. v. 10. *Pyh. Partic.* מְצֻפֶּה obductum, Prover. 26. v. 23., *Plural.* מְצֻפִּים obductæ, *columnæ ſcil.*, Exod. 26. v. 32.

צָפָה *f. Inde cum affix.* צָפָתְךָ *vide ſupra in* צוף: מִצְפָּה, מִצְפֶּה, *vide infra pag.* 1201.

צִפִּיָּה Speculatio *diligens*, exſpectatio, *ſive*, *juxta alios*, attentio; *item* fiducia, ſpes: *Cum affix.* בְּצִפִּיָּתֵנוּ, Thren. 4. v. 17., in ſpeculatione, exſpectatione noſtra, *ſive* in fiducia, *vel* ſpe noſtra; *Vulg. habet*, attenti, *pro* cum attentione.

צְפוֹ Tzaphó, *& juxta Vulgat.* Sephó, *nom. propr. viri*, *qui idem eſt ac* צְפִי, 1. Paral. 1. v. 136.

צִפּוּי *m.* Obductio, tectorium, Exod. 38. vv. 17. 19., Num. 17. vv. 3. 4., *ubi Vulg. participialiter*, *& activè vertit*, affigens.

צְפִי Tzephí, *& juxta Vulg.* Sephi, *nom. propr. viri*, Geneſ. 36. v. 11.

צֶפֶת *f.* Coronamentum, epiſtylium, capitellum; *ab* obtegendo, 2. Paral. 3. v. 15.

צָפִית *f.* Speculatio, *ſive* ſpecula, *locus ſcil.*, *ubi* ſpeculantur, Iſa. 21. v. 15.

מִצְפֶּה *m.* Specula, Iſa. 21. v. 28., *& cum præfix.* עַל־הַמִּצְפֶּה ſuper ſpeculam, 2. Paralip. 20. v. 24. *Eſt & nom. propr. civitatum*, *quod* Maſephá, *&* Maſphá *à Vulg. redditur*, Joſ. 15. v. 38., *quo in ſenſu*, *ſed conſtr.*, *videl.* מִצְפֵּה, *occurrit* Jud. 11. v. 29., 1. Sam. 22. v. 3.

מִצְפָּה *fœm.* Specula, ſpeculatio: *Cum præfix.* הַמִּצְפָּה ſpecula, Geneſ. 31. v. 49. *Verum* Nehem. 3. vv. 7. 15. 19. *ſumitur ut nom. propr.*, לְמִצְפָּה ſpeculæ, *ſive* ſpeculationi, Hoſ. 5. verſ. 1., *ſed etiam ibi Buxtorfio*, *aliiſque eſt nom. propr.*, *redditurque*, in Mitzpa.

מִצְפַּחַת *Vide ſupra pag. 666.*

צִפְצָפָה *f.* Speculatio, circumſpectio accuratiſſima; *& per ſubauditam præpoſitionem* ב *eſt Adverbium*, circumſpectiſſime: צַפְצָפָה שָׂמוֹ, Ezech. 17. verſ. 5., circumſpectiſſime poſuit illud; *LXX. verterunt*, ſpectandum poſuit illud; *Vulgat. habet*, in ſuperficie poſuit illud. *Vide in* צָפַף.

צָפַח *Radix Hebræis inuſit. Sed Syris*, *auctore Joa. Simone*, *eſt*, humectavit; *Arabibus vero eſt*, replevit, *ſive*, *ut notat Guarin*, *rem* latam, amplam fecit, dilatavit. *Inde*

צַפַּחַת *f.* Ampulla, lecythus, ſcyphus, *id eſt vas concavum*, *&* latum, *ad liquorem aquæ tantum*, *vel olei capiendum*: *Quibuſdam eſt vas ex concha marina efformatum*: *Occurrit* 1. Sam. 26. vv. 11. 12. 16., 1. Reg. 17. vv. 14. 16., 19. v. 6., *& in pauſa cum præfix.* בַּצַּפָּחַת in lecytho, 1. Reg. 17. v. 12.

צַפִּיחִת *f.* Laganum, placenta, *vel* cruſtula: וְטַעְמוֹ כְּצַפִּיחִת בִּדְבָשׁ, Exod. 16. v. 31., & guſtus ejus quaſi placentæ, *vel* lagani, *ſive*, *juxta Vulg.*, quaſi ſimilæ cum melle.

* יִצְפֶּם *Vide ſupra in verbo* צָפָה.

צָפַן Abſcondit, texit, occultavit, repoſuit, recondidit, *propriè* concluſit, cohibuit: *Item intranſitive* delituit, abſcondit ſe ad inſidiandum; *inde* inſidiatus eſt, *vel*, *ſignificatione* [illegible]*tita à* צָפָה, ſpeculatus eſt, obſervavit. *Præter.* צָפַן רוּחַ, Prover. 27. v. 16., abſcondit, *ſive juxta alios*

concluſit ; cohibuit , tenuit ventum ; Job. 10. v. 13., לִבָּם צָפַנְתָּ מִשָּׂכֶל , Job. 17. v. 4. cor, *ſive* mentem, animum eorum abſcondiſti, *vel* excl[illegible] ab intellectu , *ſive* intelligentia, prudentia , *i. e. per hypallagen , ut quibuſdam placet* , abſcondiſti intellectum à corde eorum , *ſtupidi ſcil. , & hebetes ſunt* ; *item* recondidiſti , ſepoſuiſti , Pſalm. 31. v. 20. , צָפַנְתִּי abſcondi , Job. 23. v. 12., Pſalm. 119. v. 11. *Partic.* צֹפֵן ; *Inde plural. cum affix.* צֹפְנֶיהָ צָפַן־רוּחַ , Prov. 27. verſ. 16. , abſcondentes, *i. e.* cohibentes eam , abſcondit , cohibet ventum, *i. e.* , *quiſque* cohibentium eam (*mulierem*), cohibet, *i. e.* cohibere *nititur* ventum : *Particip. Pahul* צָפוּן reconditum, res recondita , Prov. 13. v. 22. *Cum affix.* צְפוּנִי reconditum , *ſive* arcanum meum , Ezech. 7. v. 22. , וּצְפוּנְךָ , Pſal. 17. v. 14., *ſcribitur cum* Jod , *ſed legitur per* Vau , & abſcondito , *ſive* recondito tuo , *i. e.* theſauro tuo : *Fœm.* צְפוּנָה reconditum , abſconditum , Hoſe. 13. v. 12. *Plur. cum affix.* עַל־צְפוּנֶיךָ , Pſalm. 83. v. 4., adverſus abſconditos tuos , *i. e.* à te abſconditos , *&* protectos ; *unde benè Vulg. reddit*, adverſus Sanctos tuos ; לִצְפוּנָיו in occultis, reconditis ejus , Job. 20. verſ. 26. *Futur.* תִּצְפֹּן אִתָּךְ recondes , recondas , cum , *ſive* apud , penes te , tibi , Prov. 2. v. 1., 7. v. 1., יִצְפֹּן recondet , *ſive* ſervabit, Joſ. 21. v. 19., *& ità, juxta Maſſor.*, Prov. 2. v. 7., *ibi tamen ſcriptum occurrit cum* Vau, *videl.* וְצָפַן & recondet, *ſive* cuſtodiet; *Cum affix.* יִצְפְּנֵנִי abſcondet, abſcondit me, Pſal. 27. v. 5., וַתִּצְפְּנֵהוּ & abſcondit eum , Exod. 2. v. 2., וַתִּצְפְּנוֹ, Joſ. 2. v. 4., & abſcondit eum , *i. e.* utrumque eorum ; *ibi enim ſit ſermo de duobus viris exploratoribus* ; תִּצְפְּנֵם abſcondes , *ſive* , *juxta Vulg.* , proteges eos , Pſal. 31. v. 21. *Plur. cum* ה *paragog.* נִצְפְּנָה abſcondamus nos; *ſive* occultabimus, abſcondemus ad inſidiandum , inſidiabimur , Prov. 1. verſ. 11., יִצְפְּנוּ recondunt , abſcondunt , Prov. 10. v. 14., *item* ſpeculantur , inſidiantur , Prover. 1. v. 18., *& in pauſa* יִצְפֹּנוּ , Pſal. 10. v. 8., *&* יִצְפּוֹנוּ, Pſal. 56. verſ. 7., *ubi legendum abſque* Jod, ſpeculantur, obſervant , reſpiciunt . *Niph.* נִצְפַּן abſcondita, occultata eſt , Jerem. 16. v. 17. *Plural.* וּמִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ לֶעָרִיץ ; Job.

Job. 15. Verſ. 20. & numerus annorum abſconditi ſunt tyranno, *Hebraiſmus, pro* abſconditus eſt; *Vulg. reddit*, & numerus annorum incertus eſt tyrannidis ejus. *Hiph.* הִצְפִּין abſcondit: *Infin. cum affix.* הַצְּפִינוֹ abſcondere eum, Exod. 2. verſ. 3. *Futur. cum affix.* תַּצְפִּנֵנִי abſcondas, abſconderes me, Job. 14. verſ. 13. *Plur.* יַצְפִּינוּ *vide ſupra Futur. in Kal. Sed* תִּצְפֶּנּוּ *vide in* צָפָה *pag.* 1200.

צָפוֹן *f.* Septentrio, aquilo, plaga mundi ſeptentrionalis, *quaſi* abdita *dicta*, *nempe à ſole*, *qui ad eam non accedit*: *Unde R. Bechai ſcribit in* Deut. 3. v. 23., נקרא צפון על שם שהשמש צפון ומתעלם שם, *i. e.* vocatur Tzaphon, quia ſol abditus, & abſconditus eſt illic: *Veteres enim arbitrabantur*, ſeptentrionem caliginoſum *eſſe*, denſiſque obſitum tenebris. *Metonimicè ſumitur pro* vento ſeptentrionali, *ſive* aquilone, Cant. 4. v. 16. *Cum præfix.* הַצָּפוֹן aquilo, Jerem. 25. v. 26., בַּצָּפוֹן ad aquilonem, Eccl. 11. v. 3., לַצָּפוֹן aquiloni, Iſa. 43. v. 6., מִצָּפוֹן ab aquilone, Joſ. 11. v. 3. *Conſtr.* מִצְּפוֹן לָעַי ab aquilone, *ſive* à parte, à plaga ſeptentrionali *urbis* Hai, Joſ. 8. v. 11. *Cum* ה *paragog.*, *ſive locali*, צָפוֹנָה, *&* צָפֹנָה aquilonem verſus, Gen. 13. verſ. 14., *& cum præfix.* אֶל־הַצָּפוֹנָה ad aquilonem, Ezech. 8. v. 14., לַצָּפוֹנָה ad aquilonem, 1. Paralip. 26. v. 17., מִצָּפוֹנָה, Joſ. 15. v. 10., *& conſtr.* מִצְּפוֹנָה, Jud. 21. v. 19., ab aquilone, à ſeptentrione.

צָפוֹן Tzaphón, *nom. propr. urbis Tribus Gad*, Joſ. 13. v. 27.

צָפוּן *Vide ſupra in verbo* צָפַן *Partic. Pahul*: מַצְפּוּן *vide infra inter nomina*.

צִפְיוֹן Tziphiión, *nom. propr. viri*, Geneſ. 46. v. 16.

צָפִין *m. Inde*, *uti quibuſdam placet*, *cum affix.* צְפִינְךָ *vide ſupra in Partic. Pahul verbi* צָפַן.

מַצְפּוּן *m.* Abſconditum, res repoſita, *& juxta alios* latibulum: *Plural. cum affix.* מַצְפֻּנָיו abſcondita ejus, Abd. 1. verſ. 6.

צְפוֹנִי *m.* Aquilonaris, Joel. 2. v. 20. *Et gentilitium*, צְפוֹנִי Tzephonita, Num. 26. v. 15.

צְפַנְיָה Tzephaniah, *& juxta Vulg.* Sophonias, *nom. propr. virorum*, Jerem. 21. v. 1., Soph. 1. v. 1.

צְפַנְיָהוּ *Idem ac ſupra* צְפַנְיָה, Jerem. 37. v. 3.

צָפְנַת Tzophnat, *cognomentum Joſephi*, Gen. 41. verſ. 45., *qui hinc dictus Ægyptiacè* צָפְנַת פַּעְנֵחַ occultorum revelator, *vel* interpres. *Sic Onkelus*, גַּבְרָא דְּטְמִירָן גַּלְיָן לֵיהּ vir, cui occulta revelata ſunt. *Sic etiam Jonathan*, *& communiter Hebræi*. *R. Bechai citat hoc loco, in quadam precatione legi*, המפענח נעלמים qui revelat abſcondita. *In Bereſchit rabba Sect. 90. docuerunt Rabbini, eſſe idem quod* צפונות מופיע occulta declarans: *& R. Chiskia dixit*, צפונות מופיע בדעה occulta illuſtrans per ſcientiam. *Sapientes per notationem primarum literarum explicarunt*, צופה פודה נביא תומך פותר ערום נבון חוזה, *i. e.*, ſpeculator, redemptor, propheta, tenens ſceptrum, interpres, aſtutus, intelligens, videns futura. *Sed LXX. verterunt*, ψονθὸμ φανὴχ, *quod Vulg. eſt interpretatus* Salvatorem mundi.

צָפַע *Radix Hebræis inuſit. Sed Arabibus eſt*, circumvolvit; *unde* צופעה cidaris: *Item eiſdem eſt*, ſtercus egeſſit. *Inde, ut quibuſdam videtur, ſunt Hebr.*

צֶפַע *m.* Regulus, baſiliſcus, *dictus ſcil.* צָפַע *à* cidari, *vel* corona, *quam geſtat, vel, ut vult Bochartus, à* ſibilo, *quem hoc nomen* צֶפַע *ipſo ſono exprimere videtur*: *Aliis eſt*, hæmorrhois, *venenatiſſimi* ſerpentis *genus, cujus morſu ſanguis omnis effluit è corpore*; *Aliis eſt*, vipera, *ſive per metatheſin*, aſpis: *Occurrit* Iſa. 14. v. 29., צִפְעֹנִי *vide infra*.

צָפוּעַ *m. Et inde, juxta quoſdam*, צְפוּעֵי *vide infra in* צָפִיעַ.

צָפִיעַ *maſc.* Egeſtum, excrementum, ſtercus: *Plural. conſtr.* צְפוּעֵי הַבָּקָר, Ezech. 4. v. 15., *ubi ſcribitur cum* Vau, *ſed legitur per* Jod, egeſta, excrementa, ſtercora bovum.

צְפִעָה *f. Inde plur.* הַצֶּאֱצָאִים וְהַצְּפִעוֹת, Iſa. 22. v. 24., *varie locus iſte ab Interpretibus redditur*; *LXX., paraphraſi uſi, habent*, à parvo uſque ad magnum; *Aquila, Hebraicis vocibus retentis, vertit*, Saſaim, & Sephoth; *Sym. exponit*, nepotes, atque commixtos; *Chaldæus, quem ſequitur Buxtorfius, vertit*, filios, & nepotes: *Aben Eſra, & Kimchius intelligunt* filios, & filias; *Aliis ſunt* nepotes, & neptes, *quaſi* egreſſiones, eductiones, *&* productiones ex utero *dicas*: *Sed Vitringa commentariis in hunc ipſum locum arbitratur vertendum*, germina, & propagines ignobiliores. *Cum enim, addit ille, vox* צפיעה *alibi non occurrat, deſi-*

nienda ejus ſignificatio eſt ex affini צפיעים, *quod apud* Ezech. *notat* excrementa : *unde facile intelligimus , adhæſiſſe huic voci notationem* excretionis corporis vilioris : *Vulg. eſt metaphoricè interpretatus* vaſorum diverſa genera, *i. e. , ut notat Menochius ,* homines variorum ſtatuum ; *Nec laudata Vulgati expoſitio eſt ab ipſo textu aliena , quemadmodum ex iis , quæ ibidem ſequuntur , patet .*

צִפְעוֹנִי *m.* Regulus , baſiliſcus , Iſa. 11. v. 8., 59. v. 5., Proverb. 23. verſ. 32. *Plural.* צִפְעֹנִים reguli , Jerem. 8. verſ. 17.

צָפַף *In Kal inuſit. Inde Pih.* צִפְצֵף pipivit, *more ſcil. avium*, gannit, garrivit, ſtriduit : *Partic.* מְצַפְצֵף pipiens, ganniens , Iſa. 10. v. 14. *Plur.* הַמְצַפְצְפִים qui pipiunt, ſtrident , Iſa. 8. verſ. 19. *Futurum* אֲצַפְצֵף pipio , *&* *juxta Vulg.* clamabo , Iſa. 38. v. 14., תְּצַפְצֵף pipiat , *& juxta Vulg.* muſſitabit , Iſa. 29. v. 4.

צַפְצָף *Vide ſupra in* צָפַף : *Sed* צַפְצָפָה *vide ſupra in* צָפָה *pag.* 1201.

צָפַר Evolavit , maturavit , *juxta Buxtorfium* ; *Sed Joa. Simon , & quidam alii reddunt ,* ſaltavit , cucurrit , deſiliit ; *Chaldæis eſt*, circumdedit : *Futur.* וְיִצְפֹּר מֵהַר הַגִּלְעָד, Jud. 7. v. 3., & evolet , *ſive* deſiliat ultra montem Galaad ; *Vulg. habet ,* receſſeruntque de monte Galaad .

צֹפַר Tzophár , *nom. propr. viri* , Job. 11. v. 1.

צִפֹּר , *&* צִפּוֹר , *c. ſed f. ſæpius* , Avis , avicula : *& ſynecdochicè ,* paſſer : *Nomen generale eſt omnium , quibus eſt* ala , *ut ſcribit Aben Eſra* : Avis *autem dicta eſt* צפר *à* frequenti *per arborum ramos* ſaltu , *uti videtur Jo. Simoni* ; *Sed Bochartus derivat à* צפר *Chald., quod latine ſonat* mane ; *unde* avis צפר , *quod* ſummo mane ſurgat : וְכָל־הָעוֹף לְמִינֵהוּ כֹּל צִפּוֹר כָּל־כָּנָף, Geneſ. 7. v. 14., & omne volucre ſecundum ſpeciem ſuam , omnis avis omnis alæ, *i. e. grandis , & parvæ* ; כָּל־צִפּוֹר טְהֹרָה תֹּאכֵלוּ omnem avem mundam comedetis , Deuter. 14. v. 11., כְּצִפּוֹר ſicut paſſer , Pſal. 102. v. 8., 124. v. 7., *item* כְּצִפּוֹר ſicut, *vel* quaſi avis , Thren. 3. v. 52. *Plur.* צִפֳּרִים חַיּוֹת aves vivæ , *ſive , juxta alios* , paſſeres vivi , Levit. 14. v. 4., וְכַצִּפֳּרִים & ſicut aves , Ecclеſ. 9. v. 12.

צְפַר *com. Chald.* avis, avicula, volucris: *Plur.* כְּצִפְּרִין ſicut avium, Dan. 4. verſ. 30. *Et in ſtatu emphat.* וְצִפְּרַיָּא & aves, Dan. 4. v. 11. *Conſtr.* צִפֲּרֵי שְׁמַיָּא aves cœli, Daniel. 4. v. 9.

צִפּוֹר Tzippór, *nom. propr. viri*, Num. 22. vv. 2. 4. *Aliud vide ſupra in* צִפֹּר.

צָפִיר *m.* Caper, hircus, *animal ſcil.* ſaltatorium, *ut notat Joa. Simon*, Dan. 8. vv. 5. 21. *Conſtr.* צְפִיר *idem*, Dan. 8. verſ. 5. *Plur. conſtr.* צְפִירֵי hirci, Eſdr. 8. verſ. 35., וּצְפִירֵי עִזִּים & hirci caprarum, 2. Paral. 29. v. 21.

צְפִיר *m. Chald.* hircus: *Inde plur. conſtr.* וּצְפִירֵי עִזִּין לְחַטָּאָה & hirci caprarum pro peccato, Eſdr. 6. v. 17.

צִפְּרַיָּא *Chald. emphat. vide ſupra in* צְפַר *Chald.*

צְפִרָה *f. Vide in* צְפִירָה, *quod mox ſequitur*

צְפִירָה *f. Eſt:* I, *juxta Buxtorfium*, matutinum tempus, mane, *ex Chald.* צְפַר, *vel* צַפְרָא mane, *ita*, Ezech. 7. v. 7., בָּאָה הַצְּפִירָה אֵלֶיךָ venit mane illud ſuper te, *id eſt* venit judicium; *nam* mane judicia *exercebantur*; *vel* ſententia matutina venit, *i. e.* brevi ventura in perniciem, *vel* excidium tuum, *uti multi exponunt*; *Alii vertunt*, venit cidaris, *ſive* regnum, *i. e. imperator Nabuchodonoſor*, *vel*, *juxta quoſdam*, venit nexus, contextus, ordo *malorum omnium*; *Vulg. habet*, venit contritio ſuper te; *& ſic etiam redditur* Ezech. 7. v. 10., *ubi tamen occurrit abſque* Jod *in medio*, *videl.* צְפִרָה: II. Diadema, cidaris, corona, *dicta* צְפִירָה *à* plectendo, *vel à* cingendo, *verbi ſignificatione Chaldaica*, *q. d.* circumdatio, cinctura capitis: *Conſtruct.* וְלַצְפִירַת תִּפְאָרָה, Iſa. 28. v. 5., & pro cidari, *ſive* diademate decoris; *Vulg. vertit*, & ſertum exultationis.

צְפַרְדֵּעַ *c.* Rana, ranæ, *collectivè*, Exod. 8. v. 6. *Plural.* צְפַרְדְּעִים ranæ, Exod. 8. v. 3.

צִפֹּרֶן *m.* Unguis, ungula: *Metaphoricè*, ſtylus, ſcalprum, *ferramentum, quo lapides cæduntur, & veluti ſcalpuntur*: בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר ſcalpro lapidis ſervabilis, *ſeu* diuturni, *aut* ſtylo adamantis, Jerem. 17. v. 1., *ubi Vulg.*, *aliique reddunt*, in ungue adamantino: צִפֹּרִין *vide ſupra Chald.* צְפַר: *Plur. cum affix.* צִפָּרְנֶיהָ ungues ſuos, Deuter. 21. verſ. 12.

* צְפַת, צִפִּיּ, &c. *Vide pag.* 1201., מְצַפְּתָה *pag.* 666.

צְפַת Tzephát, & *juxta Vulg.* Sephaath, *nom. propr. urbis*, Jud. 1. v. 17.

* צָץ, & צַצִּים *Vide ſupra in* צִיץ *pag.* 1176.

* צִיצַת, & צִיצַת *Vide ſupra pag.* 1176., 1177.

צָקָה Clamavit; *Inde, ut quidam arbitrantur, eſt plur. cum* Nun *paragog.* צָקוּן clamaverunt, Iſa. 26. v. 16., *ubi Vulg. habet*, in tribulatione. *Vide hoc ipſum ſupra in* יָצַק: *Vide etiam* מוּצָק, מֻצָק, מוּצֶקֶת, מוּצֶקֶת, *pag.* 480., 481.

צָקַל *Radix Hebræis inuſit. Eſt autem Arab.* lævigavit, polivit, *juxta Joa. Simonem; vel* percuſſit, *juxta quoſdam alios: Inde Hebr.*

צִקְלֹן *m.* Gluma, *folliculus ſcil. grani frumentarii, ut notat Buxtorfius; ſive, ut habent Vulg., aliique*, ſaccus, pera *major, quæ dicitur* צִקְלֹן, *quod ex corio* lævigato *fieri ſoleat: Cum præfix.* בְּצִקְלֹנוֹ cum gluma ſua, *ſive* in pera ſua, 2. Reg. 4. v. 42.

* יִצָּקֵם, יָצַּקֵם *Dictiones compoſitæ, quas vide ſupra in* יָצַק.

* צָקוּן *Vide ſupra in* יָצַק *pag.* 480., & *ſupra in* צָקָה.

* צֻקַת *Vide ſupra in* יָצַק *pag.* 480.

צוּרִיאֵל Tzuriél, *nom. propr. principis Moholitarum*, Numer. 3. verſ. 35.

צָרַב Uſſit, aduſſit, incendit, *in Kal inuſit. Inde Niph.* נִצְרַב aduſtus fuit: *Præter. plur.* וְנִצְרְבוּ־בָהּ & adurentur in ea, Ezech. 21. v. 3.

צָרֶבֶת *f.* Aduſtio, inflammatio, *juxta Kimchium, alioſque: At juxta R. Salomonem eſt* cicatrix aduſtionis, *ſive* cicatrix adurens *aliquem doloribus, vel quæ naſcitur ex humoribus* aduſtis: *Quidam exponunt* pus uſtulatum: צָרֶבֶת הַשְּׁחִין, Levit. 13. v. 23., inflammatio, *ſive* aduſtio ulceris, *id eſt cruſta illa, quæ ex pure induruit; Vulg., aliique reddunt*, cicatrix *eſt* ulceris: צָרֶבֶת הַמִּכְוָה הוּא, Lev. 13. v. 28., inflammatio aduſtionis, *ſive* ambuſti ipſa *eſt*, *id eſt naſcitur ex humoribus calore externo* ambuſtis; *à Vulg. vertitur*, plaga combuſtionis, *i. e.* plaga *ex* ambuſtione *nata: Et in pauſa* כְּאֵשׁ צָרָבֶת ut ignis inflammationis, *ſive* incendii, *i. e.* ignis incenſus, *ſive* adurens, ardens, Prov. 16. verſ. 27.

צְרֵדָה Tzeredáh, & *juxta Vulg.* Sareda, *nom. propr. patriæ regis Jeroboam*, 1. Reg. 11. v. 26.

צְרֵדָתָה Tzeredháthah, & *juxta Vulg.* Saredatha, *nomen proprium urbis, aut loci non longe à Jordane*, 2. Paralip. 4. verſ. 17.

צָרָה, צָרָתָה, צָרָתִי, צָרוֹת, &c. *Vide ſupra in* צור, & *quæ ſequuntur; vide etiam in* יָצַר, נָצַר, & צָרַר.

צוֹרָה *Vide ſupra poſt* צור *pag.* 1168.

צֳרִי, & צֳרִי *m.* Opobalſamum: *Ab Hebræis, auctore Buxtorfio, in verſione Hebræo-germanica Pentateuchi*, theriaca *redditur*: *Aliis tamen, quorum ſententiam multis defendit Bochartus in* Hieroz. Part. I., *eſt* reſina: *Occurrit* Gen. 37. v. 25., 43. v. 11., Jerem. 46. v. 11., 51. v. 8. *Et in pauſa* וָצֹרִי & reſina, Ezech. 27. v. 17. *Cum* ה *interrog.* הַצֳרִי numquid reſina? Jerem. 8. v. 22.

צְרִי Tzerí, & *juxta Vulg.* Sori, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 25. verſ. 3.

צֹרִי Tzorí, & *juxta Vulg.* Tyrius, *nom. commune virorum ex* Tyro *oriundorum*.

צָרַח Clamavit: *Particip.* מַר צֹרֵחַ amare clamat, Soph. 1. v. 14. *Plur.* צְרִחִים *vide infra in* צְרִיחַ. *Hiph. Futur.* יַצְרִיחַ exclamat, Iſa. 42. v. 13.

צְרִיחַ *m.* Arx, propugnaculum, turris munita, *ſic dicta, quod ſpeculator inde* exclamat, *ut ſcribit Kimchi*: אֶל־צְרִיחַ בֵּית אֵל בְּרִית in arcem, *ſive* propugnaculum Bethel Berith, Jud. 9. verſ. 46., *ubi Vulg. reddit*, (ingreſſi ſunt) fanum Dei ſui Berith: הַצְּרִיחַ præſidium, propugnaculum, Jud. 9. v. 49. *Plur. abſque* Jod, וּבַצְּרִחִים & in arcibus, *vel* turribus, & *juxta Vulg.* in antris, 1. Sam. 13. v. 6.

צָרַךְ *Radix Hebræis inuſit. Sed Chaldæis, & Syris eſt in Ithpah.*, indiguus fuit, neceſſe habuit: *Arabibus vero eſt*, pauper fuit. *Inde Hebr.*

צֹרֶךְ *maſc.* Neceſſitas, indigentia: *Cum affix.* כְּכָל־צָרְכֶּךָ ſecundum omnem neceſſitatem tuam, *i. e. prout opus fuerit tibi, ſive, ut habet Vulg.*, quot neceſſaria habueris, 2. Paralip. 2. v. 15. *Apud Rabbinos* צָרִיךְ *ſignificat* neceſſe, neceſſarium; & הוּצְרַךְ נִצְרַךְ neceſſe habere.

* צוֹרָם *Dictio compoſita, quam vide ſupra in nom.* צור, & צוּרָה *pag.*

pag. 1166., 1168. *Item* צֻוָּרִם *vide in* צַוָּאר *pag.* 1167., צִירָם *vide ſupra in* צִיר *pag.* 1169., צָרֵימוֹ *vide ſupra in* צָר *pag.* 1170., תְּצֻרֵם *vide ſupra in* צור *pag.* 1164.

צֻוְּרוֹן *Vide ſupra pag.* 1168. *Sed* בִּצָּרוֹן *vide ſupra pag.* 125., אֶצָּרֶנָּה, יִצְּרֶנְהוּ, *&c. vide ſupra Futur. in* בָּצַר.

צָרַע Leproſus fuit, lepra laboravit: צָרַעַת, צְרֻעָה, צִרְעָה, & צָרַעְתִּי *vide ſingula ſuo loco infra inter nomina*: *Inde, ut quibuſdam videtur, Partic. Pahul* צָרוּעַ lepra infectus, maculatus, leproſus, Levit. 13. v. 44., 22. v. 4., & *cum præfix.* הַצָּרוּעַ *idem*, Levit. 13. v. 45., 14. v. 3. *Pihel* צֵרַע fecit leproſum, percuſſit lepra: *Inde, ut aliqui arbitrantur, Partic. Pyhal* מְצֹרָע, 2. Reg. 5. vv. 1. 27., & *cum præfix.* הַמְּצֹרָע, Levit. 14. v. 2., lepra affectus, leproſus: *Plur.* מְצֹרָעִים, 2. Reg. 7. v. 3., & *cum præfix.* הַמְּצֹרָעִים, 2. Reg. 7. v. 8., leproſi: *Fœm.* מְצֹרַעַת leproſa, Exod. 4. v. 6., Num. 12. v. 10. *Vide* צָרַעַת *inter nomina*.

צָרוּעַ Tzeruah, & *juxta Vulg.* Serva, *nom. propr. mulieris*, 1. Reg. 11. v. 26.

צִרְעָה *f.* Crabro, & *collective* crabrones: *Ut autem notat R. David Kimchi in comment.*, crabro *eſt ſpecies* muſcæ *malæ emittentis venenum, quo oculos percutiebat, & afficiebat, ut ſic pugnare non poſſent; ſive, ut alii notarunt, eſt reptilis genus*, veſpis *ſimile, quod ſpiculum habet* acutiſſimum, *quo* perforando *inficit, & necat homines, vel arceſſit* lepram. *Hinc Jo. Simon, & quidam alii nominis hujus ſignificationem derivant per metatheſin à* רצע perforavit, transfixit; *Alii vero deducunt à radice Arab.* צָרַע proſtravit, dejecit. *Sed Bochartus* lib. I. cap. IX. de animal. *pag.* 69., *quem plerique ſequuntur, refert ad* עֲצַר *Chald.* preſſit; *unde, eodem auctore*, veſpæ, *vel* crabroni *commune nomen* צרעה, *per metatheſin ſcil., pro* עצרה, *à* premendo; *quia mirè* preſſa, & conſtricta *habet* ilia. *Sic* crabronis *nomen fit à* cracere, *quod, apud Ennium*, gracilem eſſe *ſonat. Occurrit cum præf.* הַצִּרְעָה crabro, *vel* crabrones, Exod. 23. v. 28., Deut. 7. v. 20., Joſ. 24. v. 12., צָרַעַת *cum prefix., & affix. vide infra*.

צָרְעָה Tzorhàh, & *juxta Vulgat.* Sarea, Sara, Saraa, *nom. propr.*

propr. urbis, Joſ. 15. v. 33., 19. v. 41., Jud. 13. v. 25., 16. v. 31.

צָרְעִי Tzorhí, *& juxta Vulgat.* Sarai, Saraites, *nom. commune virorum ex* Sara, *ſive* Saraa *oriundorum*, 1. Paralip. 2. vv. 53. 54.

צָרַעַת *fœm.* Lepra, *à radice Hebr.* צרע leproſus fuit, *juxta quoſdam*; *vel, ut alii cum Joa. Simone putant, ab eadem quidem radice, ſed in ſenſu Arabico, videl.* proſtravit, dejecit; *Unde* lepra *dicta ſit* צָרַעַת *à* depreſſione carnis ſub cute, *quæ* lepræ *indicium erat*: *Occurrit* Levit. 13. v. 3., *&c.*, *& in pauſa cum* Kamets *in penult.* צָרָעַת, Lev. 13. v. 2., *& cum præfix.* הַצָּרַעַת, Levit. 13. v. 12., *& in pauſa* הַצָּרָעַת, Levit. 13. v. 57., וְלַצָּרַעַת & lepræ, Lev. 13. verſ. 55., מִצָּרַעַת *vide ſupra in verbo* צער: *Cum affix.* מִצָּרַעְתּוֹ à lepra ejus, *vel* ſua, 2. Reg. 5. vv. 3. 6. 7.

צָרְעָתִי Tzorhathí, *& juxta Vulg.* Sarathi, *i. e.* Sarathæi, *pro* Sarathæorum, 1. Paral. 4. v. 2., *nom. commune virorum oriundorum ex urbe*, צָרְעָה, *de qua ſupra*.

צָרַף Conflavit, purgavit, defæcavit, *metalla propriè*: *Metaphorice*, examinavit, exploravit, probavit: *Præter.* צָרַף צָרוֹף conflat conflando, Jerem. 6. v. 29. *Fœm.* צָרְפָה; *unde cum affix.* צְרָפָתְהוּ igne purgavit, *& juxta Vulg.* inflammavit eum, Pſal. 105. v. 19. *Aliud vide in Imper.*, צָרַפְתָּ; *inde cum affix.* צְרַפְתַּנִי igne conflaſti, probaſti, examinaſti me, Pſal. 17. v. 3., צְרַפְתָּנוּ conflaſti, probaſti, *ſive* examinaſti nos, Pſalm. 66. v. 10., צָרַפְתִּי; *inde cum affix.* צְרַפְתִּיךָ conflavi, *& juxta Vulg.* excoxi te, Iſa. 48. v. 10., וּצְרַפְתִּים & conflabo eos, Zach. 13. v. 9. *Particip.* צוֹרֵף, *&* צֹרֵף igne conflans, *& ſubſtantive* conflator, aurifaber, faber aurarius, argentarius: *Cum præfix.* לַצּוֹרֵף aurifabro, *& juxta Vulg.* argentario, Jud. 17. verſ. 4., וַיֵּצֵא לַצֹּרֵף כֶּלִי, Proverb. 25. v. 4., & prodiit aurifabri vas; *Vulg. vertit*, & egredietur vas puriſſimum: *Et cum* Jod *paragog.* בֶּן־הַצֹּרְפִי, Nehem. 3. verſ. 31., filius aurificis; *Multis tamen eſt ibi nom. propr.*, *redditurque*, filius Aurifabri: *Cum affix.* צוֹרְפָם igne conflans eos, Jerem. 9. verſ. 6. *Plur.* צוֹרְפִים, Nehem. 3. v. 8., *& cum præfix.* הַצֹּרְפִים, Nehem. 3. verſ. 32., aurifices; *pleriſque ibidem*

ſunt nomina aliquorum familiarum propria ; qualia ab artibus, aut quæſtu ſæpe familiæ adipiſcuntur, ut habet Guarin : Particip. Pahul צָרוּף כֶּסֶף argentum igne conflatum, *ſive* probatum, Pſalm. 12. v. 7., *fœm.* צְרוּפָה igne probatum, examinatum, 2. Sam. 22. v. 31., Pſal. 18. v. 31. *Sed* צְרוּפָה *vide infra in Imper. Infin.* צָרוֹף conflando, Jer. 6. v. 29. *Cum præfix.* כִּצְרֹף־ juxta conflare, *vel* quaſi conflares, probares, Pſalm. 66. verſ. 10., לִצְרוֹף בָּהֶם inter conflandum ex eis, *ſive* per eos, Dan. 11. v. 35. *Imper. cum* ה *paragog.*, צְרוּפָה כִלְיוֹתַי, Pſalm. 26. verſ. 2., *ubi Maſſor., aliique legendum monent abſque* Vau, *videl.* צָרְפָה, examina, igne proba, ure renes meos: *Fut.* וְאֶצְרֹף & defæcabo, igne purgabo, Iſa. 1. v. 25. *Cum affix.*, *&* Nun *epenthet.*, וְאֶצְרְפֶנּוּ & igne purgabo, *ſive* probabo eum, Jud. 7. v. 4. *Niph. Futur. plur.* וְיִצָּרְפוּ, Dan. 12. v. 10., & conflabuntur, *ſive* igni probabuntur. *Pih. Partic.* מְצָרֵף conflans, Malach. 3. vv. 2. 3., *vide quod ſequitur.*

מַצְרֵף *m.* Fuſorium vas, *in quo ſcil. metalla* conflantur, *&* purgantur, Prov. 17. v. 3., 27. v. 21.

צָרְפַת Tzórphát, *& juxta Vulg* Sarepta, *nom. propr. urbis*, Tyrum inter & Sidonem ſitæ; *& ut notat Bochartus in* Geographia Sacra lib. IV. cap. XXXV., *nomen habet ab æris, & ferri* fuſione, *cujus ibi magnum fuiſſe proventum, Hebræi colligunt ex benedictione Aſer, horum locorum incolæ*, Deut. 33. v. 25. *Occurrit* Abd. 1. v. 20., *& cum* ה *in fine, ſcil.* צָרְפָתָה, 1. Reg. 17. vv. 9. 10. *Sed celebris eſt nos inter & Hebræos laudatus* Abdiæ *locus. Communis ſiquidem eſt Rabbinorum ſententia*, צָרְפַת *nomine* Galliam, *ſicuti & nomine* בִּסְפָרַד, *quod ibidem ſequitur*, Hiſpaniam *à Propheta deſignatam fuiſſe; atque hinc ſibi maxime blandiuntur de futura in priſtinum gloriæ temporariæ ſtatum ex hac captivitate reſtitutione, ſibique etiam eorumdem regnorum certam ſpondent poſſeſſionem. Verum interpretatio hæc arbitraria eſt, & pugnat cum ipſis divinis oraculis. Dictio ſane illa prima* צָרְפַת *uno tantum alio Scripturæ S. loco occurrit, videl.* 1. Reg. cap. 17. *Atqui ibidem* צָרְפַת *certo certius eſt nomen civitatis Tyrum inter & Sidonem ſitæ, & ne leve quidem adeſt indicium* צָרְפַת *apud* Abdiam *à priori diverſam eſſe.*

ſe. Imo ex ſerie orationis propheticæ contrarium plane evincitur. Nam Abdias *ait, quod* filii Iſrael poſſidebunt regiones Chananæorum uſque ad צָרְפַת; *loquitur propterea de civitate, quæ ad Chananæam provinciam ſpectabat. Ab. Eſdra ad argumenti vim elevandam, commentus eſt, Cananæorum nomine Teutonos, ſive Germaniam deſignare hoc in loco voluiſſe Prophetam: Purum ſane, putumque commentum, quod vel ipſe Abrabanel ſuis in commentariis tamquam à Sacra Scriptura alienum prorſus irridet, atque falſitatis apertæ redarguit. Obſcurior eſt vox altera, qua Abdias ibidem utitur, nempe* בִּסְפָרַד; *quum enim vocis hujus neque in aliis Scripturæ Sacræ locis, neque in probatis certis humanæ hiſtoriæ monumentis occurrat aliqua facta mentio; hinc incerta omnino illius ſignificatio. Nec Hebræis præſidio eſſe poteſt, quam jactant, majorum ſuorum hac de voce traditio: Primo, quia in multis, & quidem maxime in hiſtoria, turpiſſime aberraſſe deprehenduntur: Deinde, quia Hieronymus, qui decem & tribus ab hinc ſæculis floruit, ſanctè teſtatur, ſe à quodam Judæo, linguæ, rerumque hebraicarum peritiſſimo, accepiſſe, vocem illam* בספרד *non eſſe compoſitam ex litera ſervili præfix.* Beth, *& aliis quatuor radicalibus, ſed unam tantum eſſe dictionem, quæ latine ſonat* Boſphorum, *id eſt* Boſphorinam *regionem, ſeptentrionalem, & occiduam terræ Iſrael. Sunt tamen aliqui, apud Polum in Synopſi, qui* ספרד *appellative accipiunt, tamquam à duabus dictionibus compoſitam, ex* סוֹף *videl.* finis, *&* רָדָה. dominatus eſt: *Sed & lingua Aſſyriorum*, terminus, *qui hebraicè vocatur* גְּבוּל, *dicitur* ſepharad. *Propterea hic per* Sepharad *poſſunt intelligi fines cujuſque regionis; ita ut iſte ſit* Abdiæ *ſenſus:* Tranſmigratio Jeruſalem, quæ in cunctis terminis diviſa eſt, urbes Auſtri, *id eſt* Tribus ſuæ recipiet.

צָרַר Ligavit, colligavit: *Item*, hoſtiliter egit, oppugnavit, arctavit, anguſtiis affecit, *& ita cum* צור *convenit. Præter.* מִי צָרַר־מַיִם quis colligavit aquas? Prov. 30. v. 4., צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ ligat ventus, *ſive* ſpiritus eam, Hoſ. 4. v. 19. *Plur.* וְצָרֲרוּ אֶתְכֶם & anguſtabunt vos, hoſtiliter agent vobiſcum, Num. 33. v. 55. *Cum affix.* צְרָרוּנִי anguſtiis affecerunt me, *& juxta Vulg.* expugnaverunt me,

Pſa[illegible]

Pſalm. 129. v. 1. *Partic.* צֹרֵר מַיִם ligat aquas, Job. 26. v. 8., *item* צֹרֵר *eſt* adverſans, adverſarius, hoſtis, Eſth. 3. v. 10.; 8. v. 1., 9. vv. 10. 24. *Cum præfix.* הַצֹּרֵר אֶתְכֶם oppugnantem, arctantem, prementem vos, Numer. 10. v. 9. *Cum affix.* צוֹרְרִי רֵיקָם (erui) hoſtem, inimicum meum ſine cauſa, immeritò, Pſalm. 7. v. 5. *Plur.* צֹרְרִים hoſtiliter agentes, Num. 25. v. 18. *Conſtr.* צֹרְרֵי נַפְשִׁי angentes, anguſtantes, *ſive* qui tribulant animam meam, Pſal. 143. v. 12., *item* hoſtes, Iſa. 11. v. 13., Amoſ. 5. v. 12. *Cum affix.* צוֹרְרָי, *& in pauſa* צוֹרְרָי hoſtes mei, Pſal. 6. v. 8., *&c.*, צֹרְרֶיךָ hoſtes tui, Exod. 23. verſ. 22., צוֹרְרָיו hoſtes ſui, Pſalm. 10. verſ. 5. *Partic. Pahul* צָרוּר colligata eſt, Hoſ. 13. v. 12. *Fœm.* צְרוּרָה colligata, *ſive*, *juxta Vulg.*, cuſtodita, 1. Sam. 25. v. 29. *Plural.* צְרֻרֹת, Exod. 12. v. 34., ligatæ; *item* 2. Sam. 20. v. 3., (mulieres) vinctæ, *i. e. in domo cuſtodiæ* detentæ, cuſtoditæ, concluſæ: *Infinit.* צְרוֹר oppugnando, hoſtiliter invadendo, Num. 25. v. 17. *Cum præfix.* כִּצְרוֹר אֶבֶן בְּמַרְגֵּמָה כֵּן־נוֹתֵן לִכְסִיל כָּבוֹד, Prov. 26. v. 8., ſicut ligare, *vel* ſicut qui ligat lapidem, *ſcilicet pretioſum*, *uti gemmam*, in acervo, *vel* cumulo lapidum, *ſcilicet vulgarium*; ſic dans, *vel* qui dat gloriam ſtulto: *Vulg. vertit*, ſicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii; ita qui tribuit inſipienti honorem; *qua quidem expoſitione*, *uti videtur Menochio*, *de Repub. Hebr.*, *Latinus Interpres mentem Sapientis recentiorum ritu*, *& conſuetudine*, *quæ ad rem faciebat*, *explicare voluit*: Alludit *videl.*, *inquit Tirinus*, ad acervos lapidum, quos Gentiles olim Mercurio, viarum duci, in triviis, haud procul ab ejus ſtatuis, accumulabant, ut in honorem Dei iſtius vias ab offendiculis expurgarent: לִצְרֹר, Levit. 18. v. 18., anguſtia afficiendo, *juxta quoſdam*; *Alii reddunt*, ad laceſſendum; *Arab. habet*, ut ſit ipſius rivalis; *LXX. ſunt interpretati* ἀντίζηλον, *id eſt* æmulam, *ſive* pellicem; *Vulg. habet* in pellicatum: *Imper.* צוֹר *vide ſupra in* צור *pag.* 1164. *Pyh. Partic. plur.* וּמְצֹרָרִים & alligati, colligati, *ſive*, *ut ab aliis redditur*, & conſuti, Joſ. 9. v. 4.

צְרוֹר *m. Eſt* I. Faſciculus colligatus, Cant. 1. v. 13., *ubi à Vulg. redditur* botrus; *& ſpeciatim* faſciculus *pecuniæ*, *ſive* ſac-

ſacculus, crumena, *in quam pecunia* colligatur, *ita* Gen. 42. v. 35., Prov. 7. v. 20., Agg. 1. v. 6. *Cum præfix.* בִּצְרוֹר הַחַיִּים in faſciculo viventium, 1. Sam. 25. v. 29.; חָתֻם בִּצְרוֹר פִּשְׁעִי ſignata, *id eſt* clauſa, ligata in ſacculo, *vel* faſciculo, *ſive* crumena prævaricatio mea, Job. 14. v. 17. *Plur. f.* וַיִּרְאוּ אֶת־צְרֹרוֹת כַּסְפֵּיהֶם, Gen. 42. v. 35., & viderunt faſciculos, *ſive* crumenas pecuniarum ſuarum: II. Lapillus *acutus*, ſcrupulus, calculus, 2. Sam. 17. verſ. 13., Amoſ. 9. v. 9., *ideo autem* lapillus *dictus* צְרוֹר, *quia in calceo* arctat, *&* moleſtat *pedem*: III. *Aliud* צְרוֹר *vide ſupra in verbo* צָרַר; *vide etiam quod ſequitur.*

צְרוֹר Tzerór, *nom. propr. viri*, 1. Sam. 9. v. 1.

צָרָה, צַר, מֵצַר, *&c. Vide ſupra pag.* 1169., 1170., 1171.

צוּרִישַׁדַּי, *&* *in pauſa* צוּרִישַׁדָּי Tzuríſcaddái, *nom. propr. viri*, Num. 1. v. 6.

* צָרַת, צָרָתָהּ, צָרָתִי, בַּצָּרָתָה, מִצָּרָתוֹ, צָרָתָם, מִצָּרָתֵינוּ, צָרַתְכֶם; *&c., item plur.* צָרוֹת, *& cum affix., atque præfix vide ſupra pag.* 1170., *&c.*

צֶרֶת Tzéret, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 7.

צֶרֶת הַשַּׁחַר Tzéret-haſcáhhar, *& juxta Vulg.* Sarathaſar, *nom propr. urbis Tribus Ruben*, Joſ. 13. v. 19.

* צוּרַת *Vide ſupra in* צוּרָה *pag.* 1168.

צָרְתָן Tzarthán, *nom. propr. urbis, ſive loci non longe à Jordane*, Joſ. 3. v. 16., 1. Reg. 7. v. 46.

צָרְתָנָה Tzarthánah, *nom. propr. urbis, vel loci*, 1. Reg. 4 verſ. 12.

* הַיּוֹצֵאת *Vide ſupra in* יָצָא *pag.* 471.

* צִוָּתָה, צִוִּתַנִי, מִצְוַת, *&c. vide ſupra pag.* 1157., 1158. *&c.*

* צִוִּיתִם *Vide ſupra in* צָוָה *pag.* 1158., בְּהַצֹּתָם *vide ſupra in* נָצָה *pag.* 782.

****

00050105

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016